Ce registre est le 3e après le n° 47
il renferme de juillet 1773 au 24 mars 1779

ARCHIVES
53

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Nos Universitatis Parisiensis Rector, hunce Commentariorum Academicorum Codicem, centum-quadraginta-quatuor folia, seu trecentas paginas cum octoginta et octo, continentem, quo noster utatur Scriba, recognovimus, appositâque nostrâ Syngraphâ approbamus/.

Coger Rector.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Acta Commentarii et Conclusiones almæ Universitatis Parisiensis.

Codex incipit mense Julio anni millesimi Septingentesimi Septuagesimi-tertii, Rectoriam agente M. Francisco-Maria Coger, Eloquentiæ Professore in Mazarinæo. M. Guidone-Antonio Fourneau, Scribâ./.

Anno dñi millesimo-Septingentesimo-Septuagesimo-tertio, die tertiâ Julii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni./. 3. Julii

1° Supplicavit pro Licentiis nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Petrus de Salha, Presbyter Baïonensis; de quo retulit merit. Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Eo audito, Placuit, Supplici suum postulatum concedi/

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta./

3° Supplicarunt, pro Licentiâ aperiendi Pædagogii, sub nomine et clientelâ universitatis, Antonius Maria Cerisier Lugdunensis, et Philippus La Marque Parisinus. Audito Syndico, nominati sunt, Ornat. Galliæ et Normaniæ Procuratores MM. Reydellet et Louvel, qui de utriusque supplicis vitâ, moribus ac peritiâ inquirant, et ad proximâ Comitia referant/

4° Lecta est una et altera Consultissimæ Facultatis conclusio, quas, ipsius nomine Sap. Decanus ejus postulavit in Commentariis inscribi/

Et ita Conclusit ampl. Rector/. Coger Rector.

Julio

Extractum é Comment. Consult.ae Jurium Facultatis

Anno dñi 1773, die verò decimâ octavâ mensis Junii, habita sunt Comitia Ordr.ia Consult.ae Jurium facult.is; Adfuerunt Consul.ae Antec. DD. Martin, Censor et Syndicus, et Lalourcey, Decanus in acta, qui eo nomine Comitiis praefuit; Ex Clar. verò Doct. Agg. qui jus Comitiorum habent, DD. Sauvage, Boyer, Jouan, Saboureux et de Ferriere/

Quòd verba facta sunt de renuntiatione Diarii Gallici, quo publicatur Amp. Rect. oratione ad rem compositâ, Salutaviste Seren. Delphinum, et Seren. Delphinam, Aug.mi Principis conjugem, Universitatis nomine, praesentibus atque Comitantibus quatuor Universitatis facultatibus; Cumque dicti Diarii renuntiatio non leve negotium in Cons.a facultate facessere videretur; dixit Cons.us Syndicus, se quidem audivisse Amp. Rectorem, cum duobus Comitibus fortuitis, ante valvas Col. Lud.i Magni Stetisse se, atque hîc expectavisse temporis momentum, quo Regales Currus ad illas valvas accederent; datâque occasione ad Currum in quo sedebant Serenissimi Principes accessisse, et ipsis de plano illa fecisse verba quae dictum Diarium refert: Videat Cons.a facultas an non exoptandum ipsi fuisset, ut ejus convocaretur Decanus, qui suâ saltem praesentiâ, tùm Seren.o Delphino, tùm ejus August.ae Conjugi testaretur, quo cultu et observantiâ, quâ veneratione illos prosequatur Consult.a facultas/

Re sermonibus agitatâ, atque tandem in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, unanimi suffragio censuit Cons.a fac.as; rogandum esse Cons.um Decanum, illumque rogavit, ut, in proximis Tribunalis Academici Comitiis exponeret, quam Consult.ae facultati fuerit ingratum ad ipsam ex Diario publico pervenisse, Seren. Delphinum, atque Conjugem Optimi Principis Aug.mam in viâ publicâ fuisse oratione exceptos ab Amp. Rectore, tantum non solo, nec in Comitatum convocato Consult.ae facultatis Decano; graviter ferre Cons. facultatem, quod sic ipsi, nec meritae, Rector ampl. praeripuerit, quam exoptabit semper, occasionem sistendi se tùm gratam, tùm venerabundam, coram augustissimis Principibus/

Atque, postquàm ita conclusum est à Cons.o Decano, soluta sunt Comitia. Infrà scriptum est: Ita esse testor, Martin Ant.r Comes Syndicus. Signatum, Lalourcey, Decanus!

Fourneau

Extractum é Comment. Cons.ae Jurium Facultatis Parisiensis.

Anno dñi 1773, die vero vigesimâ quartâ Junii, S. Joan. Bapt. memoriae Sacrâ, habita sunt Cons.ae Facult.is Ordr.ae Comitia, quae hac ipsâ die haberi jubent Statuta Cons.ae Facult.is/

Adfuerunt Illust. Doctores honoris, DD. Del'Averdy, Regni administer; Joly de Fleury, Comes Consist.us, et in Consilio, gallicè (des Depeches) ordi.rius; Dargouge de Fleury, Comes Consistor.us, et D. Daguesseau, Comes Cons.us, et in Consiliis gallicè (des Depeches et du Commerce) ordinarius, Commendator, Praepositus, et Magister Ceremoniarum Regiorum Ordinum: Consult.i Antecess.res DD. de La Roche, Primicerius et Comes; Thomassin, Comes et Quaestor; Martin, Comes et Syndicus, Lalourcey, Decanus in acta, qui eo nomine Comitiis praefuit, Bocatraud, Censor in Univ.te: Ex Clar. Vir. Doct. Agg. qui jus Comitiorum habent, DD. Sauvage, Boyer, Saboureux et de Ferriere/ - - - -

GEN. DE PARIS ENTRAORDINAIRE

Retulit Cons.us Decanus in actu, in Comitiis academici Tribunalis habitis die sabbati 19. hujus mensis à se lectam fuisse Consult.ae Facultatis Conclusionem, habitam die Veneris praecedenti, quâ quaeritur Consult.a Facultas Universitatis Rectorem Ampl., ad morem privati cujuslibet, duobus tantùm Comitibus fortuitis Comitatum de plano et in viâ publicâ, oratione excepisse Seren.um Delphinum, atque Ser.i Delphini conjugem augustam, nec convocato, nec etiam monito Consultissimae Facultatis Decano. Postquam autem exposuit Cons.us Decanus praecipua dictae Conclus.is momenta; rem à Consul.a Facultate gestam ratam et gratam habuerunt, tum Illust. Doctores honoris, insuper Consult.i antecessores DD. de la Roche, Thomassin, et Bouchaud, qui suprà dictis Comitiis non interfuerant, qui eidem Conclusioni libenter accesserunt./.

Tandem ne quid simile deinceps Rector Universitatis tentaret, Decretum est, ut in proximis Tribunali academici Comitiis postularet Consul.us Decanus in actu dictam Consult.ae Facultatis Conclusionem in Universitatis Commentarios referri. Atque ita de hoc à Consult.mo Decano in actu conclusum est. Signatum, Lahourey, Decanus/

Fourneau

Anno Dni 1773, die Martis decimâ tertiâ Julii, habita sunt extra ordr.ca Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici-Magni./. 13. Julii

Dixit Ampl. Rector convocata esse hodierna Comitia, ut ipse novis occurreret quaerimoniis; nimirum, Augustissimam Serenissimi Delphini sororem crastinâ die Venturam in urbem, atque à Basilicâ Beatae Mariae ad aedes San-Genovefanas processuram esse, propter aedes Universitatis Primarias; Deliberandum ijsdem, quâ pompâ illa sit excipienda./.

Tum auditus est M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, qui dixit, usu academico receptum esse, ut duplex sit modus sistendi se coram Rege et Principibus. Priorem quidem, solemni pompâ, Magno apparatu, Rectorem Comitantibus, Decanis, Procuratoribus, adjunctis, Majoribus Universitatis officiariis et omnibus apparitoribus; Posteriorem verò, minori pompâ, minoribus infulis, Comitantibus Rectorem duobus tribus ve ex academico Tribunali Magistris. Illum obtinere, quâ die, singulis annis cerei Regi offeruntur, vel ubi Universitas, jussu Regis, per Magnum rituum Magistrum ad celebrandas Principum exequias invitatur: hunc verò, ubi Praemiorum Academicorum indiculum, aut aliquam orationem Universitatis nomine ac Justu habitam Rector ad aulam defert./. Nunc ijsdem, moris academici sibi videri, ut, cum à Magno rituum Magestro invitata non fuerit ad celebrandum Augustae Ludovici Neptis introitum, Universitas non se sistat illâ pompâ, quam nec ipsis Seren.o Delphino, Seren.aeque Delphinae urbem ingredientibus obtulit: deinde cum altera salutandi ratio, de plano, mediâ in viâ, assumptis tantùm duobus tribus ve Comitibus minor sit summâ veneratione quâ Regiam Majestatem prosequitur alma Studiorum Parens, Primogenita Regum filia, id etiam ère academicâ sibi videri, ut crastinâ die, à qualibet oratione, si tamen fieri possit, Ampl. Rector abstineat. Audito Syndico, Rogatis dictisque sententiis, Placuit, ex sententiâ Syndici, crastinâ die salutationem et Orationem, non haberi solemni pompâ; immo quamlibet praetermitti: si fieri potest./

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Coger Rector.

Julio — Aug.

Anno dni 1773, die decimâ quartâ Julii, Augusta Ludovici Neptis, primo-genita Delphini soror, novas recenti gaudio faces addidit, urbem ingressa. Rector, cum à Serenissimâ Comitissâ de Marsan certò accepisset, rem non ingratam fore optimæ Virgini, si sibi eodem ritu et apparatu, ab ædibus San-Genovefanis redeunti gratularetur, quo Serenissimo Delphino ejusque Augustæ conjugi, sequentem habuit orationem./

Madame,

Nos cœurs se livrent à de nouveaux transports de plaisir, de tendresse et d'admiration. Les graces nobles et touchantes qui vous accompagnent; ce caractere de bienfaisance et de douceur qui vous est naturel, ces reparties ingenieuses qui decelent la delicatesse de votre esprit, l'elevation de votre âme, cultivée par des mains habiles à former le sang des Rois, tant de belles qualités dont la France s'applaudit et que plus d'un peuple doit nous envier, voila l'objet de nos respects et le motif de notre allegresse./

Aussi, Madame, nos fêtes se succedent, notre enchantement continue, nos vœux se confondent. C'est Louis que nous voions dans son auguste famille. Notre amour pour ce Monarque se peint dans les hommages que nous rendons à des têtes qui lui sont si cheres; sa tendresse en est également flattée, et son affection augmente à l'égard d'un peuple, qui par son zèle et son devoüement pour ses souverains doit servir de modèle à l'Univers./

Toujours attentive à perpetuer ces bons principes, l'Université de Paris, Madame, sollicite pour Elle et pour ses Eleves vos bontés et votre bienveillance./

Rectoris orationem hilari benignâque fronte excepit Augusta; Juventute que Ludovicæa vivat 16. vivat acclamante ipsa indixit octo dierum spatium, quo scholæ vacarent/

Fourneau

5. Aug. Anno dni 1773, die Jovis quintâ Augusti, congregata est Universitas in Domo Sorbonicâ, ad solemnem Præmiorum academicorum distributionem./

Post habitam orationem à V. E. M. Juliano Cerisier, Eloquentiæ Professore in Collegio Grassinæo, Præmia sequenti ordine distributa sunt, præsente et annuente Supremo Senatu./

Præmium Eloquentiæ Latinæ, Magistris in artibus institutum, cujus argumentum erat, pro anno 1772., Laudatio Joannis Gersonii, meritus et consecutus est Julianus Ludovicus Geoffroy, Doctor aggregatus ad secundum ordinem/

Pro anno præsenti 1773, cujus argumentum erat, non magis Deo quam Regibus infensa est ista quæ vocatur hodie Philosophia meritus est Petrus-Claudius-Bernard Gueroult, Rothomagensis, Doctor aggregatus ad secundum ordinem.

proximè accessit.

Jacobus-Carolus-Cæsar Formage, Lexoviensis/

In Rhetoricâ

Primum Præsnium Orationis Latinè Scriptæ meritus et consecutus est, inter Recentiores Petrus-Augustus Rateau, Burdigalensis, è Plessæo/

Secundum, Bernardus Gardin, Constantiensis, ex harcurio/

proximè accesserunt

Renatus Franciscus Le Normand, Carnutensis, Veteranus — è Montaculio

Joannes-Franciscus Riquier, ambianus, è C — è Col. Lud. Magni.

Edmundus Franciscus Frecot, Parisinus — è Plessæo.

Fourneau

Ludovicus Stephanus Dorniche Dormanus, é Col. Lud° Magni
Ludovicus Louchet, abbavillæus é Plesseo.
Claudius Philibertus Despreaux, Nivernensis é Mazarineo.
Stephanus Jouënne, San-Manechildæus, é Coll. Lud° Magni.
Petrus antonius Drouet, africanus é Sob. Plesseo.

Primum orationis Gallicé Scriptæ Præmium, inter Veteranos, meritus est Joannes-Baptista Angelet, Carnutæus, é Montacutio./

Secundum, inter Veteranos, Petrus Ruré, Rothomagensis, é Mazarineo./

proximè accesserunt, inter Veteranos

Thomas-Carolus-alexander Johanne, Bajocæus é Coll. Lud° Magni.
Renatus-Franciscus Le Normand, Carnutæus é Montacutio.

Primum ejusdem orationis Gallicé Scriptæ Præmium meritus est, inter Recentiores, Edmundus Frerot, Parisinus, é Plesseo./

Secundum, Petrus-Franciscus Anfrye, Ebroicensis é Montacutio./

proximè accesserunt.

Lud. Car. Durand, Victoriensis é Montacutio.
Jac. Phil. And. Marié, Lantiniacus é Montacutio.
Paulus Nic. Petit, Rothomagensis é Montacutio.
Joan. Bapt. Chatel, Vesuntinensis é Col. Lud. Magni,
Edm. Stephanus Molereau, Senonensis é Grassineo.
Car. Leon. Nic. Tinseau, Bisuntinensis é Mazarineo.

Præmium Carminis Latinè Scripti, inter Veteranos, meritus est Joannes-Thomas Pelletier, Vesuntinensis, é Col. Lud. Magni./

Primum ejusdem Carminis Latini Scripti, inter Recentiores meritus est, Joannes-Franciscus Riquier, Ambianensis, é Col. Lud° Magni./

Secundum, Paulus-antonius Drouet, africanus, é Sob. Plesseo./

proximè accesserunt.

Th. Car. Alex. Jehanne, Bajocæus Jet. é Col. Lud. Magni.
Bonus. Car. Jos. Maria Loüillot, Martinicanus é Sob. Plesseo.
Theod. Duhany, Hibernus Jet. é Sob. Plesseo,
Joan. Maria Loüillot, Parisinus é Mazarineo.
Petrandus Grassaval, Petrocorensis é Cardinalitio.
Joannes-Paschalius Fontaïs, Parisinus é Lexoveo.
Maria antonius Casaubon, Parisinus é Mazarineo.
Petrus Crouzet, Bellovacensis é Sob. Plesseo.

Aug°

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est, inter Veteranos, Thomas-Carolus-Alex. Jehanne, Bajocæus, é Col. Lud. Magni./

Secundum, Joannes-Thomas Pelletier, Vesuntinensis, é Col. Lud. Magni/

Primum, inter Recentiores, franciscus-Josephus-Philippus-Leopoldus Duham, Bruxellensis, é Marchiano./

Secundum, Edmundus-Augustinus Frerot, Parisinus, é Sorb. plessæo/

proximè accesserunt.

Franc. Le Cerf, Ebroïcensis, Vet. é Lexovæo.
Nicolaus Dondeau des-Avônes, Trecensis ex harcurio.
Bertr. Grassaval Petr. é Cardin°.
Joan. Bapt. angelet, — é Montauctio
Nic. Robé, Ebroïcensis é Montauctio.
Rol. Nic. Poujaud de Montjourdain, Rupellæus — é Plessæo.
Edm. Steph. Mollereau, Senonensis — é Grassinæo.
Joannes Huriot, Parisinus — é Col. Lud. M./

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium, inter Veteranos, meritus est Th. Car. Alex. Jehanne, Bajocæus. — é Col. Lud. Magni./

Secundum, Joannes Thomas Pelletier, Vesuntinensis — é Col. Lud. Magni/

Primum, inter Recentiores, franc. Car. de Franclieu, Parisinus, ex harcurio.

Secundum, Nicolaus Dondeau des Avones, Trecensis, ex harcurio.

proximè accesserunt./

Stephanus Mollereau, Senonensis é Grassinæo.
Petrus Huré, Rolh. é Montauctio
Lud. Steph. Borniche, Dorm. é Col. Lud. M.
Car. franc. felix Dufresne, Ebroïcensis, é Montauctio.
Car. Nic. Eleon. Tinseau, Vesuntinensis, é Mazarinæo.
Alexander Cæsar. Victor Bucaille, Bononæus — é Montauctio

In Secundo Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Ludovicus-franciscus Josephus-Michaël Noël, Parisiensis, é Grassinæo/

Secundum, Carolus-Hubertus Pauhot, Tullensis, é Plessæo

proximè accesserunt./

Gabriel Ducaurroy de Fraislieu, Martinicanus é Cardinalitio.
Joan. Bapt. Lud. Laur. Gadois, Dormanus — é Col. Lud. Magni.
Jacobus Raimbeaux, Bajocensis — é Col. Lud. M.
Joan. Nicol. honor. Maria-Joseph. Bertrand, Ebroicensis é Lexovæo.
Valentinus-Franc. Le Brun, Carnutensis, é Montauctio
Lud. Jacobus Corté, Carnutensis, é Mazarinæo

Primum Carminis latini Scripti Praemium meruit et Armandus Bernardus Honoratus Brouste Nannetensis, é Plesseo/

Secundum, Joan-Bapt. Lud. Laurentius Gadois, Dormanus, é Col. Lud. Magni/

proximè accesserunt.

Car. Joseph. Magniaudé, Cameracensis — é Plesseo.
Lud. Nic. Hermès, Noviomensis, é Plesseo.
Augustus Felicitas Victor, Bagnæ, Rhedonensis, é Plesseo.
Gab. Dulaurroy de Fraisieu é Cardinalitio
Gasp. David Moylan, Hibernus é Plesseo.
Quintinus Henricus Henquet, Sanquintinensis é Montaustro.

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium meruit est,
Petrus Nic. Freudon, Cenomanus, é Col. Lud. Magni.

Secundum, Franciscus Cochet, Melodunensis, é Montaustro/

proximè accesserunt.

Lud. Franc. Jos. Nic. Noël é Grassinæo.
Martinus Chapelet, Senonensis é Grassinæo.
Joan-Bapt. Gilensens, Parisinus — é Montaustro.
Eccl. Franc. Borguillon de Frescheville, Mondidierinus é Col. Lud. Magni.
Joan-Bapt. Carolus Guerault, Orbecanus — é Lexovio.
Car. Jos. Magniaudé, Cameracensis — é Plesseo.

Primum orat. Latinæ in Gallicam conversæ, Ludovicus Franciscus Josephus Michael Noël, Parisiensis, é Grassinæo/

Secundum, Henricus Le Vasseur, Carnutensis, é Lexovio/

proximè accesserunt./

Jos. Car. Magniaudé, Cameracensis é Plesseo.
Car. Maria de Moné, Perralicensis. é Reg. Navarræo
Joan-Bapt. Lud. Laur. Gadois, Dor. é Col. Lud. M.
Franc. Remigius Prin, Dormanus é Col. Lud. M.
Petrus Franc. Hainselin, Parisinus é Col. Lud. M.
Valentinus Franc. Le Brun, Carnutensis é Montaustro.

In Tertio Ordine./

Primum orationis Gallicæ in Latinam Conversæ Præmium meruit est antonius Remigius Prelon, Dormanus, é Col. Lud. Magni

Secundum, Carolus Henricus Lamb. Maria Prudhomme de Borre, Leodiensis — é Moretrianis/ /proximè accesserunt/.

Remigius Prosper Digneaux, Lemovicensis é Col. Lud. M.
Franc. Henr. Theod. Cozette, Parisinus é Plesseo.
Joan. Lud. Theod. Chambrye, Parisinus é Regio Navarræo
Claudius Saintin, Carnutensis é Montaustro.
Petrus Denis, Parisinus é Montaustro
Josephus Ludovicus Eligius Fleury, Lingonensis é Montaustro

Primum Carminis Latini Scripti, Maria-Petrus Bonaventura de Largny, Noviodunæus, é Col-Lud. Magni.

Secundum, Maria-Jacobus Hippolythus Charlier, Augustodunensis, é Plessæo.

proximè accesserunt.

Petrus-Jac-Hipp. Car-Millon, Leodiensis,	é Plessæo.
Car. Henr-Lamb. Maria Freudhomme de Borr, Leodius	é Marchiano.
Car. Sulpitius Flavient, Ambianus	é Marchiano.
Ant. Remigius Frelon, Dormanus	é Col Lud. M.
Bartholomæus, hon° Papillon, Suessionensis	é Col-Lud. M.
Lud. Maugue, Rotom.	é Lexovæo.

Primum orat. Latinæ in Gallicam Conversæ, Josephus-Ludovicus-Eligius-Henry, Lingonensis, é Montanistio.

Secundum, Joan-ant. Franciscus Sallentin, Bellovacensis, é Plessæo.

proximè accesserunt.

Maria-Del-Bon. de Largny, Noviod.	é Col Lud. M.
Car. Henr-Lamb. M. Freudhomme de Borr-	é Marchiano
Michael Lud. Barreau, Cenomanus	é Col Lud. Magni.
Joan-Bapt. Le Febure, Parisinus	é Mazarineo.
Jac-Lud. Henricles, Bellovacensis	é Montanistio.
Joan-Bapt. Jacob-ant. Canovin, Mondidevinus	é Col-Lud. Magni.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam, Joannes-Ludovicus-Susanna Landry, Carnutæus, é Lexovæo.

Secundum, Lud. Josephus Heron, Gervaisiacus, é Montanistio.

proximè accesserunt.

Petrus-Maria Jac-Hipp. Charlier	é Plessæo.
Jos. Lud. Elig. Henry	é Montanistio
Joan-Bapt. Le Marchand, Rothomagensis	é Lexovæo.
Claudius Saintin, Carnutensis,	é Montanistio.
Joan-Bapt. Guil. Langlois, Ebroïcensis	é Col. Lud. M.
Antonius De Dieu, Lugdunensis	é Regia Nav.ª

In quarto Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam, Joan-Bapt. Petrus Grelot, Parisinus, é Plessæo.

Secundus, Aug. Maria Camax, Americanus — é Plessæo

proximè accesserunt.

Alex. Fleury, Parisinus	é Plessæo.
Joan-Paulus Soulès, Rothom.	é Lexovæo.
Lud. Nat. Chambrye, Parisiensis	é Reg. Nav.ª
Joan-Jac-Duval, Rothom.	é Col. Lud. M.
Lud. Claud. ant. Dubarq, Stampensis,	é Montanistio
Joan-Georgius-Lud. Maria Le franc de Pompignan, Parisinus,	é Grassineo

Primum orationis Latinæ in Gallicam, Antonius Le Gagneur de la Lande, é Plesseo./.
Secundum, Ludovicus Augustinus Seton, Bisuntinus, é Co. Lud. Magni/
proximè accesserunt.

Lud. Abel Delfroy de Reigny, Laudunæus	é Col. Lud. Magni.
Joan-Maria-Angelica Gabbet, Lugdunæus	é Lexoveo,
Joan-Bapt. Petrus Grelot,	é Plesseo.
Mich. Lud. Brulard, Carnutensis	é Montaustio.
Honor. franc. Dobigny, Laudunæus	é Col Lud M.
Lud. Le Brand, Senonensis	é Grassineo.

In quinto Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam Ludovicus Nicolaus Lestrade, Parisinus, é montaustio./
Secundum, Cyprianus anno Paulus angles, Nabonnæus, é Col. Lud. Magni/
proximè accesserunt.

Car. Theod. Caille, Senonensis	é montaustio.
Paulus Eustachius Vincent, Parisinus	é Plesseo.
Lud. Joan. Bapt Questin, Constsis	é Grassineo.
Lud. Petrus Gautier, Carnutæus	é Lexoveo.
Amabilis Daumale, Ambianensis	é Montaustio.
Lud. Michael Gillebelle, Parisiensis	é Plesseo.

Primum Oral. Latinæ in Gallicam, Paulus Antonius Voluchet, Senonensis, é Plesseo/
Secundum, Maria Guillelmus Compaignon, Carnutæus, é Col. Lud. Magni./
proximè accesserunt

Jacobus Henoque Ambianensis	é Montaustio.
Amabilis Daumale	é Montaustio.
Paulus Eustachius Vincent	é Plesseo.
Nic. Lud. Lestrade	é Montaustio.
Adrianus franc. Alliot, Parisinus	é Plesseo.
Bruno Benj. Gaultier, Aupellensis	é Lexoveo

In Sexto Ordine

Primum oral Gallicæ in Latinam, Ludovicus Carolus Maximilianus Chanin, Carnutæus, é montaustio./
Secundum, Franciscus Bertrand, Ebroicensis, é Lexoveo é l
proximè accesserunt

Nic. Gerome, Stampensis	é Montaustio.
Mich. Lud. Julien, Parisinus,	é Grassineo.
Renatus Belleau, Britavis	é Montaustio
Carol. Augustinus Augeu, Caletensis,	é Lexoveo
Petrus Ludovicus Duplessis, Laudunensis	é Col. Lud. M.
Ghisl. franc. Maria Joseph. de la Place, Atrebas.	é Regia Navarra

Aug.

Primum orationis Latinæ in Gallicanum, Ghislenus-Franciscus-Marias-Josephus de la Place, atrebas, é Regiâ Navarrâ/

Secundum, Hiacynthus-Amandus-Constans-Laissartes-Nervicus. Godefridus de Bois jugan, Constantinopolitanus, é Col. Lud.s Magni/

Proxè accesserunt.

Carolus-Albertus du Mouslin, Suessionensis — é Leonico.
Lud. Jos. Laboure, Suessionensis — é Col. Lud. M.
Lud. Car. Max. Chanin, — é Montacutio
Joan-Claudius Le Nain de Tillemont, Parisinus — ex Harcurio.
Ant. Franc. Perrin, Parisinus — é Grassinico.
Joan. Bapt. Pigeard, Parisinus — é Regiâ Navarrâ

7. Aug.

Anno Dni 1773, die Septimâ Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/.

1.o Supplicarunt pro Litteris Nominationis, pro Magisterii artium et quinquennii, MM. Franciscus Le Brun, Presb. Parisinus: Adrianus-Mauricius Jaulhac, Diac. Tutellensis: Petrus Morampe, Presb. Rothomagensis; Nicol. Alex. Petit, Diac. Meldensis: Carol. Bernard. Maria Millet, Diac. Lingonensis: Petrus-Lud. Car. de Constance, Subdiac. Rothomagensis; Joannes-Carol. de Lopieres Diaconus Parisiensis: Gabriel-Laurinus Dufresne, Subdiac. Claromontensis; Joannes-Jac. Gomot, Subd. Claromontensis: F. Joannes-Nicolaus Pierre, Presb. Bisuntinensis, Ex. Obs.ae Ord. Cleni. expré Professus; Ludovicus de Prædefortin, Acolythus Viennensis; Ludovicus de Jouenne d'Egreigny, Clericus Nemausensis; Maurices Romagny, Subd. Remensis; Antonius Joan. Porte, Presb. Claromontensis: Antonius Grenier, Subd. Sanflorensis: Joan. Bapt. Bergonhon de Rastrat, Subd. Aniciensis: Stephanus Breton, Diac. Lingonensis: Anton. Dupouget du Clary, Subd. Cadurcensis: Lud. Joachim Elizabeth Cochu, Acol. Parisinus: Josephus de la Lee, Subd. Parisinus: Petrus Charles-Merley, Subd. Claromontensis: Nicolaus Beben, Presb. Meldensis: Josephus d'Hugues, Presb. Cameracensis: Jacobus Ludovicus-Franc. Godmer, Diac. Cenomanus: Antonius Chambon, Subd. Claromontensis; Petrus Savard, Diac. Parisinus; Sebastianus-Dionysius Le Mercier, Subd. Bellovacus; Antonius-Paulinus Campville, Diaconus Parisinus; Joannes Hubert, Clericus Trevirensis; Ludov. Maria Givard, Acolyt. Parisinus; Ludovicus-Augustinus-Franc. Le Naux, Presb. Carnutenus: Claudius-Adrianus Jumentier, Acolyt. Carnutenus: Desiderius Gaultier, Subdiac. Claromontensis: Ludovicus Tellier, Presb. Ambianensis: Joann-Bapt. Poirier, Diaconus Rothomagensis; Jacobus-Augustinus Massif, Diac. Rothomagensis; Franciscus Berlios, Subd. Bellicensis; Claudius-Bernardus-Antonius Barrois de Savigny, Subdiaconus Lingonensis; Nicolaus de la Mousse, Clericus Eduensis; Franciscus Felix Lapierre, Diacon. Catalaunensis: Joan-Bapt. Varney, Diac. Lingonensis: Marcus-Gabriel Durif, Diaconus Claromontensis; Simon Paillette, Diac. Catalaunensis: Petrus-Anton. Fréd'Roanne, Diaconus Cenomanensis; Petrus-Joan. Aubert, Subd. Parisinus: Edmundus-Lavollée, Diac. Autissiodor.s: Anna-Dionysius Emmanuel Moreau, Presb. Senonensis: Clemens-Jacobus-Josephus Guesnier, Subdiac. Rothomagensis: Ludovicus-Franc. Alexander Bouchy, Subdia. Noviomensis:

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Sanctus Laurentius Godart, Presb. ambianensis; Jacobus Geffard, Presb. Lingonensis; Jacobus Huguet, Acolyt. Claromontensis; Ludovicus Le Monze, Presb. Corisopitensis; Marcus Antonius d'aubusson de Quinsac, Subd. Lemovicensis; Franciscus Lud. Duchemin, Diaconus Bajocensis; Ludovicus Nicolaus Mignot, Diacon. Rotzomagensis; Joannes Carolus Labrusse, Subdi. Laudunensis; Michael Franc. Renou, Diac. Carnutæus; Franciscus Antonius Liquois de Beauffort, Diac. ambianensis; Joannes Baptista Gerdret, Presb. Parisiensis; et Ludovicus Sené, Subdiac. Suessionensis: De quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3° Auditâ relatione Ornat. Galliæ et Normaniæ Procuratorum de vitâ, moribus et peritiâ M. Philippi la Marque; Parisini; Auditis pariter tum Pædagogorum Academicorum Agente, tum meritissimo Syndico, Placuit fieri potestatem dicto Philippo La Marque aperiendi hac in Urbe Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis.

4° Stitere se supplices, pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis MM. Millard et Fortier, in artibus Magistri: De hac supplicatione retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, Etsi nulla Lege definitus sit Pædagogorum Academicorum numerus, ipsum tamen intrà certos fines esse continendum, usu ipso constitutos, quos quidem nuperrima Tribunalis academici indulgentia jam excessit. Igitur, è re academicâ sibi videri, ut Magistri in artibus ~~et~~ hac supplicatione ad aliquod tempus arceantur: Audito Syndico, Placuit Magistris in artibus supplicationem pro licentiâ aperiendi Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis, in aliquod tempus interdici.

5° De opere novo, quod in lucem edere parat V. C. M. Le Roux, Pædagogus Academicus, cui quidem titulus est, Dictionnaire d'ortographe: audito Syndico, Nominati sunt V. C. MM. Guyot, Rhetorum alter in Mazarinæo, et Charbonnet, Litterarum ibidem Professor, qui opus expendant, ac de illo referant.

Et ita conclusit amplissimus Rector.

Coger Rector.

Anno dni 1773, die decimâ quartâ mensis Augusti, habita sunt, in Collegio Ludovici magni, horâ septimâ matutinâ, Comitia generalia præclaræ Artium facultatis, ad eligendos probatores seu Examinatores Licentiandorum in artibus. 14. Aug°

Aug°

Post habitam ab ampl° Rectore, Oratiunculam, Clarens. Procancellarii appellarunt Examinatores Licentiandorum in artibus à Dignissimis B. Mariæ et Beatæ Genovefæ Pro-Cancellariis designatos: Scilicet, pro honorandâ Natione, Petrum Rhedon, Philosophiæ Professorem in Marchiano, et M. Duval, Baccalaureum in Utroque Jure: pro fidelissimâ, M. Franciscum Chopart, et M. Petrum Ludovicum Renatum Lange, Philosophiæ Professorem in Cardinalitio; pro Venerandâ MM. Le Maitre et Pichonnier, Baccalaureum Utrumque Theologum. pro Constantissimâ, M. Oneil, Exprocuratorem, et M. Aherne, Philosophiæ Prof. in Regiâ Navarrâ./.

Dimissæ ad deliberandum Nationes ac deinde regressæ per orn. Procuratores retulerunt eligi à se et creari in Examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt superius designati à Dignissimis Cancellariis. Et ita conclusit ampl. Rector./.

Continuò, novi examinatores, præsentibus Procancellariis, solitum dixere Sacramentum inter manus amplissimi Rectoris./.

Gravier o Creany.

Digressis pro-Cancellariis, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro reformandis Nominibus MM. Gravier Senescensis, et ô Creany, hibernus. de quibus retulit Syndicus nihil morari se pro re academicâ./.

Posteà jussit ampl. Rector palam recitari Epistolam Illust. Ducis de La Vrilliere, Regni administri; nec non Diplomâ Regii Consistorii Compendiari datum die ~~[illegible]~~ septimâ suyus mensis, de rebus Choletæis./: Mercatissimus verò Syndicus utrumque in Commentario referri requisivit, atque executioni demandari./.

Regressæ Nationes per singulos procuratores retulerunt 1° se indulgere Utrique supplici. 2° inscribenda esse instrumenta modò lecta, propter debitam Regi optimo reverentiam./. Et ita concluset ampl. Rector./.

Demum, cum Franciscus Marc, Rest. Bajocensis, ampl. Rectorem, Procuratores, Censores et Syndicum adiisset, iisque renuntiavisset se præsentibus in Comitiis supplicaturum esse ut biennium Cadomense sibi pro uno anno imputaretur, instrumentaque ad hanc supplicationem requisita tradidisset in manus Syndici, annuente ampl. Rectore, Ego scriba supplicavi in locum dicti Francisci Marc; auditoque Syndico, Placuit supplici suum postulatum concedi./

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Coder Rector.

Extrait des Registres du Conseil d'Etat du Roy

Le Roy s'étant ~~informé~~ fait représenter ses Lettres Patentes du seize mars mil sept cent soixante treize, par lesquelles il est dit, art X, que S. M. pour donner à la faculté des arts de Nouvelles marques de sa satisfaction, lui cede et donne les terrains et batimens du College des Cholets, pour les revenus en être distribués aux Principaux et Professeurs des dix Colleges de plein exercice,

1773. Aug.

7.

Il étant informé qu'il s'est élevé des contestations sur la regie de ses biens, sous prétexte qu'elle n'est point fixée dans lesdites Lettres; a quoi voulant pourvoir, Le Roy étant en son Conseil, a ordonné il Ordonne; que l'arrêt du Conseil d'Etat du 12. Fevrier 1772. concernant la regie dud. College des Cholets et maisons en dependantes sera executé selon sa forme et teneur, en tout ce qui ne sera pas conforme aux dittes Lettres Patentes du 16. Mars 1773 et au présent arrêt: En consequence Ordonne que lad. regie du College des Cholets continuera d'être faite par le Tribunal de la Faculté des arts; que led. Tribunal sera composé du Recteur, qui y présidera selon l'usage, des quatre Procureurs, lesquels seront accompagnés chacun de deux adjoints de leurs nations respectives, du Syndic, du Greffier et du Receveur; que led. deux anciens seront pris dans l'ordre des Professeurs, et qu'ils auront voix deliberative en ce qui concerne lad. administration; que le Receveur des revenus dud. College des Cholets sera toujours le même qui aura été choisi par les Principaux et Professeurs (par Receveur-general des Messageries des Nations), et que led. Receveur aura pour droit de recette, ce qui lui a été ci-devant accordé par le Tribunal de la Faculté des Arts. Fait au Conseil d'Etat du Roy, Sa Majesté y etant, tenu a Compiegne Le 7. aout mil Sept cent soixante treize/

Signé, Phelypeaux/

Fourneau

A Compiegne le 11. Aout 1773/

Le Roy, Monsieur, etant informé qu'il s'est élevé des contestations sur la regie des terreins et batimens du College des Cholets, que S. M. a cédés à la Faculté des arts par ses Lettres Patentes du 16. Mars 1773. a jugé à propos de faire connoître ses intentions par l'Arrêt que vous trouverés ci-joint, et dont Vous voudrés bien faire lecture à l'assemblée de la Faculté des arts du 14 de ce mois: Mais je ne dois point vous dissimuler que, si d'un côté Sa Majesté a été satisfaite de la conduite que Vous et la Faculté des arts avés tenue dans l'aggregation du College Royal à l'Université: de l'autre, Elle est mécontente de trouver dans quelques uns des membres de l'Université, des contradictions à ce qui émane de son autorité, auxquels Elle fait défenses de s'écarter de ce qu'Elle a réglé par ses Lettres Patentes et par les arrêts de son Conseil/

Vous voudrés bien tenir la main à ce que cet Arrêt soit inscrit sur les Registres tant de l'Université que de chaque Nation, conformément aux volontés de Sa Majesté et me mettre en état de lui rendre compte de son exécution/

On ne peut Vous etre, Monsieur, plus parfaitement devoüé que je le suis.

Signé, Le Duc de la Vrillière/

Inscriptio erat, a Monsieur Coger Recteur de l'Université/

Fourneau

28. Aug.

Annodni 1773, die vigesimo-octavo augusti, habito simul in antecessum Comitio ordinario Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni. adfuit M. Caillard, Universitatis Consiliarius forensis/.

Aug° — Sept —

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Marcus-Antonius Aubusson de Quinsac, subd. Lemovicensis, vitalis Gabriel de Dianne, acolythus sanflorensis, Franciscus-Petrus Felix le Mière, Presbyter Constantiensis; de quibus retulit M. Franc-Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, coeteraque instrumenta ad hunc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sub praef. supplicibus postulata concedi/.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3° Quod Ornatissimus Normaniae Procurator, dixit, delatum sibi fuisse Regio Censori Diarii illius litterarii, cui titulus est Mercurius, Prospectum, ut aiunt, novae Institutionis à duobus Conjunctissimis Viris, M. Verdier, Medici partes agente, et M. Frottier, partes Paedagogi, proxime incundae; quae cum Academiae minus consonare videtur: Audito Syndico, Placuit, rogari ampl. Rectorem ut quam primum adeat Virum Clarissimum DD. de Sartine, Regium rei Librariae Praefectum, et urbanae Politiae Praetorem, ne prospectus ille typis mandetur, et publici juris fiat/.

4° Quod Vir Clarissimus DD. de Villeneuve, Rerum Civilium Praetor, forum non judicavit in Castelleto concedendum Nuntio cuidam Jurato Universitatis, sibi vindicanti immunitatem à Tributo plebeio, Galliae La Taille, à se exacto, occasione domus, et praediorum quae ab ipso locantur: De ea re, auditus est M. Caillard, Novus Universitatis Consiliarius forensis, praesentibus duobus Nuntiorum Academicorum Deputatis. Audito Syndico, Placuit, Praefatum Nuntium ab Univ.te adjuvari privatis officiis, si forte rem ipsam dijudicandam tentaverit.

Et ita Conclusit ampl. Rector/. Coder Rector.

Anno dni 1773, die Septembris: Serenissimus Provinciae Comes, urgem ingressus cum Augusta Conjuge, eodem ritu, apparatu, plausu ubique exceptus est, quo frater ejus et soror; nisi quod tamen, orationem sequentem habuit, non ante aedes Universitatis Primarias, sed, jubente Augusto Principe, ante novas Juris Scholas./

Monseigneur,

Vous venés goüir du spectacle le plus delicieux pour une ame tendre et sensible. Au milieu de ce peuple qui vous environne, vous goutés un plaisir préférable à la joie des conquerans, le plaisir d'enchainer tous les coeurs. Les hommages auxquels vous êtes accoutumé, on les rend par devoir à votre naissance. Aujourd'hui, c'est un tribut libre et volontaire, que vous offre l'amour, qui n'écoute que la voix de l'estime et du sentiment./

Cette bonté touchante qui tempere la noble fierté de votre origine: L'acceuil favorable dont vous honnorés les arts et les talens: votre zele pour la Religion, a la quelle seule il appartient d'assurer la gloire et la stabilité des Empires, voila, Monseigneur, les titres qui vous rendent si cher à la Patrie./

Ceux que vous nous présentés, Madame, ne sont pas moins précieux à la France. Le même sang qui coule dans vos veines donna le jour à Loüis

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Le bien aimé. C'est dans cette source auguste et seconde, que vous avés puisé ces vertus aimables qui percent les voiles de votre modestie, et sur lesquelles la Nation arrête les yeux avec une douce complaisance./

L'Université de Paris, celebre dans tous les siècles, par son devoüement au bien de l'Eglise et de l'Etat, vous supplie, Monseigneur, d'etre l'interprete de sa reconnoissance auprès d'un monarque, auquel elle doit encore plus qu'à Charle-Magne, son pere et son fondateur./

Hilari fronte, benignâque voce dixit Serenissimus Princeps, gratam sibi esse Rectoris orationem, gratam Universitatis obsequium et affectum, seque illius nusquam fore immemorem. Caeterum, id quod jam praeceperat Augustia soror, jussit ferias academicas prorogari octo dierum spatio./

Fourneau

Mandatum Rectoris
ob dilatam Scholarum Instaurationem./

Nos Franciscus-Maria Coger, Rector Univ.i Studii Parisiensis, omnibus ac singulis tum Collegiorum Gymnasiarchis, ac Professoribus, tum Acad.ae Nostrae Scholaribus, Salutem.

Nostris adhuc obversatur oculis solemnior haec pompa, quae Dilectissimi Regis Nepotes augustissimos ad primarias Urbis aras vota deferentes, suoque conspectu suavissimo Civium animos mirifice recreantes excepit ac celebravit. Nostris adhuc insonant auribus illae faventes populi voces, quibus tenerrimos affectus suos certatim depromebant; atque imprimis Academicae Juventutis aestuans laetitia, cum antiquos Latii Nostri Colles dulcissima Principum praesentia recrearet, suamque illi benevolentiam verbis mellita urbanitate conditis sponderent Universitati./

Tum, si unquam alias, manifeste patuit studium illud ardens in suos Principes, quod, intimis Gallorum pectoribus innatum, quaquâ datâ occasione gestit erumpere; patuit et illa pietas singularis ac prope incredibilis quam Ludovico, vel ab ipsis incunabulis, vovit consecravitque Gallia; quamque deinceps novâ semper alacritate fovit et exsuscitavit. Visa demum est quasi reviviscere aetas, quâ Principum suorum assiduo se hospitio civitas Regia jactabat./

Verum enim verò quanto commota delectationis sensu laetitia defixit oculos in Seren.um Delphinum, totam desideratissimi Parentis animam fidâ sub imagine reddere meditantem, futiles blandientis aulae delicias fortiter et animosè respuentem, easque artes et studia quàm tacitè tam sedulò, ex quibus floreat in dies continuata Gallorum felicitas et gloria! Quàm juvabat ex ipso frontis ejus aspectu futurae sortis auguria captare, et eam ominare quâ, Regnante Ludovico, perfruimur securitatem, non cum suâ, non cum suorum aetate terminatam iri, sed ad ultimam usque posteritatem esse perventuram!/

Ecquem pariter non permovere eximia, quae refulgent, in Seren.a Delphinâ, tum animi tum corporis ornamenta; in quâ quidem spirant ingentes Caesarum animae, spirat imprimis Augustissima Parens, profundi foemina consilii, Regibus vel maximis ad exemplar proponenda! Quid memorem illos sensus excultos ac nobiles, natalium splendore dignissimos, aut illam plenam affabilitatis Majestatem, quae protinus omnium alliciet animos; aut illam demum, unde caeteris dotibus pretium additur, Religionis observantiam, quae ipsi priùs à Matre piissimâ afflata est, quam mitteretur imperium quidem in magnum, sed avitae

fidei præsertim addictissimum! Mirum igitur neminî videatur si, ad optatissimam Utriusque Principis præsentiam, ita exundaverit Lætitia, ut illam capere vix potuerint Civium pectora./

Novas adhuc ferventi gaudio faces protinùs addidit, tum Augustæ Delphini soror, Regalis aulæ decus ingens et ornamentum insigne, tum Serenissima Provinciæ Comes, Galliarum amor et delicia, ejusque conjux Dignissima, cujus per venas valet sanguis idem ille unde vixit Ludovicus; quos quidem eadem virtutum decora, eandem oculis vestris pompam explicantes, non minori studio et applausu consalutavit universa Civitas; quique, dum sua nostris miscere non dedignabantur, incendebant et ipsi gaudia./

Te quoque manet eadem, invidenda sanè, voluptas; par obsequium Tibi et amorem gentis patriæ depromeres, Spes & delitium non degener, dignumque magni Regis incrementum, Serenissima Atrebatum Comes, grandibus pariter debitæ fatis hymenæo que Augustissime!

Quanta porrò Ludovici pectora pervasit dulcedo, cùm amabile Neptorum agmen, in amplexum ejus involantes inviam, recenti lætitiæ via temperantes, vividis volatibus exprimerent quantâ caritate Regem optimum populus optimus complecteretur, quamque teneris affectibus dilectam ipsius sobolem urgeret! O dignum Rege, qui Suorum Patrum dici se et esse gloriatur, voluptatem, quam nec ipsa possit æquare, quæ tanta est, imperandi dulcedo!

Ut autem ab Aud.ia Juventute regnetur assuetâ diuturniori recens jucunditas, cujus memoria apud teneras mentes vetiùs infixa, in longum ætatis tempus conservanda, Nos Principum benè populariùm voluntatem ritè interpretantes, dilatis in diem à nobis indicendam ordinariis Supplicationibus Unionis, et præclaræ artium Facultatis Comitiis, inducias Aud.ia prorogari Volumus ad diem usque octobris undecimum; quo die, ut moris, Sacrum Spiritui Sancto celebrabitur, et solita instaurandis Scholis concionator habebuntur/

Interea Magistris æque ac Discipulis cura sit ô Summo bonorum omnium Largitore Deo deprecari, ut Ludovicum Unionis Parentem munificum diu salvum præstet et incolumem, ut S. Ludovici progeniem sicut cedrum Libani multiplicet, Christianas que ac Regias virtutes tanti Progenitoris, unà cum sanguine, transmittere velit in nepotes, atque in perpetuum propagari.

Datum in ædibus nostris Majoribus, die vigesimo mensis Septembris, anno Dni milesimo Septingentesimo Octogesimo tertio/

Journeau

2. Oct.

Anno Dñi 1783, die secundo octobris habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici Magni./

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, quas Magisterii artium et quinquennii DD.MM. Joannes-Baptista Brun, Presbyter Claromontensis; Claudius Bonenfante, Subdiaconus Carnotensis; Petrus Ribevolles, Subdiaconus Claromontensis; Joannes-Chretien, Presbyter Claromontanus, Nicolaus Langlois, Presbyter Parisinus; Ludovicus Roze, Presb. Nolzomagensis; Petrus Ludovicus Blandurel, Diaconus Bellovacensis, de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tam eorum Litteras Magisterii, tam Professorum, quas audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, suas Supplicibus portulata concedi/

GEN. DE PARIS

2°. Lecta et recognita sunt quæ Juratæ Supervisibus in Comitiis acta et Statuta/

3°. Indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes ad diem Jovis decimam quartam hujus mensis, ob dilatam Scholarum instaurationem/

4°. Quòd M. Lousel, Normaniæ Procurator, et Censor Regius dixit, iteratis vicibus instare apud Clar. Virum DD. de Sartines, Regiæ Librariæ rei Præfectum, ut Prospectus novæ suæ Institutionis typis mandetur, viâ Mercurii: Rogatus est iterùm Amp. Rector, ut assumpto sibi Comite Sapientissimo Medicinæ Decano, adeat DD. de Sartines/

Acta ab amplissimo Rectore concluserunt/

Oger Rector. 14. oct.

Anno Dñi 1773, die decimâ quartâ octobris, habitæ sunt, in Collegio Ludovico-Magni Comitia Universitatis Centuriata, ad varias Supplicationes

Primùm omnium in aulâ Tribunalis Academiæ consessum est, ubi Supplicarunt, pro litteris nominationis, pro Magisterio Artium a quinquennio, et Mm. Cæsar Cyprianus et Alexander Le Grand, Presbyteri Ebroicenses, Matthæus Crispinus Fromentin Diœc. Cadurcensis, de quibus retulit Syndicus, et visis omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit Supplicibus sua postulata concedi/

2°. Sacramentum præstitêrunt inter manus amplissimi Rectoris, novi Librarii a M. Antonio Prospero Dottin, uno ex adjunctis rei librariæ, præsentati, nimirùm, Joannes-Baptista Fourmier, Atrebatensis; Joannes-Franciscus Colas; Joannes Carolus Colombier; Antonius Cantus, Noviodunensis, et Joannes-Baptista Angot/

3°. Sacramentum etiam præstitit M. Philippus La Marque, Parisinus, novus Pædagogus Academicus.

Demùm ad Sacramentum admissi Joannes-Baptista Eudes, Bajocensis, novus Normaniæ Nationis Appositor/

Itum est in Comitium, ubi, post elegantem habitam Oratorem ab ampl. Rectore de recenti orta Serenissimi Valesiorum Ducis, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit ampl. Rector, in hoc trimestri Magistratu, consultis ordinibus Academiæ, ipsique ampliùs pollicitis sua Comitatia rite procedura ad eadem Dei Sacra sub invocatione SS. Gervasii et Protasii/

Ubi Pontificem egit S. M. N. Bouillerot, Doctor Theologus, Ecclesiæ Pastor: idemque disertissimam habuit Orationem ad Populum: Eucharisticam ad Pontificem habuit M. Vernadé, Doctor aggregatus ad tertium Ordinem/

Acta concluserunt Ampl. Rector/

Oger Rector.

18. oct.

Anno dñi 1773, die decimâ-octavâ mensis octobris, habita fuit ordinaria ac generalis præclarae Artium Facultatis Comitia, in Collegio Ludovici Magni.

Post habitam ab Ampl° Rectore orationem, facta Supplicandi potestate, Supplicarunt pro immunitate ab onere solvendi codices Philosophicos, Joannes Ludovicus de Grand, Presbyter Constantiensis, et Joannes-Baptista Gossome, Presbyter Carnotensis, hic propter pectoris infirmitatem, ille ob debilitatem oculorum, testantibus Mess. Cosnier et Guindant, Doctoribus Medicis Parisiensibus: deinde, M. Petrus Flood, Subdiaconus Ardaghensis in Hibernia, ne sibi revocari quod codices Philosophicos ante diem morbo impeditus non exceperit; nec immunitatem ab onere solvendi petierit, cum ignoraret sibi ab Episcopo præscriptum iri, ut obtineret gradum Magisterii in Præclara Artium Facultate; Philosophicis tamen ita deditus, ut tres actus publicos per biennium habuerit.

De Grand
Gossome
Flood.

Audito de Supplicibus M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Ampl. Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, ac de confirmandis Quatuor-Viris; præterea portulabit se grata et grata habiturque gesta in suo trimestri et biennali Magistratu, sibique Litteræ Commendatitiæ decernerentur.

Nationes digressæ ac regressæ per suos Procuratores retulerunt sibi indulgeri Supplicibus; confirmari Quatuor Viros manè electos, nimirum, pro honorandâ Natione M. Reydellet, ex-procuratorem; pro fidelissimâ, M. Vallé, Ytrum Procuratorium, Philosophiæ Professorem Emeritum in Cardinalitio; pro Venerandâ, M. Vasse, quarti Ordinis Professorem in Harcurio; pro Constantissimâ, M. Jo Joirre, Humanitatis Professorem Emeritum in Marchiano: Demùm rata et grata habuit quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri ac toto Magistratu, eique honorificentissimas decrevit Litteras Commendatitias.

Quatuor Viri, præstito inter manus Ampli Rectoris Sacramento, omnave ingressi sunt fausta digressi pro Magistrum Vallé retulerunt delatos à se fuisse fasces Rectorios V. C. Magistrum de Vasseu, Eloquentiæ Professori in Cardinalitio. Quæ quidem Electio ab omnibus statim Nationibus confirmata est.

Attrò abrat M. Le Vasseu; ad cum accersendum diti à Cardinalitio Professores delecti sunt; venit; impositam que sibi provinciam acceptare noluit.

Postea, quæsitum est an iterandæ Rectoris electio esset penès eosdem Quatuor Viros ex priori Nominatione, an penès omnes Procuratores, jure devoluto, Multiplici autem exemplo comprobatum est, renovandam esse electionem ab iisdem Quatuor-viris.

Igitur Quatuor-Viri omnes iterum ingressi sunt, unde digressi sub horam tertiam pomeridianam, per Magistrum Jo Joirre retulerunt electum à se fuisse Rectorem Magistrum Franciscum-Nicolaum Guerin, Antiquum Rectorem, Universitatis Syndicum, Eloquentiæ Professorem Emeritum. Quæ electio cum ab omnibus Nationibus comprobata esset, Novus Rector Solemne Sacramentum præstitit et inauguratus est ritu antiquo ab Ampl° Rectore decessore; ac deinde ab eo, cum amplissimâ Comitatu, in ædes suas Ludovicæas deductus est.

Rector.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Incipit Sdus Rectoratus V. C. M. F. N. Guerin

Anno dni 1773, die martis decimâ nonâ octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, horâ septimâ Matutinâ, Comitia Deputatorum Universitatis, à Novo Rectore pro more indicta ad ipsius sive instructionem sive Confirmationem. Quibus in Comitiis Ego Universitatis Scriba Syndici partes egi; V. C. M. Girault de Koudou Scribae partes gessit./. 19. Oct.

Postquàm auditus est Pro-Syndicus, peroravitque Clarissimus Ex Rector ad Latus dextrum novi Rectoris sedens, omnes dixerunt, sibi gratam esse Electionem M. Francisci-Nicolai Guerin, in Rectorem, eique operam et Consilium polliciti sunt./.

Et ita conclusit amplissimus Rector/. Guerin Rector/

Degressis Decanis, Postulavit Pro-Syndicus, ut ab ornat. Procuratoribus quàm primùm convocarentur Ordinum suorum Comitia, in quibus Nominarentur bini Deputati ex Ordine Professorum ad res Choletaeas. Placuit annuè postulationi Pro-Syndici; atque Comitia Tribunalis praeclarae artium facultatis de rebus choletaeis in diem veneris proximam indicè. Et ita ab Amplissimo Rectore conclusum est/.

Guerin R.

Anno dni 1773, die veneris vigesimâ secundâ octobris, habita sunt, horâ sesquidecimâ Matutinâ, Comitia Deputatorum praeclarae artium facultatis ad res Choletaeas, in Collegio Ludovici Magni. Adfuerunt, amplissimus Rector, quatuor Nationum Procuratores, bini à singulis nationibus Professores Deputati; nimirum ab honorandâ, MM. Camyer et Gaudet: a Fidelmâ, MM. Dair Major et Turquet: à Venerandâ MM. Montlien de Larmenerie et Le Seigneur; à Constantâ MM. Macdonogh et Jaquin: Pro-Syndico, me Scribâ; Vices-Scribae agente M. Girault de Koudou: M. Le Bel, Quaestore/. 22. Octob.

1°. Petiit Quaestor, certam constitui formam reddendarum singulis annis rationum pro domibus Choletaeis. Audito super eâ re Pro-Syndico, Placuit 1°. reddi dictas rationes, juxtà computum Academicum, initio à Remigialibus ducto. 2°. Septem numero earumdem exemplaria describi, distribuenda Rectori, Procuratoribus, Scribae et Quaestori. 3°. per decursum mensis decembris computationem fieri/.

2°. Retulit idem Quaestor Regias manus injectas esse in domos Choletaeas, ob tributum vicesimarium minimè solutum; operamque et consilium petiit. Tum eâ de re auditus est M. Guido-antonius Fourneau, Pro-Syndicus, qui dixit, dictas domos fuisse modò Regis, modò praeclarae artium facultatis; adeòque dividendam sibi videri praesentem deliberationem/. domos fuisse Regis à Remigialibus anni 1770 ad Paschalia anni 1773; quod autem Regis est à Tributo immune esse et liberum; easdem fuisse praeclarae artium facultatis à Kalendis aprilibus proximè elapsis, adeòque Tributo obnoxias, nisi immunitatem praeclara artium facultas impetraverit./. De priori tempore, injectionem manus esse irritam in domos Regis, quarum reditus omnes ab arcâ ademica, ejus Jussu, ad Collegium Regium transvolarunt; se eâ de re adiisse ad V. C. D. de St. Wast, Tribuli Rectorem, illum verò, re exploratâ, extemplò copiam fecisse inquilinis pensiones suas Quaestori Academico numerandi, dato in in instrumento ritè subsignato; imo spem fecisse,

idem ab Illust.o Mercaturæ Parisiensis Præfecto DD. de la Michodiere confirmatum iri. De posteriori Capite, Inutile sibi ac periculosum videri immunitatem ab onere tributi vicesimarii persequi. Audito Pro-Syndico, Rogatis dictisque sententiis. Placuit ad primum, rogari Pro-Syndicum, ut quam adhibuit hac in re fidem ac diligentiam, eandem adhibere pergat, unà cum integerrimo Quæstore, ad alterum, Solvendum esse potius tributum, quam inutilem et periculosam petitionem facere./

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est./ Guerin R./

27. oct. Anno dni 1773, die vigesimâ septimâ octobris, habita sunt in Collegio Ludovici magni Comitia generalia præclaræ artium facultatis, ad creandos Censores/

Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi Codices Philosophicos Ludovicus-Stephanus de St. Farre, clericus parisinus, ob summam oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. de St. Leger, Doctor-Medicus Parisiensis; Guido-Franciscus Barrier, Sanflorensis, tum ob summam pectoris infirmitatem, tum ob creberrimos capitis dolores, quæ mala corporis inflexione recrudescunt; testante M. Philip, Doct. Medico Parisiensi; Bonus-Michael de Baudre, Bajocensis, propter oculorum infirmitatem, quæ duobus posterioribus superioribus anni impedimento fuit; testante M. Belleteste, Doctore medico Parisiensi; Posteà, Paulus Maria Spiritus Martin, Pictaviensis, ut ne sibi noceat, tum quod cognomentum Paulus omiserit, tum quod inscripserit se Andegavensem; Ludovicus-Antonius Le Gros, clericus Meldensis, ut ne sibi noceat, quod in priore Logicorum apud scribam non inscribitur, quod occurrit Catalogos Professoris ac Primarii percurrente, adeòque restituatur; demùm Carolus-Pancratius-Jacobus L'archeveque, Acolythus Constantiensis, ut biennium Cadomense sibi pro uno anno imputetur./

de St. Farre

Barrier

de Baudre.

Martin

Le Gros

Larchevêque

Posteà ampl. Rector Legendas Scribæ tradidit Litteras Regias quibus præscriptum est, ut, juxtà mores et consuetudines Universitatis, Petro-Antonio Regnier de Rosier, Diacono Rutherensi, Magistro in artibus apud Universitatem Tolosanam, Biennium apud Professorem sæcularem confectum in Collegio dictæ Universitatis pro uno anno computetur./

Audito super supplicibus M. Guidone-Antonio Fourneau, Pro-Syndico, requirente Litteras Regias executioni demandari, quæ Legibus et consuetudinibus academicis consentaneæ sint; dimissæ sunt nationes ab amplissimo Rectore, ut de iis deliberarent, novosque Censores crearent./

Nationes Regressæ per Ornatissimos Procuratores retulerunt 1.o se annuere omnium supplicum postulatis. 2.o se velle Litteras Regias modò recitatas in Commentarios inscribi, cum usibus academicis consentaneas. 3.o Creatos à se Censores; ab honorandâ quidem, M. Hure, Virum Procuratorium et Baccalaureum Theologum; à fidelissimâ, M. Boitel, Baccalaureum Theologum; à Venerandâ, M. Sonnet, Baccalaureum Theologum; à Constantmâ

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

M. Cafaxe, Grammaticæ Professorem in Marchiano/.

Præterea Venerandæ Nationis Procurator legit conclusionem illius conquirentis quod M. Fourneau Syndici, et M. Girault Scribæ vices gererent. Cum que M. Fourneau, suo et M. Girault nomine, contestaretur adversus hanc Venerandæ Nationis reclamationem, et utraque pars reclamationum actus postularet: ampl. Rector utrique dedit actus quos petunt, rebus in eodem statu manentibus/.

Tum novi censores Sacramentum solitum dixerunt inter manus amplissimi Rectoris/.

De par Le Roy.

Chers et bien amés, Le S. Reignier de Rozieres nous aiant fait répré=senter, qu'il a fait son cours de Philosophie pend.t deux ans dans l'un.té de Toulouse, sous un Professeur séculier, et que quoique vous ne vous soiés astrains à compter pour une année Le cours de Philosophie fait hors de votre faculté que relativement aux Universités de Rheims et de Caen qui vous sont affiliées, neanmoins vous avés usé plusieurs fois de la même indulgence à l'égard des Etudians des autres Universités, Nous vous faisons cette Lettre pour vous dire que le S. Regnier de Rozieres ayant fait une année de Philosophie à Paris, notre intention est que le Cours de Philosophie qu'il a fait à Toulouse lui soit imputé pour une seconde année, et en consequence qu'il soit admis à subir les examens necessaires pour obte=nir le dégré de Maitre-ès-arts, le tout neanmoins sans tirer a consequence. Si n'y faites faute, Car tel est notre plaisir. donné a Fontainebleau, ce 22. 8.bre 1773. Signé Louis. et plus bas Phelippeaux.

Inscriptio erat. A nos chers et bien amés Les Recteur, Procureurs, et Suppots de la faculté des arts de notre très chere et ainée fille L'université de notre bonne ville de Paris/.

Fourneau

Conclusio Venerandæ Normanorum Nationis

La Nation proteste de nullité des fonctions de Vice-Sindic exercées par M. Fourneau, Greffier de l'Un.té, sans y avoir été spécialem.t autorisé par le Tribunal, en la maniere accoutumée; et pareillem.t proteste de nullité des fonctions de Vice Greffier exercées par M. de Koudou, Le Greffier présent, et non Legitimement empeché, sans avoir été nommé à lad. Commission par le Tribunal, et avoir prêté le serment necessaire, pour rendre les actes valides, aut=entiques et dignes de foi en justice: s'oppose à ce que M. Fourneau abandonne ses fonctions pour en exercer d'autres, et à ce que M. de Koudou s'ingere dans aucune fonction de Syndic, Greffier, Receveur, Bibliothecaire et sous-bibliothecaire, qu'il n'ait acquis l'émerite, et se soit retiré, conformement aux lettres patentes du 3. mai 1766. Prie M. Le Recteur de faire proceder incessament à L'élection, en la maniere accoutumée, d'un Vice-Syndic, pour remplir lesd. fonctions pendant

son Recteurat, et charge son Procureur de renouveller au Tribunal Porchain les presentes protestations et oppositions; et en cas qu'il soit passé outre, ce que la nation ne presume pas, d'assembler au plutôt la Nation, pour être deliberé ce que de raison, sans prejudice des deliberations precedentes de lad. Nation, et sous la reserve de tous ses droits. Fourneau Guerin R.

6. nov.

Anno Dñi 1773. die Sexto novembris habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis.

Primùm omnium Nominavit amplissimus Rector M. Guidonem Antonium Fourneau, Scribam, qui Syndici vices ageret his in Comitiis, dum ageretur de Supplicibus et de Pro-Syndico Nominando.

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii, MM. Joannes-Franciscus Croze, Subdiaconus Sanflorensis, Franciscus-Nicolaus-Maria Murlay, Subdiaconus Ambianensis. Nicolaus-Ludovicus Humbert, Aurelius-Dionisius, Nicolaus-Joannes-Renatus Lescier, Subdiaconus Cameracensis; Anna-Alexander-Marie Dinbault, Presbyter Caenensis; Petrus-Franciscus Grand, Presbyter Lugdunensis; de quibus retulit M. Guido-Antonius Fourneau, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab eis fuisse ritè confectum, ceteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, placuit, suo præf. Supplicibus postulata concedi.

2°. Antequam Suffragium ferret Ornatissimus Normaniæ Procurator, petiit, ut illud non noceret conclusioni Nationis suæ intercedentis, nec Syndici et Scribæ vices gerentibus à MM. Fourneau et Girault de Kerdour. Audito Pro-Syndico, placuit dictam conclusionem primùm legi, ac deinde dari Ornat. Procuratori actum quem petit.

3°. Lectâ Venerandi Ordinis Conclusione, dixit M. Fourneau, se de illâ litem contestatam habere, suo et M. Girault nomine; igitur postulare se, ut dis illa præsentibus in Comitiis dirimatur, atque audiatur M. Girault præsens, ac postulans Licentiam scribendi se coram Academico Tribunali. Rogatis Sententiis, Dictum est Nominandum esse Pro-Syndicum, priusquam causa illa discutiatur, et M. Girault in Comitium introducatur.

4°. Cum Amplissimus Rector dixit, Superioribus in Comitiis ad suam instructionem vel confirmationem habitis, et in ipsis præsentibus nominatum à se fuisse M. Fourneau, Scribam, qui Syndici vices pro tempore ageret, jam rogare se, ut idoneus Sufficiatur, qui quandò ipse Rector

erit, Syndici partes gerat: —— simulque testatus est pergratum sibi fore, si Viro Clarissimo M. Josepho Mouton, Professori Emerito, Viro Procuratorio et Curorio ea Provincia demandaretur. Audito M. Guidone Antonio Fourneau, Pro-Syndico, placuit M. Josephum Mouton, dum Nator futurus est M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndici vices gerere. Et statim accersitus Sacramentum dixit, coram Academico Tribunali, inter Amplissimi Rectoris manus.

5° Postquam novus nominatus est pro-Syndicus, Ego petii licentiam reclamandi Conclusioni antè recitatæ, ac dixi primùm, summo nullitatis vitio argui, eo quòd ab Academiâ acta et statuta sunt, M.M. Girault et Fourneau Scribæ et Syndici vices gerentibus, ex quo M. Franciscus Nicolaus Guerin ad Rectoriam Dignitatem evectus est: me verò postulare ut eadem recognoscantur in Comitiis, atque declarentur non esse nulla et irrita, sed valida, ritè et ex præscripto facta: deinde, dictâ conclusione intercedi, ne M. Fourneau Syndici vices gerat, et M. Girault vices Scribæ; eâ de re postulare me, ut audiatur M. Girault de Koudou. His dictis, Ego è Comitio discessi, ac petii, ut Normanicæ Procurator discederet, dum ferretur eâ de re Sententia. Audito Pro-Syndico, Rogatis, præsente Normanicæ Procuratore, Sententiis, Dictum est, eo quòd acta et statuta sunt, M.M. Fourneau et Girault de Koudou Syndici et Scribæ vices gerentibus, non esse eadem et irrita, sed valida ritè et ex præscripto facta.

Cumque jam primùm se intenderent tenebræ, Digressis Sapientissimis Theologiæ et Medicinæ Decanis, inaudito M. Girault de Koudou Rectore Sextam solutæ sunt Comitia.

Et ita Conclusit Amplissimus Rector. Guerin R.

1 dec.

Anno Dñi 1773, die quartâ mensis decembris, habita fuit in Collegio Ludovici Magni, Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis.

1° Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, quæ Magisterii Artium ea quinquennii, M.M. Petrus Ludovicus Pluet, Presbyter Rothomagensis, Ludovicus Le Bon, Diaconus Lingonensis; Franciscus Brigault, Presbyter Lingonensis; Joannes-Jacobus Faraux, Acolythus Laudunensis; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse, tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt testimonia; quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito M. Josepho Mouton, Pro Syndico, placuit suo præfatis Supplicibus postulata concedi.

decembri

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3° indictae sunt generales Universitatis Supplicationes ad diem decimam hujus mensis decembris/.

4° Nominati sunt Ornatissimi Galliae et Normaniae Procuratores MM. Maltor et Louvet, qui expendant opus novum a V. C. M. allais, de republica litteraria jam bene merito, conscriptum, cui Titulus est Synopsis historiae Romanae, ac de eo referant/

Et ita Conclusit ampl. Rector/.

Anno dni 1773, die septima decembris, amplissimus Rector et Praeclara artium Facultas interfuere solemni sacro de Spiritu Sancto apud fratres Praedicatores/ Fourneau Guerin R/

Anno dni 1773, die decima decembris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni Comitia generalia et Supplicatoria Universitatis/.

Primum in aula Tribunalis academici consessum est, ubi supplicavit pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Carolus-Augustus Mauger, Presbyter Constantiensis; de quo retulit M. Josephus-Mouton, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse, tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus Constat legitimum Studii tempus ab eo fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Prosyndico, suum praef. Supplicii postulatum concessum est./.

Itum est deinde in Comitium, ubi, omnes ordines rata et grata habuerunt quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri magistratu, Litterasque commendatitias ipsi decreverunt, Post habitam ab ipso Orationem elegantissimam Praeterea singuli ordines amplissimum praebuerunt Comitatum rite procedenti ad aedes Sanctissimae Trinitati Sacras, apud Malturinenses/.

Ibi Pontificem egit M. Negrel, Doctor Theologus, domus Sorbonicae Senior; Orationem habuit ad populum M. Seconds, Primarius Plestaeus, Doctor itidem Theologus et Socius Sorbonicus; Eucharisticam ad Pontificem M. Marcognet, Grammaticae Professor in Grassinaeo/

16 dec. Anno dni 1773, die decima tertia decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia Praeclarae artium Facultatis/.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, Facta Supplicandi potestate supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi, MM. Paulus Nicolaus Sers, clericus Rivensis, et Josephus-Julianus Sylvestre, clericus Parisinus, ille propter oculorum infirmitatem, hic vero pectoris, testante pro utroque

Sers
Sylvestre

M. Decerneh, Doctore medico Parisiensi Joannes Franciscus de Beauvoisl, clericus Bajocensis; et annis Antonius de Gand, clericus Lexoviensis, hic propter pastoris et oculorum, ille propter pastoris tantum dolores, quos tertatur M. Belleterre, Doctor Medicus Parisiensis; Claudius Franciscus Havard, clericus Senonensis, ob manus tremorem; et Bernardus Mac-mahon, clericus Clonensis in Hibernia, ob pastoris debilitatem, testante pro utroque M. Mac-mahon, Doctore medico Parisiensi: denique Jacobus Aegidius Philippus Fourrier, subdiaconus Ambianensis, ob pastoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Costier, Doctor Medicus Parisiensis. Beauvoisl de Gand Havard Mac-mahon Fourrier

Praeterea Supplicavit M. Joannes Ludovicus Aubert, Novus Litterarum Galli=carum Sector ac Professor in Regio Franciae Collegio, ut co-optaretur in gremium Universitatis, solitumque praestitis Sacramentum inter manus Amplissimi Rectoris. Aubert.

Audito de Supplicibus Mo. Josepho Mouton, Procyndico, Ampliss. Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, de confirmandis Quatuor Viris, et rati-habitione eorum quae gessit, simulque de nominandis Deputatis ad Concursum mense Aprili habendum.

Nationes digressae ac deinde regressae per singulos Procuratores, retulerunt 1o. se indulgeri Supplicibus. 2o. rata et grata habari quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, eoque nomine litteras illi decerni commendatitias. 3o. Confirmatos fuisse Quatuor Viros mane electos, nimirum, pro honorandâ Natione, M. Cotton, Litterarum Professorem, in Mazarineo; pro fidelissimâ M. de Vasseur, Rhetoricae Professorem, in Cardinalitio; pro venerandâ, M. Gardin-Dumesnil, humaniorum Ludovicaei Primarium; pro Constantissimâ, M. Oneal Virum Procuratorium. 4o. Electos fuisse in Deputatos de rebus ad Concursum, in Gallicanâ, MM. Gaudet et Desmoles, Litterarum Professores in Montanteo et Ludovicaeo: in Picardiâ, MM. Wallet et Boutillier, Grammaticae Professores in Regia Navarrâ et Ludovicaeo: in Normaniâ, MM. Gardin, Primarium humaniorum, et Sommel Baccalaureum Theologum: in Constantissimâ M. Laberne, Philosophiae Professorem, in Regiâ Navarrâ, et Cafaro, Grammaticae Professorem in Marchiano.

Praeterea Veneranda Natio Rogavit ampl. Rectorem, ut jura gravelata Artium Facultatis in plenam et integram vigesimam-octavam Nuntiaturam Francicorum et exterorum partem tueatur et pro suâ singulari industriâ et in Academiam amore promoveat, adhibitis, quos voluerit Comitibus, apud Illust. Rei erariae Praefectum.

Quatuor Viri, praestito inter manus Rectoris, Sacramento confirmati subierunt, una digressi, per M. Oneal retulerunt, prorogatos à se fuisse fastos Rectoris Viro ampl. M. Franco Nic. Guerin. Quae prorogatio ab omnibus Nationibus approbata et confirmata fuit; Suprodictis protestationum Venerandi ordinis annumeratis. Etita conclusit ampl. Rector. Guerin Rr.

Oratio

Ab amplissimo Rectore habita in Comitiis Praeclae. Artium facultatis, extraordinariis die 30. Junii.

In memoriam revocanti quis exitus sorte tulerit plurimos olim athenienses de Patriâ egregiè meritos, non mediocri mihi est solatio et documento, à tot talibusque viris relictum patientiae et Magnanimitatis exemplum, Procuratores Ornatissimi, Proceres Academici. Cùm sapientissimus esset Socrates, sanctissimè que vixisset, judicibus injustâ illum poenâ mulctantibus, adhibuit liberam contumaciam, sed à magnitudine animi ductam non à superbiâ. Judicibus enim quid poenae se commeruisse existimaret affirmantibus respondit, id se meruisse, ut sibi victus quotidianus in Pritaneo publicè praeberetur; qui honos apud Graecos maximus habebatur.

Quid Phocio, qui cognomine bonus est appellatus? familiari cuidam dicenti, ô! quam indigna perpeteris, Phocio! at non inopina, inquit; hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt athenienses. jussitque simul filio suo mandari, ut populi atheniensis injuriarum in se obliviscerentur.

Pudeat sanè virum Christianum, Prae. Acad.ci, longè sublimiori eruditum doctrinâ, et efficaciori nutritum auxilio, horum et patientiam et lenitatem minùs aemulari; minùsque esse in suis, quam in alienis exorabilem injuriis. Itaque, quod in proximè habitis facere non sinebat nec temporum nec animorum ratio, quodque minus aequis auribus tunc fortè à plurimis exceptum fuisset, illud hodiernâ die facere mihi liceat. Quandoquidem, ut videtur, resedit ille impetus et fervor impotens sui, in id quod caepit pertinax, decoris oblitus, necessitudinum immemor et beneficiorum; cum revocata regnat in hoc amplissimo et augustissimo coetu tranquillitas illa ac securitas, quae affert cùm constantiam tùm Dignitatem; postulo à vobis, ut pristinam, quâ non semel sustentatus fui et exornatus benignitatem ac benevolentiam rursùs mihi commodetis; postulo, ut mea haec, si qua est, sentio autem quam sit mediocris, facundia prosit mihi quae nunc pro Domino, pro vobis saepè locuta est.

Nefas enim sit profectò, quae velissimo cuilibet è plebe datur injuriis lacessito, causam dicendi facultas eam Rectori vestro non dari, eâ in parte laeso, quae medullitùs afficit quibuscumque salit laevâ in parte mamillae, et qui summum credunt nefas vitam pudori praeferre.

Divus Augustus vultu et aspectu Actiacas Legiones exterruit: Divus Julius seditionem exercitûs verbo uno compescuit: Quirites vocando qui sacramentum ejus detrectabant. Quid nomen istis Comitiis dabo, in quibus projecta videbatur Censoris praesentia, Rectorisque auctoritas et fama? in quibus obliqua invidia stimulis amaris agitabat animos, irasque exaggerabat, in quibus fasces ventilabat discordia? Brutusque non unus in Patrem dicteriis involabat, ô Pudor! aut applaudebat ovans: Cum is vinceret, caeterosque in partes suas pertraheret, quicumque aut firmioribus lateribus, aut elatiori voce praevalebat.

In hoc confuso rerum statu, si quis hospes et peregrinus forte penates vestros ingressus in medium se dedisset; fraternas acies juraque fraternas profanis vedens decurtata odiis tepidus repentè refugisset; non in plaudâ charitum sede, vel amabili Musarum choro-

GEN. DE PARIS

versari se ratus, sed inter clamosa fori subsellia, vel turbida Martis castra, vel medios in hostes delapsum. Adeò defi culter continetur spiritus, ubi semel prosilit, et in transversum rapitur! si modo optimus quisque plebserit, si modo aut gratiæ subscribit aut odio; iratus, ut fert proverbium, nihil nisi monstra loquitur aut videt, nodum in scirpo quærit, et amat de lanâ rixari caprinâ. frustrà oculis ingeritur veritas. coargui non vult, et in malè cæptis honestior illi pœnitentia videtur quam pœnitentia. Nec mirum quemadmodum enim ventis agitata lympharum superficies, non genuinam rerum imaginem repræsentat; ita pugnantibus studiis agitata mens, verum non potest appre=hendere; sed ultrà fines recti et justitiæ metam longiùs abripitur, protensisque quasi in incertum manibus, errat et divagatur./.

Nullus autem dubito, quin, si fas mihi fuisset, compellere novellos istos suffragatores, qui nuper acriùs in me invehebantur, qui que rebus vix primori labro delibatis, decretoriam pronuntiabant sententiam, mihi contigisset idem quod Aristidi suffragiorum testulis damnato; qui quidem cum vir rerum planè rudis ei testulam tradidisset, ut inscriberet Aristidem, rogavit num aliquid in illum peccasset Aristides; nihil inquit neque est ille mihi notus; sed mihi non placet, quòd cupidè elaboraverit, ut præter cæteros justus appellaretur./.

Verùm, Proc. Acad, est hic, est animus talium injuriarum contemptor; absit ut Mordear opprobriis falsis mutemque colorem.
Quem enim, falsus honor juvat et mendax infamia terret;
Quem? nisi mendosum et Mendacem?/.

Fabii maximi utar exemplo, et invictum tam ab internis quàm ab externis hostibus animum retinebo; paratus academiæ consulere, vobisque et omnibus et singulis, etiam famæ meæ dispendio. Contumelias et laudes immeritas habentem me in promiscuo, nunquam muliebris anget cura aliquid contrà animum audiendi. Insanientis Philo=sophiæ consultos ito me dicteria jaculantes, et acerbitatis virus evomentes impavidâ, sed æquâ, sed tranquillâ mente excepi; quantò patientiùs feram contribules meos, concives honestos, uno temporis puncto à recto tramite devios; sed mox ad pœnitendum, uti spero, rebus manifestis agendos, à quibus delusis et somniantibus provocabo ad vigilantes ac solitæ redditos integritati?

Itaque, Proc. Acad, si quid unquam de vobis merui, si quid valet apud vos amicorum meorum fides et auctoritas; si quod nomen decusque gessimus per viginti et amplius annos non inglorio sordidi pulvere; si vobis nondum excidit plausus ille vester et gratulatio, quæ me eron semel collocavit in cœlo; quibus velut aurâ secundâ impulsus ultrà vires meas sortemque ingenii jura vestra ac bona tam longâ totiesque à vobis laudatâ dimicatione, neque omninò infelici, ut à plerisque judicatum est, sustinui ac defendi; et, nisi precariò Rector sum, cui non alloquendi, monendique aut intuendi vos jus reliquistis; id à vobis postulo, quod conceditis utique, scilicet, ut, quæ innocenti verba reperire facile est, ea mihi liceat sic depromere, ut æqui bonique me audiatis. Sæpè, ut ait Phædrus, impetravit veniam confessus reus./.

Quantò innocenti justius debet dari.
integritatis qui sinceræ conscius.
à noxiorum premitur insolentiis.
Qui sint requires, apparebunt tempore/
aut potius futurum confido ut de

ut cum amantium iræ amoris sit redintegratio, ita pariter inter Rectorem vestrum et ab eo dissidentes, pace et concordiâ, veterum obliti, nec per me stabit, simultatum, veritate prorsùs exploratâ, in tuendo ac promovendo Universitatis bono unanimes allabaremus/

Interea tamen, sæpiùs recurrit animo quod filio suo dicebat Antigonus. an non novisti, fili, nostrum Regnum nobilem esse servitutem? vel Rectoriæ Dignitati illud accommodabo alterius Regis dictum, priusquam capiti imponeret diadema sibi traditum. O! nobilem magis quàm felicem pannum! quem nec humi quidem jacentem tollere quis velit, si cognoscat quàm multis sollicitudinibus et periculis, et miseriis sit refertus. Itaque, si modo attentionem mihi ac benevolentiam spondeatis, Ludum hodiè Ludam Rectori insolentem; sed quando jubet honor in discrimen addeutus, amicis meis illud à me enixè efflagitantibus morem ut geram, quæ per Trimestrem nostrum Magistratum à Nobis gesta in invidiam ~~gesta~~ vocata sunt, quàm brevissimè potero, et quàm simplicissimè vobis, eo animi candore, qui veritatis indicium est, exponam, et quidem Gallico sermone extemporali et imparato/

Index.

Beneficiariorum, et Clientium Universitatis per decursum anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii

Beneficiarii/

Nullus/

Officiarii Majores.

Nullus./

Consiliarii Forenses

Nullus.

Apparitor Minor/

Die 14 octobris, Joannes Baptista Eudes, Bajocensis, Venerandæ Normanorum Nationis Minor apparitor, Loco J. Frigou, demortui, Sacramentum præstitit/

Scriptoris adjutor.

Die 19. Martii, Petrus Antonius Boivin, filius, nominatus est in adjutorem Patris sui Ludovici Antonii Boivin, Scriptoris, cum spe futuræ successionis.

Librarii

Die 19. Martii, Sacramentum præstitere à Simeone Prospero Hardy, adjuncto præsentati, Ludovicus Alexander Jombert: Jacobus Esprit, et Petrus Michael Nyon/

Die 19. Junii Sacramentum præstitit Jacobus Franciscus Valade/

Die 14. octobris, Sacramentum præstitere Joannes Baptista Fournier; Joannes Carolus Colombier: Antonius Santus, Joannes Franciscus Colas et Joannes Baptista Angot/

GEN DE PARIS

Magni Nuntii

Die 21. Januarii, /. Ex natione Gallicana

Franciscus Jos. Gerardus de Bateau, pro Ep. Accitanensi, loco Lud Sergent, demortui
Henricus Phil. Testard de Tournelles, pro Episc. Catalaunensi, Loco Claud Gillet, abdicantis/
Carolus Xavier, pro Episcopatu Rivensi, Loco Alexii Loyer, liberè abdicantis/
Die 2[illegible] Januarii, Joannes-Martin, Ro archi-Episcopatu aquensi, ob Liberam
abdicationem Joannis-Nicolai Saron/
Die 20. Februarii, Matthæus-Martinus Doré, pro Episcopatu Blesensi, Loco
Joannis Baptistæ Aubin, demortui/
Die 8a. Martii, Franciscus Bouquerelle Després, pro Archi-Episcopatu Paduensi,
Loco Henrici Dubosse, abdicantis/
Die 29. Aprilis, Joannes-Guillelmus Meignen de Bailly, pro Episcopatu Sanflorensi,
Loco Jacobi Guillot de La Rochette/
Eâdem die 29. Aprilis Franciscus Doe, pro Episcopatu Matisconensi, Loco Hiero-
=nimi Labrousse/
Eâdem die 29. Aprilis, Franciscus-Carolus Pingard, pro Episcopatu Malloviensi,
Loco Michaelis Nevati de Pidoux de la Chapelle/
Eâdem die 29. aprilis, Ludovicus-Michael Edmundus Le motte, pro Episcopatu
Andegavensi, Loco Philippi Gillet/
Eâdem die 29. aprilis, Joannes-claudius Thibault, pro Episcopatu Cabellionensi,
Loco Juliani Adami-Desbois/
Die 30. Junii, Georgius Chagot, pro Episcopatu altisiodorensi, Loco Roberti
Goram, demortui/
Die 13. Septembris: Petrus Amelot, pro Episcopatu Mimatensi, per Liberam
abdicationem Claudii Bernardi Carre/

Ex Natione Picardiæ

Die 11. Februarii, Nicolaus Maubert, pro Episcopatu Sylvanectensi, per Liberam
demissionem Francisci Manoury/
Die 8a. Maii: Stephanus Boileau de La Ponmeraye, pro Episcopatu Trajectensi
ad Mosam, Loco Jacobi-Pauli Mercy/
Die 28. Augusti, Nicolaus-Ludovicus-Guillelmus Coudre de la Coudraye,
pro diœcesi et Episcopatu Lexoviensi, Loco Caroli Cæsaris Portelette, abdicantis/

Ex Natione Normaniæ

Die Septimo Augusti, Joannes-Baptista Reveillon, pro diœcesi et Episcopatu
Ebroicensi, per obitum Joannis-Caroli Picoul/

Ex Natione Germaniæ

Die 25. Januarii, Benedictus-Carolus Sieffert, pro diœcesi et Episcopatu (Castell)
Cassiliensi, per obitum Francisci Perrault/
Die 28 Januarii, Stephanus-Joannes Rollet, pro diœcesi et Episcop Archi-Episcopatu
Ultrajectensi, per obitum Joannis-Caroli de Saragnes/

Ex Natione Germanica

Die 11. Februarii, hubertus de Prestes, pro diœcesi et Episcopatu chestriensi, per abdicationem Petri Lartigue/

Die 5. aprilis, Petrus Danet, pro diœcesi et Episcopatu ardatiensi, per obitum Michaelis Duboc/

Die 19. aprilis, Joannes-Philippus Montauban, pro diœcesi et Episcopatu Kioviensi per obitum J. Jacobi Lavocat/

Die 10. Maii, Carolus Gully, pro diœcesi et Episcopatu Dundaleensi (dunkel) loco Nicolai Caroli Gerard/

eadem die 10. Maii, Josephus de Laure, pro diœcesi et Episcopatu Posnaniensi, per liberam abdicationem Petri Ramel/

Die 14. Maii, Franciscus Guerin, pro archi-Episcopatu Rigensi (Riga) loco Guedonis de Dizier de Guercheville/

Eadem die, Nicolaus Lamoureux, pro diœcesi et Episcopatu harlemensi, per obitum J. B. Sejourné/

Die 24 Maii. Petrus Sageon duplessis, pro Epa Mindensi, loco Mauricii Raphaelis Marchionis d'heudicourt/

Joannes-Jacobus Guyot, pro archi-Episcopatu armachanensi, loco Nicolai Jouvenot/

Guillelmus Jarbon, pro Episcopatu Londinensi, loco Andreae alexandri Ouvrel/

Claudius Ludovicus Le Gendre d'aviray, pro diœcesi et Episcopatu Constanciensi, loco Guillelmi de Reignier de Morville/ die 29. ejusdem Junii substitutus/

Petrus hemery, pro diœcesi et Episcopatu Dancezanensi, in locum Joannis francisci de varenne substitutus est die 7a Junii/

Die quarta Septembris, Guillelmus hides, pro diœcesi et Episcopatu vilnensi (vilna) in locum Josephi de la leu/

Die 21. octobris/ Claudius Annae franciscus Pellot, Comes de Trevieres, pro diœcesi et Episcopatu halberstadensi, per liberam abdicationem Joannis Ludovici Thomel/

Die 2. decembris, Christophorus de Beaumont, pro diœcesi et Episcopatu asaphensi per obitum Ludovici Divetin/

Die decembris, arnaldus Dupont de la halliere, pro diœcesi et Episcopatu Bangoriensi, per obitum Petri-Innocentii Brot/

Die 29. decembris, Georgius d'ardel, pro diœcesi et Episcopatu Culmiensi, per liberam abdicationem Ludovici Caroli Magni Pelit/

GEN DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Acta
Commentarii et Conclusiones Universitatis Parisiensis
per decursum anni millesimi septingentesimi septuagesimi quarti.

Anno Dni 1774, die octava Januarii, habito fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis Consederunt, M. Franciscus Nicolaus Guerin, Rector, MM. Joannes Certain, Philippus Lalourcey, et Ludovicus Petrus Felix Renatus Le Chuillier, Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani: MM. Antonius Mallot; Joannes Baptista Bourdon; Nicolaus Louvel, et Sebastianus Le Loup, Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratores; M. Josepho Mouton, Syndici vices gerente; M. Guidone Antonio Fourneau, Scribæ et M. Francisco Michaele Le Bel, Quæstore generali. 8. Jan.

1°. Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Jacobus Franciscus Petinaud, clericus Lemovix; Franciscus Guislenus Fournier, clericus Noviomensis; Gaspardus Joannes Grillot, presbyter Æduensis; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse, tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit suo præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Acta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Supplicarunt, pro Licentiâ aperiendi hic in urbe Pædagogii, sub nomine et Clientelâ Universitatis, MM. Joannes Baptista Josephus Magnier, Parisinus, et Nicolaus Stiou, Parisinus, in Artibus Magistri, de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, nihil desiderari: Audito Pro-Syndico, Placuit nominari MM. Mallot et Mouton, Galliæ et Normaniæ Procuratores, qui de eorum moribus ac peritiâ inquirant.

4°. Quòd Pædagogorum Agens cum tribus adjunctis Libellum Supplicem totius ordinis nomine obtulit, ut ipsis Liceat Majorem Summam à Pædagogii Candidatis exigere, ad sublevandam tenuiorum Magistrorum inopiam: Audito M. Josepho Mouton, Pro-Syndico, Placuit ampliari, donec Pædagogorum postulatis fuerit cum Summis Magistratibus communicata.

Lecto ab ampl. Rectore conclusum est. Guerin R.

Januario

19. Jan. Anno dni 1774, die decimâ nonâ Januarii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis, ad administrandas res Choletaeas./ in quibus, quod superioribus in Comitiis Dictum est, Locationem Domûs Choletaeae esse publicè proponendam, ei que adjudicandam, qui, caeteris paribus Licitatione vicerit. auditâ MM. Le Bel et Gaudet in id Deputatorum relatione, Lectisque singulorum Licitatorum Schedulis: Placuit dictam domum addici Viro honesto Labatut, ejusdem inquilino; deinde superioris Locationis conditionibus novas adjici, easque extempore conscribi gallico idiomate, et à dicto Labatut subscribi ne varietur: Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Conditions
du Nouveau bail du College des Cholets./

Le Bail pour neuf années à commencer au premier avril 1774, pour prix et somme de cinq mil deux cent Livres par année, aux conditions suivantes: 1° qu'avant de passer le bail, le S. Labatut paiera six mois d'avance à imputer sur les six derniers mois du bail; ce qui sera executé avant le 20. fevrier prochain. 2° qu'incessament sera dressé Etat de toutes les ameliorations faites aud. College par le S. Labatut; lesquelles resteront en propriété au College à l'expiration du bail: 3° qu'il n'y aura point de salle de Comedie audit College. 4° qu'il sera établi un Portier à la petite porte dudit College. 5° que le S. Labatut ne pourra faire aucun angard, que de l'agrement du Tribunal. 6° enfin, que le Tribunal aura la liberté de supprimer le Jardin en tout ou en partie. 7° que le S. Labatut ne pourra sousloüer la Bibliotheque à des Libraires, sans l'avoir fait étaier à ses depens, sous les yeux de M. Le Camus. fait au Tribunal de la faculté des arts tenu au College de Loüis Le Grand Le 19 Janvier 1774. Signé Guerin Recteur, et P. Labatut./

Fourneau Scriba. Guerin R./

28. Jano. Die Veneris vigesimâ octavâ Januarii amplissimus Rector et Praeclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni celebrari solet in aede Navarricâ, ex institutione V. C. Caesaris Egasse Duboulay./

Fourneau Scriba. Guerin R.

29. et Die Sabbati vigesimâ nonâ ejusdem Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos pro more detulerant minoribus Magistratibus/

Fourneau Scriba. Guerin R./

31. Jan. Die Lunae trigesimâ primâ Januarii, amplissimus Rector, Decani, Procuratores cum singulis adjunctis, officiariis Majoribus omnibusque apparitoribus cereos detulerant Serenissimo Aurelianensium Duci, Illust.° archi-Ep.° Parisiensi, et Illust.mi Senatus, et rationum Curiae Proto-Praesidibus/.

Fourneau Scriba. Guerin R.

GEN. DE PARIS BIBLIOTHÈQUE ORDINAIRE

Die Martis primâ februarii, iidem amplis. Rector, Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis Majoribus et apparitoribus Versalias se contulerunt; ibique Cereos Regi, Serenissimo Delphino, Serenissimæ Delphinæ, et Illustrissimo Cancellario detulerunt, habitâ ab amplissimo Rectore ad singulos oratione brevi et eleganti/. 1. feb.

Fourneau
Un. Scriba

Die Jovis tertiâ ejusdem Februarii, amplissimus Rector et Præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro quod fieri solet horâ decimâ matutinâ pro Magistris academicis apud fratres Prædicatores/ 3. feb.

Fourneau
Scriba

5

Anno dni 1774, die quintâ Februarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Universitatis./. 5. feb.

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Joannes Antonius Excuperius de Panse de Mondesir, Diaconus Cadurcensis; Josephus Huot, Presbyter Lingonensis; Ludovicus Sallot, Presbyter Parisinus; Jure vero Baccalaureatûs in Juridicâ facultate et quinquennii M. Joannes Ringard, Presbyter Parisinus. de iis retulit M. Josephus Mouton, Pro-syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii et Baccalaureatûs, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum Studii tempus, ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-syndico, Placuit sua præf. Supplicibus postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3° Auditâ relatione M. Maltot de vitâ, moribus et peritiâ MM. Magniet et Friou, qui postremis in Comitiis supplicaverant pro aperiendo Pædagogio, Auditisque tùm M. Josepho Mouton, Pro-syndico, tum M. Hurtault, Pædagogorum Agente: Placuit fieri potestatem utrique supplici, M. Joanni-Baptistæ Josepho Magniet, et M. Nicolao Friou aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis./.

4° Quòd dictum est, Conclusione latâ die secundâ mensis Maii, anno 1739, nulli deinceps Magistro in artibus, qui supplicaverit pro licentiâ aperiendi Pædagogii, sub nomine Universitatis, concedendas esse clientelæ litteras, quin priùs persolverit, apud Pædagogorum academicorum agentem, summam viginti quinque libellarum in res eorum communes adhibendam; quodque, dato libello supplice, iidem postremis in Comitiis postularunt, alteram deinceps summam à Candidatis exigi, ad sustinendam tenuiorum inopiam: Audito super eâ re M. Josepho Mouton, Pro-syndico, Placuit haberi rationem postulationis à Pædagogis factæ; nullique deinceps-

Magistro concessum iri Licentiam aperiendi Pædagogii, sub nomine et Clientelâ Universitatis, quin priùs, præter summam viginti quinque Librarum in usus communes adhibendam, alteram quinquaginta Libellarum persolverit ad sustinendam tenuiorum inopiam; his tamen Conditionibus 1º ut sua utrique summæ certa et stabilis maneat destinatio; ac consequenter, prior in sublevandam inopiam, posterior in usus communes non adhibeatur. 2º Nominentur à Pædagogio selecti quatuor viri, ex quorum consilio distributio fiat tenuioribus. 3º Pecunia non distribuatur tenuioribus nisi de consilio et autoritate amplissimi Rectoris scripto consignatâ. 4º Singulis annis ante Kalendas octobres accepti et expensi ratio reddatur coram amplissimo Rectore/

5º Stetit se Vir honestus Parvis de La Richardiere, ac dixit, esse in dominio universitatis, nimirum in viis vulgò dictis de Bellechasse et de L'université, positam aream quandam, nullis ædificiis instructam, sed publicæ lignationi destinatam; Civem verò amplâ fortunâ donatum habere in animo dictam aream emendi, domibusque venalibus illicò construendi; si aliquid ipsi remittatur de jure clientari ex primâ venditione areæ domibus vacuæ; nec majus obveniat ex secundâ venditione areæ domibus instructæ./ Audito Pro-Syndico, placuit, si spontanea est venditio areæ domibus vacuæ, ex viginti denariis quinque remitti, seu ad quindecim denarios in singulas Libras jus obventionis redigi: deinde, decem denarios remitti super venditione domorum construendarum; modo tamen, dimidiatæ constructionis tempus non excedat annos octo, venditionis verò, duodecim; totaque ædificatio sit absoluta intrà annos duodecim, et venditio intra quindecim, ducto initio ab eâ die quâ prioris coemtionis instrumentum in censum Universitatis referetur./

Et ita ab ampl. Rectore conclusum est/ Guerin R./

12 feb. Anno Dni 1774, die duodecimo Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis ad Concursum, in Collegio Ludovici Magni/.

1º Indicta est solemnis concursûs instauratio ad diem undecimam mensis aprilis proximè imminentis./

2º Appellatis Doctorum ad singulos ordines aggregatorum, Parisiisque degentium nominibus, Compertum est Loca ad concursum proximum vacua esse tria suprà viginti, scilicet decem in primo ordine, totidem in secundo, et tria in tertio.

3º designati sunt pro singulis tribus ordinibus duodecim Magistri, inter quos arbitri proximi Concursûs seligantur à Senatûs Principe et Viris Regiis de consilio Rectoris.

Pro primo Philosophorum: MM. Basset, Turquet, Mazeas, Georget, Vallé, Macdonogh, Camyer, Lingois, Lange, Guyart, Le Loup, et Beguin./

Pro secundâ Rhetorum: MM. Lallemant, Lambert, Furgault, Quervelle, Gardin, Maltor, Louvet, Guyot, Cerisier, Gaudet, et Desmalles./

Pro tertio Grammaticorum: MM. Sencier, Vray, Daire Major, Maupas, Desrez, d'arragon, Le Seigneur, Patin, Caffaxe, Huüy, Boutillier et Binart.

Et ita ab ampl.º Rectore conclusum est./ Guerin R.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1774, die primâ Martii, horâ septimâ matutinâ, feriâ tertiâ secundæ hebdomadæ Quadragesimalis, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, pro more antiquo, generalia Deputatorum Universitatis Comitia, ad aperiendum nominationum rotulum. Audito M. Josepho Mouton, Pro Syndico, Placuit aperiri nominationum rotulum, pro more majorum./ 1. Martii

Absente M. Paulo Hamelin, Bibliothecario; neque rationes accepti et expensi pro Bibliothecâ redditæ sunt; neque exhibitus Catalogus Librorum in hunc annum emendorum. Audito Pro-Syndico, Placuit utrumque remitti ad reditum M. Hamelin./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin R./

Anno dni 1774, die quintâ Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni/. 5. Martii.

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Franciscus de Jobal, Presbyter Metæus: Prosper-Franciscus de Urber, Presbyter Luciionensis; Augustinus Carolus Lamberts, Diaconus Roltzomagensis; Michaël Poitevin, Diaconus Parisinus, Henricus Annæus Brugier de Rochebrune, Presbyter San Floranus; Franciscus Omo, Presbyter Abrincinus; Ludovicus Theophilus Tuvache, Presbyter Roltzomagæus, et Philippus Le Roy, Presbyter Noviomæus: Jure verò Baccalaureatûs in Juridicâ facultate, Laurentius Platel, Presbyter Parisinus; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hunc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit Suæ præs. supplicibus postulata concedi/.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3°. Ad diem decimam octavam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis supplicationes/.

Et ita ab ampl. Rectore conclusum est./ Guerin R./

Anno dni 1774, die octavo Martii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis, ad gerendas res Choletæas/. 18. Mart.

1°. Quod decreto Supremi Regis Consistorii, Lato die 12. Februarii 1772 dictum est art°. 4°., ordonne sa Majesté que les baux d'icelles (Les Maisons du College des Cholets) soient passés par led. Receveur de l'Université, en execution des deliberations qui seront prises par le Tribunal de la

Martio —

faculté des arts; Academici verò moris est, ut locationum instrumenta non ab uno Quaestore tantùm, sed ab omnibus Deputatis subscribantur: Re in deliberationem missâ, audito M. Josepho Mouton, Pro-Syndico, Placuit, Locationum instrumenta ad domos Choletaeas pertinentia, non à Quaestore tantùm, sed juxtà morem Academicum, à Rectore, Procuratoribus, Deputatis et officiariis praesentibus subscribi/.

2°. Lectum est instrumentum novae Conductionis initae cum Viro honesto Labalut domûs Choletaeae inquilino; Placuitque, Locationem illam quam Societas Bursariorum Choletaeorum olim init cum S. M. N. Bourk, Doctore Theologo, plenum et integrum effectum sortiri/.

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin R./

18. Mart. Anno dni 1774, die decimo octavo Martii, habita sunt Comitia generalia et supplicatoria universitatis, in Collegio Ludovici Magni/

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Carolus Billoré, Diaconus Ambianensis; jure verò Baccalaureatûs in Juridicâ facultate et quinquennii M. Joannes Maria Carton, Presbyter Claromontensis; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse, tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/.

2°. Solitum inter manus ampl. Rectoris Sacramentum praestiterunt novi librarii à duobus adjunctis praesentati MM.is Antonio Prospero Lottin, Juniore, et Joanne Francisco-Ludovico Chardon: nimirùm Jacobus Marchand, Aegidius-Josephus Bichois-dictus Belleville: Ludovicus Carolus Desnos: Renatus-Franciscus Felit: Petrus Paivet: et Petrus-Stephanus Dubois/.

3°. Iterum accessit ad Tribunal Academicum M. Parvis, Architectus: Eoque audito, Placuit, perseverari in deliberatis die 5a. februarii proximè elapsi; nisi quod non ad decem tantum denarios, sed ad quinque redigetur Jus Clientare ex venditione domorum in dicta areâ construendarum; modo fuerint extructae et alienatae intra tempus praescriptum/.

Posteà ad aulam Academicam processum est, ubi, post habitam ab ampl. Rectore Orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu; ipsique Litteras commendatitias decrevere; amplumque polliciti sunt Comitatum ritè procedenti ad Aedem Deo sacram sub invocatione apud Benedictinos anglos/.

Ibi Pontificem egit M. Doctor Theologus: Orationem habuit ad Populum M. itidem Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. Sejan Grammaticae Professor in Sorbonae Plestaeo/ Guerin R./

GEN. DE PARIS

Anno Dni 1774, die vigesimo quarto Martii, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni/. 24 Martii.

Post habitam ab Ampl.o Rectore orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt M. Franciscus Cocu dictus vulgo Maillard, Grammaticæ Professor in Regiâ Navarrâ, ut gentilitium nomen Cocu omissum in omnibus actis academicis addatur; Joannes Guyot, Rupellæus, ut cognomentum Baptista deleatur: Josephus Maria Gorel de la Carnillaye, clericus Rutheniensis, ut nomen Maria omissum restituatur: Eustachius Blimundus de Roussin, ut ne sibi noceat quod cognomentorum ordinem inverterit/. Cocu dit Maillard Guyot Gorel de la Carnillaye de Roustin

Audito de supplicibus Pro-Syndico, Rector gussit legi tabulam arbitrorum à summis Magistratibus electorum ad proximum concursum; eâque lectâ, dimisit Nationes et deliberarent de supplicibus, Quatuor-Virorum confirmatione, et rati-habitione eorum quæ gessit.

Nationes Regressæ per Ornat. Procuratores retulerunt à se 1.o indulgeri supplicibus. 2.o rata et grata haberi quæ gessit Ampl. Rector in suo trimestri magistratu, eique litteras commendatitias decerni. 3.o confirmari Quatuor-Viros mane electos, in honorandâ Natione M. Dafresnay, Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ, M. Lange, Philosophiæ Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ M. Grenet, Baccalaureum Theologum; in Constantissimâ, M. Le Loup, Exprocuratorem, et Philosophiæ Professorem in Lexovæo/

Quatuor-Viri, præstito Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Mgrum Le Loup retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro amplissimo DD. Francisco Nicolao Guerin/.

Quæ prorogatio ab omnibus Nationibus approbata et confirmata fuit.

Et ita conclusit Ampl. Rector/

Guerin R./

Liste des Juges du Concours

Premiere classe. Pour la Philosophie/

MM. Turquet, Mazeas, Vallé, Macdonogh, Guiart, et Lange/.

Seconde classe. Pour la Rhetorique, Seconde et Troisieme.

MM. Lambert, Furgault, Quervelle, Le Bel, Gardin, Cerisier/

Troisieme Classe. Pour la Grammaire. Quatrieme, Cinquieme, et Sixieme.

MM. Sencier. Maupas. Dair Major. Desrez. Boutillier. Patin.

Fait à l'hotel de M. Le Premier Président, le premier mars mil sept cent soixante quatorze. Signé Bertier. de Vergés. Joly de Fleury de Vaucresson./

Fourneau

28 Mart. Anno Dñi 1774. die Lunæ vigesimâ octavâ Martii, habita fuit Comitia Deputatorum et arbitrorum ad Concursum, in Collegio Ludovici Magni./

1° Retulit M. Josephus Mouton Sistere se octo Supplices ad Concursum proximè imminentem; nimirum, ad primum ordinem MM. Petrum-Ludovicum Buée, Baccalaureum Theologum, Presbyterum Parisinum; M. Hieronymum Tonnelier, Diaconum Suessionensem; M. Franciscum Fourrey, acolythum Clarimontensem, et M. Petrum-Joannem-Philippum Clement, Presbyterum Constantiensem. Ad secundum, M. Jacobum Lamay, Presbyterum Ambianensem: M. Jacobum-Josephum Silassier, clericum Tornacensem; et M. Mariam-Antonium-Franciscum Chivot, clericum ambianensem. Ad tertium, M. Bernardum Julien, Valentinensem./

2° Nominati sunt qui de Candidatorum moribus et doctrinâ inquirant, pro primo ordine MM. Lange et Guiart; pro secundo, MM. Gardin et Cerisier; pro tertio, M. Maupas et Desrez.

Et ita concluxit ampl. Rector./ Guerin R./

2. aprilis Anno Dñi 1774. die secundâ aprilis, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni./.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii Claudius-Stephanus Lardon du Monet, Presbyter Aeduensis, et Franciscus Condictus Maillard, clericus Bellovacensis; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Procyndicus, se audisse et vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, atque in illis nihil desiderari. Quo audito, Placuit Ista preces Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et statuta.

Et ita super his duobus Capitibus concluxit ampl. Rector./ Guerin

6 Apr. Anno Dñi 1774, die sextâ aprilis, habita sunt in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum et Arbitrorum ad Concursum; in quibus, auditâ relatione Deputatorum ad inquirendum de vitâ, moribus et Doctrinâ Candidatorum — Placuit omnes Candidatos de quibus retulit Pro-Syndicus Superioribus in Comitiis ad concursum admitti. Et ita concluxit ampl. Rector./

Guerin R.

11. Apr. Anno Dñi 1774, die undecimâ aprilis, congregata est Præclara Artium Facultas, in Collegio Ludovici-Magni, ad aperiendum concursum./

Primùm, Rector, Nationum Procuratores, officiarii Majores Universitatis, Nationum Deputati, Selecti concursûs arbitri, cum Nationum Apparitoribus

CEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

interfuerunt solemni Sacro — quod in facella dicti Collegii celebratum est.

Inde ad aulam academicam processum est, ubi, praesente et annuente Praeclarâ artium Facultate, Orationem Latinam habuit

Carmen verò Latinè recitavit.

Posteà, M. Josephus Mouton, Prosyndicus retulit de Candidatis, qui se sistunt ad Concursum. Ego verò scriba eorum nomina recitavi, hoc ordine./.

Nomina et ordo

Magistrorum in artibus ad singulos aggregationis ordines Contendentium, anno M. dcc LXXIV. =

ad Primum ordinem.

M. Petrus Lud. Bucé, Presb. Parisinus, Bac. Th.

M. Hieronymus Tonnellier, Diac. Suessionensis, Bac. Th.

M. Franciscus Fournet, acolyt. Claromontensis/

M. Petrus-Joan-Phil. Clement, Presb. Constantiensis/

ad Secundum ordinem.

M. Jacobus Lamar, Presb. ambianensis/.

M. Jacobus-Josephus Filassier, clericus Tornacensis/.

M. Maria-ant-franc. Chivot, clericus ambianensis/

ad Tertium ordinem.

M. Bernardus Julien, Valentinensis/.

Demùm, recitatis arbitrorum nominibus, qui sacramentum nondum dixerant, illud de more praestiterunt. Quo facto, ab apparitoribus distributus est Candidatorum indiculus, et soluta sunt Comitia/

Et ita conclusit ampl. Rector/. Guerin R.!

Anno dni 1774, die ~~[illegible]~~ duodecimo aprilis, habita sunt, in Collegio 12. Apr. Ludovici Magni, ~~[illegible]~~ ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia/. Quibus in Comitiis, dixit ampl. Rector de Institutione Sinodi academicae; habitâque ab illo oratione, Beneficiarii Universitatis appellati sunt, hoc ordine.

Pastores Ecclesiarum/.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Andreae ab arcubus./.

M. Joannes-Franciscus de La Roue, Doctor Theologus, Pastor Eccl. Par. SS. Cosmae et Damiani/

M. Petrus Guillelmus Le Cordier, Doctor Theologus, Pastor Eccl.ae Paroch. S. Germani veteris, inter Majores Beneficiatos ultimò nominatus, recurrentibus Theologiae vicibus/.

Capellani

M. Nicolaus Louvet, Doctor Theologus, Provisor et Primarius Harcurianus Capellanus B. Mariae, in Ecclesiâ Parochiali Sancti Andreae ab arcubus/

Fourneau

Aprili

Capellani Capel. Savoesianarum.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Bac. Theol./

M. Ant. Le Clerc, Bac. Theol.

M. Antonius Vicaire, antiquus Rector, et Rhetoricae Professor in Regiâ Navarrâ/.

M. Josephus St. Joirre, Bacc. Theol., et humanitatis Prof. Emeritus in Marchiano/.

M. Bertrandus Dupuy, Bacc. Theol., inter minores Beneficiatos ultimò nominatus, recurrentibus medicinae vicibus/

Capellan. de Castelleto.

M. Julianus Chabrun, Baccal. Theologus/.

M. Alcymus Lottin, Doctor in Utroque Jure/.

M. Petrus Durand, in art. Mgr, Pastor in urbe Sandionisiacâ/

Capell de Thesauro Regio./.

M. Franciscus de Montchablon, Pastor in urbe Jonvillensi, diaecesis Catalaunensis/

M. Carolus Lalourcey, clericus Senonensis/.

Abfuere MM Leger, Cordier, St. Joire, Lottin, Durand, Montchablon et Lalourcey: auditoque M. Josepho Mouton, Pro-Syndico, Placuit praesentes Laudari; MM. Leger, Durand, Montchablon et Lalourcey, qui sonticam attulerunt absentiae causam, excusari; caeteros solitâ multâ plecti/.

Digressis Beneficiariis, supplicavit, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Sylvester Antonius de Bragouze, Diaconus Alesiensis; de quo retulit Clar. Prosyndicus nihil desiderari. Quo audito, Placuit suum praef. supplici postulatum concedi.

Et ita conclusit ampl. Rector/. Guerin R./

28. Apr. Anno dñi 1774, die Jovis vigesimâ octavâ aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Extraordinaria Deputatorum Universitatis./ Quibus in Comitiis dixit Rector rumorem serpere, Serenissimum atrebatum Comitem proximè in urbem esse venturum; deliberandum ejitur quid facto opus sit: an ipse sit à Rectore salutandus? deinde quo habitu et apparatu. Audito Pro-Syndico, Dictum est Serenissimum atrebatum Comitem esse à Rectore salutandum, si ipsi ita visum fuerit, eodem ritu quo augustissimi ejus fratres; atque hanc in rem M. Fourneau, cum M. Lambert ritualium academicorum Magistro Versalias esse deputandum. Et ita conclusit ampl. Rector/. Guerin R./

Anno Dni 1744, die vige[illegible]simâ nonâ aprilis, MM. Fourneau et Lambert Versalias se contu[illegible]lerunt; unde ferale multum retulere, Augustissimum Regem gravissimo morbo correptum fuisse; adeóque Seren. Comitem atrebatum in urbem non esse venturum; ipsum tamen, si venturus fuisset, benignè excepturum fuisse salutationem Rectoris/ 29. Apr

Fourneau Scriba/

Anno Dni 1774, die quintâ Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Extrà-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia. Quibus in Comitiis dixit amplissimus Rector, periculoso Variolarum morbo decumbente Ludovico XV°, Rege Dilectissimo, Universitati indecorum fore, si in tanto civium omnium Luctu, maxima pietatis suae ergà parentem Optimum documenta non exhibuerit. Audito M. Josepho Mouton, Pro-Syndico. Placuit 1° publicas preces pro restituendâ Regis valetudine, in singulis Ordinibus et Collegiis indici. 2° Pecuniam Pauperibus Scholasticis distribuendam Colligi. 3° Rogari ampl. Rectorem, ut assumptis secum Comitibus tribus Majoribus officiariis, hac ipsâ Die, Versalias se conferat, de Regis valetudine aliquid certi allaturus. Et ita Conclusit ampl. Rector. Guerin R/ 5. Maii

Mandatum Rectoris.

Nos Franciscus Nicolaus Guerin, universi Studii Parisiensis Rector, omnibus Doct. Gymnas. Magistris et Societatibus Acad., Salutem/

Cum in omni malorum discrimine, quae tam multa sunt miseris Mortalibus, ad Eum praecipuè recurrendum est, à quo vita salusque pendent, tum maximè, ubi illa periclitantur capita, quorum animâ popularum securitas et fata constant. Itaque, Etsi Spes concepta perseverat, ejus morbi, quo nunc decumbit Ludovicus, eum exitum fore, qualem tota votis flagrantissimis exposcit Gallia, tamen nostra sibi desit universitas, studioque singulari, quo semper enituit ergà Augustissimos Parentes, nisi ad Deum ipsa quoque pro valetudine Regis Optimi confugerit, et ad impetrandam vitae omnium pretiosissimae conservationem preces et eleemosinas et omnia Christianae pietatis officia atque auxilia contulerit/.

Quapropter Mandamus, ut in omnibus Ordinibus Academicis et in singulis Collegiis Sanctissimum Missae Sacrificium quamprimùm, intrà hanc hebdomadam, praesentibus Magistris ac Discipulis celebretur; et, ne quid desit eorum, quae Deo vim gratam inferre solent, in omnibus Gymnasiis pecunia Colligatur, inter Rectoris manus à singulis Gymnasiarchis reponenda ac pauperibus scholasticis distribuenda/.

Datum de Consilii nostri Sententiâ, in aedibus nostris Ludovicaeis &c

Fourneau Guerin R.

Eâdem die quintâ Maii, amplissimus Rector cum tribus Majoribus Officiariis Versalias se contulit; in anteriori conclavi exceptus est ab Illustrissimo Duce d'Aumont, Regii Cubiculi Praefecto; à quo id responsi accepit; gratam fore Regi Universitatis Deputationem et observantiam, sed eum esse morbi statum, qui non sinat quenquam in cubiculum interius introduci; Spem primùm conceptam perseverare; at imminere dies pestis illa solet ingravescere/ Inde ampl. Rector, adiit Em. Card. de La Roche-aimon et Il. Ducem de la Vrilliere, a quibus hon. exceptus est/. Fourneau Guerin R.

Maio

7. Maii

Anno dni 1774, die Septimo Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis./

1° Supplicavit pro litteris nominationis, Jure Magisterii artium et quinquennii M. Ludovicus-Simon Thomas, Presbyter Parisinus, Licentiatus in Utroque Jure; de quo retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, atque in illis nihil desiderari. Quo audito, Placuit supplici postulatum concedi./

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Lectum et subscriptum est instrumentum Locationis initae cum Viro honesto Guillaumon, Domus Academicae in viâ San-Jacobaeâ sitae inquilino, in annos novem, pretio trium millium Librarum, in singulos./

4° Quod arrestum Senatûs secundum M. Borde de Charmois latum à supremo Regis consistorio irritatum fuit, causâque ad Judices Nanceianos delata; quod que dictus de Charmois petiit Universitatem iterum accedere. ab ampl. Rectore invitatus M. Caillard, Consiliarius-Forensis, Comitiis adfuit horâ tertiâ; sententiam que suam scripto consignatam tradidit: Que l'univ.té est intervenue au Parlement de Paris dans la cause du S. Borde de Charmois, qu'elle à également paru au Conseil du Roy; que cette affaire est aujourd'hui renvoiée au Conseil Souverain de Nancy; que l'Univ.té n'entend en aucune maniere reconnoitre la validité des grades obtenus par D. Manuel, competiteur du S. Borde de Charmois, et se reserve tous ses droits et actions, tant contre D. Manuel, que contre tous autres pareils gradués: mais que ses causes étant attribuées au Parlem.t de Paris, Elle n'estime pas devoir paroitre dans un autre Tribunal; sauf à Elle a se pourvoir par toutes voies, droits, en tems et lieu, contre tous jugemens qui seroient préjudiciables aux droits de l'Université et de ses gradués. Audito super eâ re M. Josepho Mouton, Pro Syndico, Placuit, ex sententiâ M. Caillard, reservatis ab Universitate suis Juribus, non accedi apud Senatum Nanceianum./

5° De Nuntiis-Juratis, accessionem Universitatis, datâ quâlibet occasione, postulantibus immo dato vadimonio requirentibus, apud quoslibet Judices, etiam Electionis Parisiensis, Lecta est declaratio Sodalitii S. Caroli Magni, quam in Commentariis Placuit describi. Et ita conclusit ampl. Rector./

Extrait des Registres des Grands Messagers Jurés de l'Univ.té de Paris./ fol. 126. et 127.

Le Samedi 12. mars 1774, la Compagnie duem.t convoquée et assemblée, en sa salle sise Col. de Louis le Grand, apres le Service pour feu M. allain: Messieurs les Syndic et administrateurs ont dit. . .

Que depuis quelque tems il s'étoit glissé dans la Conduite des membres de la

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Compagnie entiere un abus qui pouvoit tirer à consequence pour la bonne union qui doit regner entre les membres, pour la manutention des Privileges; abus dont le Tribunal lui meme (de l'Un.té) avoit eu occasion de sup=percevoir et de se plaindre. Chaque individu se permet non seulement d'un=portuner, mais encore de requerir, juridiquement et par contrainte avec des tenues dangereux et peu mesurés le Tribunal d'intervenir dans ses contesta=tions particulieres: d'ou il resulteroit que le Tribunal heurté de ces actes de violence faits à sa bonne volonté, se refuseroit aux demandes Legitimes et honnêtes que la Compagnie bien conseillée pourroit supplier le Tribunal de lui accorder; et que chaque individu, suivant ses impulsions particulieres, pourroit, à son gré, susciter des procez d'autant plus dangereux à intenter et à poursuivre par le Corps Universitaire entier, que ses droits et privileges, qui sont sous la garantie Royale, et non autre, pourroient porter ombrage au Gouvernement, puisqu'ils seroient si souvent contestés/.

Pourquoi le Syndic et Administrateurs proposent de remettre en vigueur un usage ancien, et dont on ne paroit s'être écarté dans ces derniers temps, que par=ce qu'il ne s'étoit présenté l'occasion de le faire valloir, et d'arrêter.

Que desormais, sans aucune exception, la Compagnie des Grands Messagers n'inter=viendra juridiquement dans les procez et contestations de ses Membres, qu'après avoir consulté ses Conseils et pris l'attache du Tribunal, dont les interets sont les mêmes que ceux des Grands-Messagers; puisque ceux-ci ne puissent de leurs Pri=vileges que par communication, et sans garantie du Corps de l'Université entier, et du Tribunal en particulier/.

Que le Tribunal sera supplié par la Compagnie de ne plus avoir égard à aucune réquisition verbale ou juridique qui lui pourra être faite par un Membre de la Compagnie des Grands-Messagers, si ce membre n'est accompagné d'un des officiers en charge de la Compagnie; ou n'a l'attache de la Compagnie; protestant la ditte Compagnie n'entendre en aucune maniere soutenir et defendre toute demarche envers le Tribunal, contraire à la presente disposition: Le tout ainsi qu'il est d'usage immemorial de la part de la Compagnie dans les affaires, ou elle croit les interets du Corps Universitaire compromis ou lezés./.

La Matiere mise en deliberation, La Compagnie a adopté les Conclusions prises par Messieurs les Syndic et Administrateurs, et a ajouté, que copie d'icelles seroit présenté par le Secretaire à Messieurs du Tribunal, en la personne de M. Fourneau, en suppliant le Tribunal de vouloir bien en faire mention sur ses registres/

Fait et deliberé les jours et an que dessus, et signé à l'original. Duboc, de peuille, Germain, Desromets, Syndic, Lorin, Rousseau, Bourgaret, G. Benard, Le Conte, François Administrateur en charge, Sauvage, despeigne, D. Bourdeaux, A. milon, Fournier, Boulanger, Dubois, Roettier, de la Tour, Le Prieur, Bénard l'aine, Desprez, Polissard, (ces trois derniers administrateurs en charge) de buire, de Long-champ, Morel Doyen d'anet, chagé, Belin, Roulé, de Noireterre, Gambier, de Machy Secretaire/

Je soussigné certifie le présent extrait conforme à l'original: a Paris ce 2.e avril 1774 signé de Machy/

Fourneau

Maio

9.° Maii. Anno dni 1774 die nona Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, extraordinaria Deputatorum Universitatis Comitia; in quibus Dictum est, Augustissimum Regem hactenus nescisse quodnam morbi genus sibi intus grassaretur; postquam autem audivit se variolis Laborare, Cautione verè dignâ Rege Christianissimo Sacro viatico præmuniri se voluisse; Susceptumque ab illo cum summo animi pœnitentis Sensu. Nunc vitâ Regis in summo discrimine versante, Mandatum Solemnes fieri preces; apud B. Genovefam, Urbis Patronam. Solenne Sacrum ab Illust.° Archi-Episcopo crastinâ die cum Ecclesiæ Metropolitanæ Capituli celebratum iri. Mandandum Scribæ, ut adeat Clar. B. Genovefæ abbatem, an Universitas interesse possit Sacro postridie celebrando Sciscitaturus/.

Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Guerin R./

10. — Die decima Maii, horâ tertiâ pomeridianâ Ludovicus Rex XV. ex variolis Moritur Versaliis, annos natus Sexaginta-quatuor, cum tribus fermè mensibus, ex quo regnare coeperat quinquagesimo-nono. Eo mortuo, Ludovicus Rex XVI., Regina, totaque Regia Prosapia Cauziacum se contulerunt/

Fourneau

Mandatum Rectoris

Nos Franciscus Nicolaus Guerin, universi Studii Parisiensis Rector, omnibus et singulis Doctoribus, Gymnasiarchis et Ordinibus Academicis, Salutem.

Fatalem exitum, quo tota trepidabat Gallia, non diu suspendit vitæ mortisque arbiter. Fuit Lud. XV., fuit, familiæ Lugenti Populisque dolentibus morbo immedicabili, nudum provectâ Senectute præreptus. Audient tristem Nuntium Urbes et Provinciæ etiam aris affusæ, etiamnum inter ancipites Spei metusque vices Sollicitæ. Audiet Europa Supremum obiiste diem Regem sæpè victorem, sed in ipso Triumphorum cursu semper modestum, semper humanitatis Studio Pacificum: audiet, et alieno dolore tanquam suo, contacta præcipuo publicæ Gentium tranquillitatis autori atque auspici justis Nobiscum lacrymis parentabit/.

Quid Nos autem in tanto Luctu Universitas? quibus animi pignoribus ac monumentis tot ab eo collata in Filiam Primogenitam beneficia prosequemur? Unica jam Nobis testandi amoris Defuncto superstitis superest via, non, ut inanibus Lamentis indulgeamus eorum more, qui spem non habent, sed potiùs, ut omni Sanctissimæ Religionis officio ergâ Mortuum, in fide confirmati, defungamur. Illuc nostros in Illum affectus, illuc fiduciam convertamus. Valeant pro æternâ Dilectissimi Regis salute vota, quibus brevem aliquam vitæ mortalis usuram Ipsi precabamur. Et illa sanè vota, si modò fas est homini quidpiam de divinis Judiciis præsumere, apud Deum valitura præstant religiosa decumbentis patientia, extremique piè pœnitentis sensus, quibus se palam, aulâ præsente et audiente Regem verè Christianissimum professus est/

GEN. DE PARIS

Itaque, quod à nobis justa beneficentissimi memoria, quod Religio, quod Ipse reposuit Ludovicus, mœrens et mœrentes secum Imperii spes et Solatium; Mandamus, donec certum exequialis pompæ diem constituerit Universitas, Sacrum Solemne pro carissimi nuper Parentis animâ primo quoque die in omnibus Academiæ ordinibus Gymnasiisque celebrari.

Datum de Consilii nostri Sententiâ, in ædibus nostris Ludovicæis, die Mercurii mensis Maii undecimâ, anno 1774./. Fourneau Scriba

Guerin R./

Anno dni 1774, die decimo-septimo Maii, congregata est Præclara artium facultas, in Collegio Ludovici-Magni, ad claudendum Concursum/

Postquàm Solemne Sacrum, solito ritu, peractum est; Cantatusque hymnus Eucharisticus Te Deum; itum est in Comitium ubi latine peroravit carmen vero Latinè recitavit./

Posteà novi aggregati appellati sunt, hoc ordine/

Nomina
Doctorum in Artibus
Aggregatorum
Die 17a Maii, anni M dcc LXIV

Ad Primum ordinem/

M. Franciscus-Maria Beugin, Presbyter Audomarensis, Licentiatus Theologus, Socius Navarricus/

M. Hieronymus Tonnellier, Diaconus Suessionensis, Bac. Theol.

Ad Secundum Ordinem/

M. Maria-Antonius-Franciscus Chivot, clericus Ambianensis./

Ad tertium ordinem./

M. Bernardus Julien, Valentinensis/

Distributo Aggregatorum indiculo, Soluta sunt Comitia/

Fourneau Scriba Guerin R.

4. Junii

Anno dni 1774, die ~~trigesima~~ Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum universitatis./ 30. Maii.

Primùm ad Tribunal accesserunt Syndicus et adjuncti Sodalitii D. Caroli-Magni, ejusque nomine invitaverunt, ut interesset Solemni Sacro hac ipsâ horâ in Sacello dicti Collegii celebrando pro requie animæ Ludovici Regis XV. Re in deliberationem missâ, Placuit Nuntiorum Juratorum postulatio anni. Continuò, ad Sacellum præeuntibus apparitoribus, processum est/

Fourneau

Junio

Deinde, Peracto sacro, in aulam Tribunalis reditum est, ubi M. Delpech, in Senatu Patronus, et honorarius Ecclesiae Parochialis S. Benedicti Curator Oravit, ut in Solemni supplicatione die Christi corporis festo proximè celebrandâ, Rector, comitante Tribunali, umbellam deferret, panemque offerret Lustralem; deinde protulit instrumentum à M. Dinouart, in dictâ Ecclesiâ Canonico, quo Capituli nomine spondet, nullum à Capitulo honoris et officii genus ergà academiam defuturum esse; et è comitio discessit/.

Rein deliberationem mistâ, audito M. Josepho Mouton, Pro-syndico, placuit ad primum, umbellam deferri more solito ad secundum, cum academia panem Lustralem nullibi unquam obtulerit; nullamque de hac re Legem ipsa velit sibi injungere aut injungi: placuit panis Lustralis oblationem sic fieri, ut ipsa non trahat in consequentiam, sed libera sit et voluntaria; id que palam M.o Delpech, universitatis nomine denuntiari/.

Regresso in Comitium M.o Delpech, Dixit Rector, Tribunal umbellam delaturum, panemque Lustralem oblaturum, non quidem ex officio aut lege, sed liberè et spontanè, quin inde possit induci lex ulla offerendi/ Quod quidem M. Delpech se ad Parochum et aedituos relaturum esse pollicitus est/

Et ita conclusit ampl. Rector/

Guerin R/

2 Junii. Anno dni 1774, die secundo Junii, ampl. Rector et academicum Tribunal sumptis, in Collegio Ludovici Magni, insignibus, ordine academico processerunt ad Ecclesiam Parochialem S. Benedicti; ubi solemni sacro, ac post leve gentaculum, solemni supplicationi interfuerunt, eo ordine qui conclusione latâ, die 4.a Junii 1740 praescriptus fuerat/

Ubique Rectori amplissimo et academico Tribunali soliti honores habiti sunt, sive in occupandis ex utroque latere undecim prioribus sedibus; sive in adorando Evangeliorum libro, qui, post cantores, sed ante clerum ampl.o Rectori, ac toti deinceps Tribunali academico oblatus est; sive in Thuris suffitu, sive in procedendo ad offertorium, sive denique in panis Lustralis distributione/

Vide descriptionem similis supplicationis ad diem 19. mensis Junii an. 1716. omnia eadem ratione peracta sunt, praeter ea quae ex dictâ conclusione 4. Junii 1740. immutata sunt; et panis Lustralis oblationem à M. Le Bel, Quaestore, factam/.

Fourneau Guerin R.

4 Junii Anno dni 1774, die quartâ Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis/.

1.o nullus stetit se supplex, pro litteris nominationis/

2.o Lata et recognita sunt quae fuerant superioribus in comitiis acta et statuta/

GEN. DE PARIS

3°. ad diem vigesimam huius mensis indictæ sunt generales Universitatis supplicationes/.

4°. Quòd vir Clar. M. Edmundus Pourchot, vir de re Litterariâ et Academiâ Parisiensi, antiquus ejus Rector et Syndicus, quidquid peculii ex Laboribus Academicis Collegerat (quingentas scilicet Libellas annui Census) id famulis primùm, quorum operâ usus fuerat, ad vitam legavit; deinde iisdem fato functis; voluit ex eo censu centum et quinquaginta Libellas viro alicui Academico offerri, ut (quod ipse sponte et per plures annos gratuitâ fecerat) Linguam hebraïcam et Græcam in aliquo Academiæ Gymnasio publicè doceret; reliquas vero 350. Libellas annuatim et in perpetuum adhiberi ad alendum instituendumque in Universitate Parisiensi puerum unum aliquem ex tractu Senonensi, ubi natus erat in Pago cui nomen Poilly; nec voluit eam bursam uni alicui Gymnasio, quod adhuc factitatum est, adscribi; sed Bursarium ab ampl. Rectore de Consilii sententiâ in quocumque visum ei fuerit Academico Loco benè morato et Studiis florente ad habitandum studendumque collocari; designato tamen Collegio Grassinæo in quo primùm per annos 12. Grammaticam docuerat, additâ clausulâ, quandiu Academicâ disciplinâ et Litterarum Studio vigebit: Quòdque, Martius prædictis famulis, Prior institutio jam obtinet, nimirùm, cathedræ Græcæ apud Gymnasium Grassinæum, anno 1753. fundatæ; unde fundatio Bursæ Purchotianæ ad exitum perducatur; ad Tribunal Academicum accessit vir Clarissimus M. Edmundus Martin, Consultissimæ Facultatis Antecessor, in eodem Pago natus, sanguine et bene memori animo Purchotio addictissimus; ac petiit, suo et suorum nomine, nominari Deputatos, qui communicatis secum Consiliis, posteriori institutioni admoveant ultimam manum. Audito super eâ re M. Josepho Mouton, Prosyndico, placuit Rogari ampl. Rectorem, ut assumptis secùm Majoribus Universitatis officiariis, rem agat cum M. Martin, et utroque Gymnasiarchâ et Procuratore Collegii Grassinæi, ad exitum, si fieri possit, quam primùm perducendam/

Et ita conclusit amplissimus Rector/

Guerin R./

Anno dni 1774., die quintâ Junii, ampl. Rector, Decani, Procuratores et officiarii Majores universitatis; sine apparitoribus, (Jubente Rege Comitatum esse, quantùm fieri posset, parvulum) Muttiacum se contulerunt, ad salutandum horâ decimâ Regem et Reginam. Curiæ Parlamenti, Regiarum Rationum, et monetarum, Universitas et Academia Francica in eâdem aulâ inferiori exceptæ sunt. ac deinde, post gentaculum, ab Ill. Duce de la Vrilliere, Regi à Secretis, et D. de Dreux Magno retum Magistro et D. de Vatronville ipsi adjuncto, deductæ ad Regem primùm ac deinde ad Reginam, suo quæque ordine. Sedebant Rex et Regina in sedili Brachiato, circumstantibus aulicis. Singulis oratoribus benignè admodum responsum est/ 5. Junii

Fourneau

Junio

20. Junii

Anno dni 1774, die vigesimo Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia et Supplicatoria Universitatis.

Primum in aulâ academicâ consessum est, ubi supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Petrus Ludovicus Bucé, Presbyter Parisinus: Carolus Ambrosius Tronquier, clericus Noviomensis, et Petrus-Josephus Garat de St. Priest, subdiaconus Lemovicensis; de quibus retulit, M. Josephus Mouton, Pro-syndicus, ut dixit, nihil desiderari. Quo audito, placuit sua praef. supplicibus postulata concedi/

Deinde Praesentati sunt à M. Lottin Juniore, uno ex adjunctis rei Librariae septem novi Librarii, solitumque sacramentum praestiterunt inter manus amplissimi Rectoris; nimirum. Petrus-Theophilus Barrois, natu minor: Petrus Stephanus Dubois, filius; Joannes-Baptista-Franciscus Neé de La Rochelle; Claudius Carolus-Mecquignon, natu major: Joannes-Baptista Gobreau, Joannes desiderius Dorez:

Posteà itum est in Comitium, ubi, post habitam ab ampl.o Rectore Orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quae gessit in suo Trimestri Magistrata, ei que decrevere Litteras Commendatitias; amplum insuper polliciti sunt Comitatum ritè procedenti ad aedem Deo sacram, sub invocatione Sancti Pauli./

Ibi pontificem egit, S. M. N; Jacobus Claudius Perin, Doctor Theologus, novus Ecclesiae Pastor; Orationem sacram ad Populum, M. Chemery, Doctor Theologus, socius Sorbonicus; Eucharisticam ad Pontificem M. aubry, Grammaticae Professor in Lexovaeo/ Et ita conclusum fuit/

Guerin R./

21. Jun.

Anno dni 1774, die vigesimâ primâ Junii, habita sunt Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni, ad designandos Praesides et arbitros Concertationum ad solemnem Praemiorum academicorum distributionem, atque in iis descripta est eorum Tabula, in proximis comitiis Legenda/

Fourneau scriba

Guerin R.

Anno dni 1774, die vigesimâ tertiâ Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Praeclarae artium facultatis generalia/.

de chieusses de Combaud

Viaudey

Dauvers

Post habitam ab ampl. Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, Franciscus-Maximus de chieusses de Combaud, clericus Forojuliensis ut ne sibi noceat, quod in Catalogis nomen gentilitium de chieusses omiserit: Edmundus Nicolaus Viaudé, clericus Lingonensis, ut cognomentum Nicolaus omissum restituatur in catalogis: Jacobus-antonius. Paulus-Franciscus Dauvers, Parmensis in italiâ, ut ne sibi noceat, quod cognomentorum ordinem inverterit, scripserit que Parisiensem pro Parmensi: Bartholomaeus Le Roux,

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Diaconus Constantiensis, tum ut cognomentum du Milly perperam additum deleatur, tum ut biennium Cadomense sibi pro uno anno computetur: Bartholomaeus Philibertus d'andrezel Clericus Sequanensis; ut omissum in uno Catalogo nomen, ob sonticam absentiae causam, quam scripto testatur M. Duval, ipsius Professor in harcurio restituatur: Ludovicus Gabriel Motel, Clericus Bellovacensis, ne sibi noceat, quod nomen in Posteriore Physicorum non inscripserit, morbo impeditus; quidque codices non descripserit, testante M. Petit, Doctore Medico Parisiensi: Josephus Dominicus Lieutaud, Metaeus, pro immunitate ab onere scribendi ob oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. Belleteste, Doctor Medicus Parisiensis; Nobilissimus abbas Carolus Mauricius de Talleyrand Perigord, ut in Litteris Magisterii artium caeteris que actis Academicis cognomento Josephus substituatur Carolus: Denique Theopompus Carolus Maria Gabriel Dupré, Trevirensis, ut omissum in uno Physicorum nomen restituatur/.

Le Roux
d'andrezel
Motel.
Lieutaud
de Talleyrand Perigord
Dupré

Postea Lecta est Tabula Virorum Academicorum, quos Tribunal Academicum designavit Praesides et Arbitros concertationum ad proximam Praemiorum Academicorum distributionem/

Audito de Supplicibus M. Josepho Mouton, Pro-hymnico, Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, ac praeterea de confirmandis Quatuor-Viris, et rati-habitione eorum quae gessit/.

Nationes Regressae per Ornat. Procuratores retulerunt. 1º se Supplicibus omnibus indulgere. 2º Confirmari à se Quatuor-Viros mane electos; pro honorandâ Natione M. Reden, Philosophiae Professorem in Marchiano; pro fidelissimâ M. Binet, Rhetoricae Professorem in Plessaeo; pro Venerandâ, M. Mestrel, Licentiatum Theologum: pro Constantissimâ, M. Poirot, Baccalaureum Theologum/ 3º rata et grata haberi quaecumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decerni/.

Quatuor-Viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Mgrum Poirot retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro amplissimo D. D. Francisco Nicolao Guerin, i Quae prorogatio ab omnibus Nationibus approbata et confirmata est/

Et ita Conclusit amp. Rector/ Guerin

Tabula
Praesidum et Arbitrorum ad Concertationes Academicas
In Rhetorica

Praesides. 1º MM. Turquet et Fourneau. 2º MM. Gaudet et Buirette/

Arbitri 1º MM. Lallemand, Furgault, Quervelle et Gardin/
2º MM. Lambert, Le Roy, Mouton et Darragon/

Junio — Julio —

In Secundo Ordine

Præsides. 1º MM. Dair et Meignen. 2º Delneuf^{ces} et Binard./

Arbitri. 1º MM. Maltor, Louvel, Guyot, Dupuis/

2º MM. Coger, Jacquin, Binet, Lévêque/

In tertio Ordine

Præsides. 1º MM. Georget et Cahours. 2º Cosson et Gosse/

Arbitri 1º MM. Desmales, Desrez, Huiiy, Roussel./

2º MM. St Joirre, Le Seigneur, Dupont, Gueroult

In quarto Ordine

Præsides MM. Maupas et Cafaxe.

Arbitri. MM. Sanson, Duboscq, Patin, Charbonnet/

In quinto Ordine

Præsides. MM. Vray et Grenet.

Arbitri. MM. Dair 2us, Vasse, Mayet, de Lestré.

In Sexto Ordine

Præsides. MM. Mercier et Varin.

Arbitri. MM. Germain, Potel, Sejan et Quevremont/

Fourneau
Scr.

2. Julii Anno Dni 1774, die secundâ Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni./

1º Supplicarunt, pro Litteris Nominationis ~~quoque~~ Magisterii Artium et quinquennii MM. Eustachius Blimundus de Roussen Diaconus Ambiensis, et Jacobus Edmundus Dubois, Presbyter Constantiensis: Jure vero Baccalaureatûs in Juridicâ facultate et quinquennii M. Joannes-Baptista André, Presbyter Constantiensis, de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus abiis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-syndico Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi./

2º Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

[illegible] accessit ad Tribunal Academicum M. Joannes-Baptista Poignard, Doctor Theologus, Collegii Ludovici Magni Primarius, Libellumque supplicem obtulit, cujus tenor sequitur,

Amplissime Rector Sapient. Decani,
Procuratores Ornat., Proceres Academici/.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Cum fato functus fuerit M. Franc. Clarus Dagoumer, Prof. Emeritus ex ordine Vener. Normandorum, et unus è Quatuor Viris qui singuli è singulis Nationibus Praecl.ae Artium Facultatis fuerant primùm a Rege Dilect.o Lud. XV. nominati, ut de Bursariorum Collegii Lud. Magni admissione et demissione unà Nobiscum decernerent; Cumque ex Litt. Patentibus datis die 20. aug.o 1767; die verò 5.a 7bris in Supremâ Curiâ recognitis, jus tributum sit Collegii Lud. Magni Gymnasiarchae praesentandi tres Emeritos, inter quos unus sit à Tribunali academico eligendus qui in locum vacantem succedat: Nos dicti Collegii Gymnasiarcha, praed. Litt. Regiis obtemperantes, Tribunali Academico Praesentamus ex ven.da Natione Viros Clarissimos MM. Joannem-Bap. Franciscum Cahours, Marcum Maupas, Joannem Le Moine, Professores Emeritos. Parisiis die 2.a Julii, an 1774. Signatum, Poignard, Doct. Theol, è Reg. Soci. et Col. Lud. Magni Primarius/

Digresso Primario, rem in deliberationem mixt ampl. Rector. Visis Suprad. Litteris Patentibus, audito M. Josepho Mouton, Pro-Syndico, Rogatis dictisque Sententiis, Placuit nominari et eligi M. Joannem-Bap. Franciscum Cahours, à M. Poignard Praesentatum, qui succedat in locum unius è Quatuor Probatoribus Bursariorum Collegii Ludovici Magni, vacantem per obitum M. Dagoumer, illius ultimi possessoris pacifici, Professoris Emeriti ex eâdem Natione/.

4.o Quod, mortuo M. Claudio Legeu, vacat Curionatus S. Andreae ab Arcubus, recurrentibus Juridicae Facultatis vicibus, Visum est Clarissimis dictae Facultatis Doctoribus aggregatis, per accensum publicum intercessionem denuntiare Tribunali academico traditum inter manus Scribae Universitatis; ne Consultissimi antecessores, quod hactenus factitatum esse, praetermissis Doctoribus aggregatis, Successorem Pastori defuncto designare sibi arrogent. Instrumentum intercessionis legit Scriba; suaeque diligentiae actum petiit; quem ei concessit amplissimus Rector/.

5.o Accessit ad Tribunal Academicum M. Basly, vir rerum Academicarum peritus et amans, ac dixit, secum à M. Le Bel, Questore, Duplex negotium; alterum, de petitione factâ à Clarissimâ Matronâ de Planoy, ut sibi liceat domum in dominio Universitatis sitam ab annuo censu liberare, numeratâ primariâ sorte; et si Praetor Civilis pronuntiaverit censum illum non esse redimendum: alterum, de recusatione facta ab alterâ Illus. Matronâ D. de Talon, declarandi, an sibi emerit domum illam in dominio universitatis sitam, quae à rerum suarum Curatoribus ejus nomine empta est: audito M. Josepho Mouton, Pro-Syndico. Dictum est ad Primum, Postulationi D.ae de Planoy annuendum non esse: ad Secundum, Consulendos esse Conciliarios Universitatis forenses. Et ita concluset ampl. Rector/

Guerin R./

23. Julii

Anno Dni 1774. die vigesimâ tertiâ Julii, habita fuit in Collegio Ludovici Magni, Comitia extra-ordinaria Deputatorum Universitatis, ad excipiendum Magnum rituum Magistrum./.

Primùm in aulâ Majori, horâ Sexti-nonâ, congressum est, ubi, jubente Rectore, lecta sunt, quæ, gesta erant anno 1715. in exequiis Ludovici Regis XIV. apud San-dionisiacum celebratis.

Deinde accessit ritibus adjunctus D. de Vatronville, funereo habitu, funereo Comitatu, cum fecialibus et præconibus Libitinariis. Excepitus est à Majoribus officiariis in aulâ Mantiorum-Juratorum; inde ad Comitium deductus, ex sedili Bractiato, quod ipsi paratum erat, dixit venisse se, jubente Rege, Universitatem ad exequias Ludovici Regis XV. Cum porrexit mihi scribas, quarum inscriptionem cum legissem ampl. Rector, eadem mihi tradidit recitandas. Earum tenor sequitur/

De par le Roy.

Très chers et bien amés ayant à faire rendre au feu Roy Notre très honoré Seigneur et ayeul les derniers devoirs auxquels la piété et la Religion nous obligent, Nous avons donné nos ordres pour ces obsèques en l'abbaye Royale de St. Denis en France, et pour faire celebrer un Service solemnel en l'Eglise Metropolitaine de Notre bonne ville de Paris: Et comme Nous desirons que cette Ceremonie se faste avec toute la splendeur qui est due à la memoire d'un Prince qui a joint tant de glorieuses actions aux vertus d'un parfait Chretien. Nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé aux jours et aux heures que le Grand-Maître ou le Maitre des Ceremonies vous dira de notre part. Si n'y faites faute. Car tel est notre plaisir. Donné à Marly le 1er Juillet 1774. Signé Louis: et plus bas, Phelippeaux/

Hoc autem erat inscriptio: à nos très chers et bien amés Les Recteur, Docteurs, Regens et autres Suppots de notre premiere et aînée fille, l'Univ.té de notre bonne ville de Paris/.

Postquam hæ litteræ recitatæ sunt, et libitinarii ac præcones, quæ assolent, recitè proclamarunt, D. de Vatronville dixit, funus apud Sandionysiacum die Mercurii 27. hujus mensis celebratum iri./. Cui respondit ampl. Rector Universitatem Regiis mandatis solitâ fide obsecuturam/

Demum Rituum Pro-Magister, salutato Tribunali academico, recessit, et ad suam Abbatiam eodem comitatu deductus est./.

Guerin Rector/

27. Julii.

Die Mercurii vigesimâ Septimâ ejusdem Julii, horâ Septimâ Matutinâ, Rector, Decani, Procuratores, adjuncti, officiarii, cum omnibus Appariteribus, in Collegio Ludovici Magni, congregati, infulas Majores induerunt, San-Dionysiacum que Profecti, ante nonam ad pervenerunt./. Fuerat quidem domus visitationi pro more assignata Universitati; at in ipsâ abbatiâ descendimus; ubi, paratum invenimus ab officiariis Regiis lautissimum gentaculum/.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

E majori cœnarum aulâ, ad Basilicam, circa horam sesqui-undecimam processimus; ubi omnia peracta sunt eodem sumptu, apparatu ac ritu, qui descriptus est in Commentariis, ad annum 1715, die 23. octobris, fol. 41. ~~[illegible]~~, 42. et 43.

Pontificem egit Eminentissimus Cardinalis de La Rochecaymon, Magnus-franciæ Eleemosinarius; comitantibus et adsistentibus Quatuor Episcopis.

Orationem funebrem habuit Illust. Senecensium Episcopus/.

Re sacrâ peractâ, circa horam sesqui-quintam, ab officiariis Regis ad majorem cœnarum aulam, deducti rediimus. Ibi parari curavi mensas quinque, singulas viginti convivis, nimirum Curiæ Monetarum, Universitati, Castelleto, Præfecto et ædilibus Urbis, et Electioni./.

In describendo exequiarum et convivii apparatu non immorabimur. Satis sit dixisse, si magnificentiam et splendorem spectes, omnia fuisse Franciæ Rege digna; si modum et ordinem, ejus Ministris/.

horâ septimâ cœnam reliquimus, nostrisque insignibus minime exutis, conscendimus currus, et Lutetiam, in idem Ludovicæum, circa horam nonam pervenimus/.

Guerin R.

Anno dni 1774, die sextâ augusti, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis/. 6. Augusti

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes-Dionysius-Franciscus Camus, Subdiaconus Carnutensis; Joannes-Petrus Chalut, Subdiaconus Claromontensis: Ludovicus Victor Cauchye, Subdiaconus ambianus; Carolus Victor Garnier, Subdiaconus-Senonicus: Nicol. Emilianus Douheret, Subdiaconus Augustodunensis: Hector Bordier, Subdiaconus Carnutensis; Franciscus-Jacobus Srizier, Subdiaconus Rupellæus; Joannes-Ludovicus Sortais, Diaconus Carnutensis; Isidorus-Clemens Buchon, Presbyter Ambianensis; Vitalis Valons, Diaconus Lugdunæus; Claudius Henricus Bonmaigre de la Roche, Subdiaconus Parisiensis; Adrianus-Augustinus-Josephus-Ovidius Mercier, Subdiaconus Cameracensis; Stephanus Ouvré, Diaconus Metensis; Antonius Usset, acolythus Claromontensis; Joannes-Firminus Hilarius d'Aussy, Subdiaconus ambianensis; Ludovicus-Joannes Baptista Crochet, Diaconus Suessionensis; Joannes Viot, Diaconus Augustodunensis; Joannes-Petrus Vincerot, Clericus Bisuntinensis; Ludovicus-Joannes-Baptista Dubos, Presbyter Parisinus; Petrus Joannes Mouchelet, Diaconus Rothomagensis; Jacobus-Benjamin Longer,

Augusto

Subdiaconus Rothomagensis; Joannes-Petrus d'orde de Millac, subdiaconus Aginnensis; Claudius Michel, Diaconus Claromontensis; Guillelmus Barlier du Sargé, Presbyter Sanflorensis; Jacobus Ludovicus Guyon, acolythus Diœcus; Joannes-Maria Aguiraud, clericus Lugdunensis; Petrus-Joannes Claudius de Bency, Diaconus Lugdunensis; Claudius-Antonius Vincerot, clericus Bisuntinensis; Petrus Maison, Presbyter Lingonensis; Claudius-Franciscus des Jacques, Presbyter Genevensis; Carolus-Joannes-Baptista-Nicolaus Logerot, Presbyter Lingonensis; Joannes-Petrus Odelin, subdiaconus Noviomensis; Joannes-Baptista Gossiome, Presbyter Carnutensis; Henricus Carolus Quelvée, Diaconus Ebroïcensis; Ludovicus Renault, Presbyter Constantiensis; Philippus Guillelmus Benignus Thierriet, subdiaconus Parisiensis; Carolus Carnus, Presbyter Rutenensis; Adrianus-Josephus Constant du Liege, Diaconus Noviomensis; Isaac Gervasius Canterel, acolythus Bellovacus; Ludovicus-Nicolaus-Antonius Saugnier, acolythus Noviomensis; Renatus-Maria Quillet d'aubigny, Presbyter Sagiensis; Rochus-Mamertus de Brossard, subdiaconus Rothomagensis; Nicolaus-Eustachius Godard, subd. Lugdunensis; Jacobus Bréant, Diaconus Rothomagensis; Carolus Loget, Diaconus Catalaunensis; Jacobus Tussanus Fromentin, Diaconus Parisinus; Gabriel Ludovicus La Barthe, Presbyter Parisinus; Felix-Paulus-Laurentius Augier du breuil de Moussac, acolythus Pictaviensis; Franciscus Daguillon, subdiaconus Claromontensis; Franciscus Bancarel, clericus Rutenus; Joannes-Maria Felix Mayet, subdiac. Lugdunoeus; Jacobus Reyraud, Diaconus Claromontensis; Tussanus Huant des Boisseaux; Diaconus Rothomagensis; Henricus-Josephus Goudesnetz, Diaconus Boloniensis; Amabilis Antonius Buisson, Diaconus Claromontensis; Petrus-Gaspardus Favier, Presbyter Æduensis; Fiacrius-Josephus Friteyre, Diaconus Claromontensis; Nicolaus-Franciscus Proussel, Diaconus Ambianensis; Petrus Matthias, acolythus Claromontensis; Carolus Lenglier, acolythus Bellovacensis; Claudius-Joachimus-Stanislaus Jacquet, Presbyter Bellovacus; Alexander Armandus de Nanteuil, Diaconus Parisinus, Jure Baccalaureatus in Juridicâ Facultate; Germanus Rattier, Diaconus Sagiensis; Joannes-Sebastianus Gault, Diaconus Parisiensis; Franciscus-Antonius Matignon, acolythus Parisinus; Antonius Mathias, acolythus Claromontensis; Joannes-Baptista Augustinus Laurent, Diaconus Ambianus; Joannes-Baptista Augustinus Motrel, acolythus Nivernus; F. Joannes-Andreas-Blanc, Presb. Aniciensis Strictæ obs.æ ord. Cluni. expressé Professus; de quibus retulit M. Josephus Mouton Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magistrorum, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum; cæteraque instrumenta, ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit Sua præfatis supplicibus postulata concedi.

GEN. DE PARIS ENTRÉE ORDINAIRE

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3.° indicta est dies Jovis undecima hujus mensis, horâ septimâ matutinâ, ad excipiendas rationes accepti et expensi, per decursum anni 1773. à M. Le Bel, Quæstore.

4.° Lectum est duplex instrumentum scribæ Universitatis per accensum publicum denuntiatum, nomine Clarissimorum Doctorum aggregatorum in Juridicâ facultate, ut ipsis liceat in jus vocare Clarissimos ejusdem facultatis antecessores, apud Magnam Parlamenti Cameram, de Nominatione Pastoris S. Andreæ ab arcubus/; quam in rem cum arrestum secundum petitionem suam obtinuerint; illud Tribunali Academico denuntiari voluerunt, ne ignorationis causam prætendat/.

5.° Placuit Ludovici Regis XV. exequias, universitatis nomine, celebrari in æde sacrâ Majoris Conventûs SS. Minorum; rogare Illust. Ecclesiæ Parisiensis Archi-Episcopum, ut pro sua in defunctum Regem amore et reverentiâ, suâque benevolentiâ in Universitatem rem sacram velit peragere: orationem funebrem haberi à M. Antonio Vicaire, antiquo Rectore, et Rhetoricæ Professore in Regiâ Navarrâ, quem aliquot abhinc mensibus designavit et nominavit ampl. Rector: ipsasque differri post ferias academicas, ut in hoc concedatur pro more Regiis oratoribus, deturque redeundi tempus feriantibus et rusticantibus Magistris et Doctoribus, quos tam solemni pompæ interesse decorum est/.

Et ita, super his quinque capitibus, ab amplissimo Rectore conclusum est/

Guerin R.

Eadem die, ab aulâ academicâ, ad Collegium Sorbonæ processum est: ubi congregata est universitas in Majoribus Scholis; atque post habitam à V. C. M. Henrico Le Vasseur, Eloquentiæ Professore in Collegio Cardinalitio, Præmia academica, præsente Senatu, distribuit, hoc ordine:

Præmium Eloquentiæ Latinæ.

ex fundatione honestissimi et Clarissimi V. D. Joannis Baptistæ Coignard, Regiâ Secretis, et hujus Academiæ alumni olim Carissimi Magistri in artibus institutum

Præmium anni 1774, in hoc argumentum, sapienter à Majoribus institutum esse, ut omnium nullo discrimine Civium liberis pateant publicæ humaniorum litterarum scholæ, meritus et consecutus est Julianus Ludovicus Geoffroy, Doctor aggregatus ad secundum ordinem, è Montacutio/

Aug°

In Rhetoricâ

Primum Præmium orationis Latinè Scriptæ meritus est, inter Recentiores, Franciscus-Josephus-Maria Noel, Parisiensis, è Grassinæo./

Secundum, Ludovicus-Jacobus Costé, Carnutæus, è Mazarinæo/

proximè accesserunt./

Martinus Chaplet, Senonensis — è Grassinæo.
Carolus-Maria de Monet, Versaliæus — è Reg. Nav.ª
Franciscus Cochet, Melodunensis, — è Montacutio.
Augustinus Moreau — è Lexoviæo.
Alex. Lud. Theod. Vict. Coppin, Provinciacus — è Montacutio.
Claudius Varin, San-Menechildensis — è Sorb. Plestæo.

Primum orationis Galliceè Scriptæ, inter recentiores, Idem. Franc. Josephus-Maria Noël, Parisiensis, è Grassinæo./

Præmium, inter Veteranos, meritus est Eustachius Balthazar Beuaille, Bononæus, è Montacutio./

prox.ᵉ acc. inter Veter.ᵒˢ

Jacobus-Lud. Schmid, Parisinus — è Mont.º

Secundum, inter Recentiores, Andreas-Alex. Boicervoise, Bellovacensis — è Montacutio/

prox.ᵉ accesserunt.

Carolus-Nicol. Franc. Brisson, Parisiensis — è Reg. Nav.ª
Carolus-Hubertus Peuchot, Tullensis — è Sorb. Plestæo.
Lud. Lamoral de Buissy, Duacensis — è Mazarinæo.
Id. Martinus Chaplet, Senonensis — è Grassinæo.
Philippus Lud. Pons, Virdunæus — è Grassinæo.
Joannes-Bapt. Vilemsens, Parisinus — è Montacutio.

Præmium Carminis Latinè Scripti, inter Veteranos meritus est, Petrus-Philippus Crouzet, Bellovacensis, è Sorb.ᵃᵉ Plestæo/

Primum, inter Recent, Franc. Guill. Joannes-Stanislaus Andrieux. è Cardinalitio/

Secundum Id. Jos. Fr. Mich. Noël, Paris, è Grassinæo.

prox.ᵉ accesserunt./

Bertrandus Grassaval, Petrocorensis, Vet — è Cardinalitio.
Edm. Steph. Mollereau, Senonensis, Vet — è Grassinæo.
Gabriel Ducauvroy de Fraislieu, Martinicanus — è Cardinal.º
Jacobus Rainbeaux, Bajocensis — è Col. Lud. Mag.
Gaspardus David Moylan, Hibernus — è Sorb. Plestæo.
Id. Car. Mar. Monet, Versal — è Reg. Nav.ª
Nicolaus Carbillet, Lingonensis — è Col. Lud. M.
Armandus-Bern. Hon. Brousse, Nannetensis — è Sorb.ᵃᵉ Plestæo/

GEN. DE PARIS

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ, inter Recent, meritus est Idem. Lud. franc. Jos. Michael, Noel, Par. é Grassinæo/
Secundum, inter Rec, Joan. franc. de Cramayel, Parisinus, é Plessæo/

Id. Bert. de Grassavat prox.e accesserunt. Vet. é Cardinalitio
Id. Edm. Mollereau Vet. é Grassinæo.
Andreas Salvator Alexandre, Parisinus é Col. Lud. M.
Id. Carol. Maria Monet é Reg. Navã.
Petrus Lud. Lorin, San-Maclovensis é Reg. Navã.
Id. franc. Guil. Joan. Stan. Andrieux, Argentinus é Cardinalitio.
Car. henr. Lamb. Maria Preudhomme de Borr Leodius é Marchiano.
Id. Martinus Chaplet, Sen. é Grassinæo.

Primum orat. Græcæ in Gallicam conversæ meritus est Petrus Nic. Lud. Perfectus Freuston, Cenomanus, inter Rec., é Col. Lud. M.
Secundum Id. fr. Guil. Joan. Stan. Andrieux, Argentinus, é Cardin.o
proximé accesserunt.

Id. Car. Maria de Monc é Reg. Nav.a
Quintinus Fouquier, San-quintinæus é Col. Lud. M.
Id. Gasp. David Moylan é Plessæo.
Id. Arm. Ber. hon. Brousse, é Plessæo.
Franciscus Remigius Prin, Dormanus é Col. Lud. M.
Id. Franciscus Cochet é Montacutio

In Secundo Ordine

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Petrus Nicolaus Godefridus Denis, Parisinus, é Montacutio/
Secundum Petrus Maria Jacobus hippolytus Charlier, Parisiensis, é Sorbæ Plessæo/.
prox.e accesserunt.

Jacobus Lud. Hennicle, Bellovacensis é Montacutio.
Maria Petrus Bonaventura de Targny, Noviodunæus é Col. Lud. M.
Josephus Lud. Eligius Fleury, Lingonensis é Montacutio.
Antonius Remigius Trelon, Dormanus é Col. Lud. M.
Maria Agilbertus Lud. Joseph. Heron, Sanvalerianus é Montacutio
Joan. Ludov. Theod. Chambry, Parisinus é Reg. Nav.a

Primum Carminis latiné Scripti Præmium meritus est Carolus Milon, Leodiensis, é Sorbonæ Plessæo/

Secundum meritus est Idem. Petrus Maria Josephus hippolytus Charlier, Parisiensis, é Sorbonæ Plessæo

Aug°

prox.e acces.e

Joan-Bapt. Le Marchand, Rothomagensis — é Lexovaeo.
Dionysius-Germanus Le Tellier, Roth. — é Sorb. Plesteo.
Petrus-Michael Guillelmus de Karnazel, Britannus — é Col. Lud. M.
Maxim-Maria-Isid. de Robespiere, Atrebas — é Col. Lud. M.
Id. Mar. Petr. Bon. de Targny — é Col. Lud. M.
Franciscus Cozet, Parisinus — é Sorb. Plesteo/

Primum orationis Graecae in Gallicam conversae Remigius Macarius Pigneaux, Laudunensis, é Col. Ludovici-Magni/

Secundum, Id. Pet. Nic. God. Denis, Parisinus, é Montacutio/

prox.e accesserunt/

Id. Antonius-Remigius Trelon — é Col. Lud. M.
Joan-Bap. Guillel. Langlois, Ebroicensis — é Col. Lud. M.
Id. Joan-Bapt. Le Marchand, Roth. — é Lexovaeo.
Jacobus-Hippolytus Warmé, Mondiderinus — é Col. Lud. M.
Claudius-Honoratus Savinianus Le Sage, Bituricensis — é Montacutio
Id. Maria Petr. Bon. de Targny — é Col. Lud. M.

Primum orationis Latinae in Gallicam conversae Id. Petrus Maria-Jacobus-Hippolytus Chartier, Parisiensis, é Sorb. Plesteo/

Secundum, Id. Maria-Aglibertus-Ludovicus-Josephus-Heron, San Valerianus é Montacutio/

prox.e acces.e

Petrus-Nicolaus Joan-Bapt. Le Quoy, Bellovacus — é Col. Lud. Magni.
Id. Carolus Milon, — é Sorb. Plesteo.
Joannes-Antonius-Franciscus Sallentin, Bellovacensis, — é Sorb. Plesteo.
Id. Max. Maria-Isid. de Robespiere — é Col. Lud. M.
Id. Jacobus Hipp. Warmé — é Col. Lud. M.
Joan-Bapt. Gabriel Humain, Bisuntinus — é Sorb.ae Plesteo.

In Tertio Ordine

Primum orationis Gallicae in Latinam conversae praemium meritus est — Ludovicus Le Grand, Senonensis, é Grassinaeo/

Secundum, Lud. Claudius Dubacq, Stampoeus — é Montacutio

prox.e accesserunt.

Carolus-Augustinus Bucé, Parisinus — é Grassinaeo.
Nicolaus-Severinus Anquetil, Constantiensis — ex Harcurio.
Petrus Barbier, Suessionensis — é Montacutio.
Joannes-Bonaventura Gosselin, Lupariaeus — é Lexovaeo.
Joan-Nicolaus-Hubertus de Bras, Parisinus — ex Harcurio.
Jacobus-Anna Deschamps, Parisinus — é Sorb.ae Plesteo

GEN. DE PARIS

Primum Carminis Latine Scripti, Joannes Petrus Lescalier, Vapincensis, é Sorb. Plestæo/

Secundum, Renatus Charmoille de Fraonois, é Mazarinæo,

prox.e accesserunt./

Joan-Bapt. Le Sevre, Parisinus, é Mazarinæo.
Joan-Ant. Lud. de Franclieu, Palensis. ex harcurio.
Id. J. A. Deschamps. é Plestæo.
Id. Lud. Le Grand. é Grassinæo.
Id. J. B. Gosselin. é Lexoviæo.
Id. J. N. h. de Bras. é Mazarinæo/

Primum orat. Latinæ in Gallicam conversæ honoratus Franciscus Dobignie, Laudunensis, é Col. Lud. Magni/

Secundum, Alexander Fleury, Parisiensis, é Sorb.æ Plestæo.

prox.e accesserunt.

Lud. abel Beffroy de Reigny, Laudunæus. é Col. Lud. M.
Id. J. B. Le Sevre. é Mazarinæo
Id. J. N. h. de Bras. é Mazarinæo.
Id. Nic. Lev. anquetil ex harcurio.
Renatus Richardus Lud. maria Castel, Viræus. é Col. Lud. Mag.
Id. J. A. Deschamps. é Sorb. plestæo/

Primum orat. Græcæ in Gallicam conversæ, Petrus hugot, altissiodoræus, é Sorb. Plestæo/

Secundum, amatus Josephus Sanson de La Borde, Cameracensis, é Col. Lud. Magni/

proxé accesser.o

Ant. Car. Blondel, Parisinus, é Col. Lud. M. é Col. Lud. M.
Id. Car. Aug. Buée, P. é Grassinæo.
Thomas Carolus Duchenüin, Bajocensis. é Col. Lud. M.
Id. J. N. h. de Bras. é Mazarinæo.
Id. J. P. Lescalier. é Sorb. Plest.
Id. L. el. ant. Dubacq. é Montauctio/

In Quarto Ordine

Primum orationis Gallicæ in latinam conversæ meritus est amabilis daumale, ambianensis, é Montauctio/

Secundum, Nicolaus Lud. Lestrade, é Montauctio/

prox.e accesserunt/

Ludovicus Cousin, Constantiensis. é Col. Lud. M.
Franciscus Renatus de la Cour, americanus é Sorb. Plestæo.
Carolus Theod. Cailler, Senonensis. é Montauctio.
Bernardus Julianus Dubois, Laudunensis. é Col. Lud. M.
Urbanus Jos. Le Vasseur, Cenomanensis. é Sorb. Plestæo.
Joan-Bapt. ant. Bulard, Roltz.sis é Montauctio

Aug°

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ Petrus antonius Polcuhe, Stampensis, è Grassinæo./.

Secundum Idem amabilis Daumale, è Montacutio/

proxè access°

Michael Lud. Brulard, Carnutæus — è Reg. Nav.
Lud. Petrus Gautier, Carnutæus — è Lexovæo.
Augustinus Car. Paschal Lambert, Andegavensis — è Col. Lud. M.
Andreas Franc. Racine, Versaliæus — è Sorb. Plestæo.
Petrus cheron, Pictaviensis — è Montacutio.
Lupus ant. amab. Damarin de Madinier, Lugdunæus — è Reg. Nav.

In quinto Ordine.

Primum orat. Gallicæ in latinam conversæ Præmium meritus est Michael Lud. Julien, Parisinus, è Grassinæo/.

Secundum Joannes Baptista Josset, Bajocensis, è Col. Lud. Magni/

proxè accessemut.

Joan. Bapt. Saintin de la Bellevue, Stampensis — è Montacutio.
Anna Lud. de Briancourt, Nannetensis — è Montacutio.
Ghislenus Franc. Maria Jos. de La place, atrebas — è Col. Lud. M.
Franc. ant. Bertrand, Ebroïcensis — è Lexovæo.
Felix Marcellus Cordier, ambianensis — è Grassinæo.
Jacobus Jos. Le Marechal, Roltz.sis — è Col. Lud. M.

Primum orat. Latinæ in Gallicam antonius Franciscus Perrin, Parisinus, è Mazarinæo/.

Secundum Lucius Simplicius Camilla Benedictus des Moulins, Guisiuæ Laudunensis, è Col. Lud. Magni/

proxè access°

Id. Ghist. franc. Mar. Jos. de la Place, atrebas — è Col. Lud. M.
Carolus alb. de Moutier, Suessionensis, — è Lexovæo.
Maria Nicol. Sylv. Guillon, Senonensis, — è Reg. Nav.
Petrus Lud. Duplessis, Laudunensis — è Col. Lud. M.
Carolus Jos. Ponisieu, Suessionensis — è Montacutio
hyac. amand. Const. Laess. hervæus Godefridus de Boisjugan, Constantinopolitanus — è Col. Lud. M.

In Sexto Ordine

Primum orationis Gallicæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Ludovicus Princeps Ferdinandus Senecier, Suessionensis, è Col. Lud. Magni.

Secundum, Nicolaus Joan. Georgius Driess, Parisinus, è Col. Lud. M.

proxè access°/

Jos. Maria Rolland de Cheffontaine, Trecorensis — è Col. Lud. M.
Stephanus Pelletier, Carnutensis — è Lexovæo.
Petrus Fortun. Victor Auger, Lexoviensis — è Lexovæo.
henr. Joan. Bapt. Fauvelet, Dor. — è Col. Lud. M.
Rodolphus de Flamand, Parisiensis — è Montacutio.
Paulus Augustinus Josephus Lambert du Fresne, Andegavensis — è Col. Lud. Magni

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Primum Oratoris Gallicae in Gallicam conversae Premium meritus est Stephanus Pelletier Carnutensis, è Lexovaeo/.

Secundum, Guillelmus-Joannes Leger, Rothom., è Lexovaeo/

prox.e acuss.e

Jd. Lud. Princeps Ferd. Sencier	è col. Lud. M.
Henricus-Joan-Bapt Sauvelet, Dormanus	è Col. Lud. M.
Paulus. Jos. Nic. Bertrand, Parisinus	è Reg.r nav.o
Petrus-Franc. Dantigny, Versaliaeus	è Col. Lud. M.
Carolus-Jos. Viguier, Vesuntinus	è Lexovaeo.
Claudius-Franciscus Sallin, Vesuntinensis	è Col. Lud. Mag.

Fourneau Scr.

11. Aug.o

Anno Dni 1774, die Jovis undecimâ augusti, horâ septimâ matutinâ, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni Comitia Deputatorum Universitatis, indicta die sexta hujusce mensis, ad excipiendas rationes accepti et expensi, ab integ.o Quaestore M. Michaele Le Bel, Quaestore, per decursum anni 1773./.

Auditae, expensae et approbatae sunt à Deputatis et adjunctis singulis dictae rationes; ex quibus compertum est Accepta majora esse summâ 886.tt 6.s quam summam placuit reliquiqui inter manus Quaestoris; Et ita ab ampl.o Rectore conclusum est/.

Guerin R.

Digressis adjunctis, Amplis. Rector fecit Scribae potestatem Legendi denuntiatum sibi juridicè arrestum supremi Senatûs latam die tertiâ hujus mensis Augusti, quo lis illa, quae pendebat in Majori Camerâ, de nominatione Beneficiorum Academicorum, ubi recurrunt vices Consultissimae Facultatis, secundùm Clarissimos ejus antecessores dijudicata fuit. Quod quidem arrestum placuit in Commentarios referri./.

Deinde M. Alexander Ludovicus Thomassin, ejusdem facultatis Decanus, protulit Conclusionem à dictis antecessoribus latam die Veneris quintâ hujus mensis, quâ, recurrentibus Ordinis sui vicibus, Academico Tribunali praesentant V. C. M. Joannem Antonium Armand, Licentiatum in Utroque Jure, et Pastorem Ecclesiae Parochialis SS. Innocentium in hac urbe, vacantem per obitum M. Claudii Leger, ultimi illius possessoris pacifici; petiitque illum, cui competit, et quâ solet formulâ praesentari: atque suam conclusionem tradidit Legendam et in Commentariis describendam. Audito M. Josepho Mouton Syndico, Visâ Conclusione Sacrae facultatis die 3.a decembris 1768 factâ, quâ laudatur et approbatur resignatio Curionatûs S. Germani veteris, in favorem M. Le Cordier, Doctoris Theologi, sub conditione à Theologicâ facultate propositâ, ut ipsa vices suas compleret; adeòque deinceps recurrerent vices Consultissimae facultatis nominandi ad Majora Beneficia; Rogatis dictisque sententiis, placuit, praefatum M. Joannem Antonium Armand, Lic. in Utroque Jure, a Clar. Jurium Antecessoribus designatum admitti, et ab Universitate praesentari ad Curionatum S. Andreae ab arcubus, vacantem per obitum M. Claudii Leger, ultimi illius possessoris pacifici. Et ita conclusit Ampl. Rector/.

Guerin R./

Aug°

Extemplò prædictus Armand Comitium ingressus est, solitumque præstitit Sacramentum inter amplissimi Rectoris Manus. Eo digresso, descriptum est ejus Nominationis instrumentum, Lectum et ab ampl.° Rectore Subsignatum / et M. Armand in Manus traditum horâ sesqui decimâ / Fourneau Scriba.

Eadem die, horâ sesqui undecimâ, Novum intercessionis instrumentum per accensum publicum Scribæ denuntiatum est, Nomine Doctorum Aggregatorum / Fourneau Scriba

Extrait des Registres
de la Cour de Parlement

Louis, par la grace de Dieu, Roy de France et de Navarre au premier huissier de Notre Cour de Parlem.t, ou autre Notre huissier ou sergent, sur ce requis, sçavoir faisons, qu'entre Louis Alex Thomassin, Philippe Lalourcey, P. Louis de la Roche, et Edme Martin, Doyen, Syndic et Docteurs Regens de la Fac.é des Droits de Paris, Demandeurs en requête visée en l'arrêt de Notred. Cour du 23. Juin dernier, tendante à ce que sans s'arrêter ni avoir égard à l'oppon. formée à la Req.e de Bon Michel Vasselin des fossés, Docteur Ag.é de lad. Fac.é, se disant chargé des Doc. Agg.és de la même faculté, ses Confreres, par acte extrajudiciaire du 22. dud. mois, il fut ordonné que l'arrêt de Notre ditte Cour du 6. 7bre 1766, rendu sur deliberé au rapport de M. l'abbé Tudert entre lesd. Professeurs et Agg.és seroit executé, selon sa forme et teneur; en conseq.e que lesd. Professeurs seroient et demeureroient autorisés à s'assembler seuls pour proceder à la Nomination de la Cure de S. André des arts, vacante par le decés de Leger dernier titulaire de lad. Cure, sans le Concours desd. Docteurs Aggregés; qu'il fut aussi ord.é que l'arrêt à intervenir sur la présente demande seroit executé selon sa forme et teneur nonobstant toutes oppon. faites ou à faire même aud. arrêt, d'une part: Et Thomas Sauvage, André Pierre Boyer, Toussaint Jouan: Claude Rolland de Ferriere, henry hulot, Claude Drouot, Claude hardoin de la Reynerie, Bon-Michel Vasselin des fossés, Pierre Louis Gouillard, Richard-Guillaume-Nicolas-Constance-Marie-Marte Cosme, et Noël Claude Nicolas de Lattre, tous Docteurs Aggregés de la Fac.é des droits de Paris, Deffendeurs d'autre Part: Et entre lesd. Doct. Ag.és Demandeurs en deux Req.es: La 1.e du 8. Juillet dernier, tendante à ce qu'ils fussent reçus opposans à l'arrêt de Notred. Cour, dud. jour 23. Juin precedent, et la 2.e visée en l'arrêt de Notred. Cour du lendemain 9. dud. mois de Juillet, tendante aussi à ce qu'ils fussent reçus opposans à l'arrêt dud. jour 23. Juin dernier: faisant droit sur lad. oppon., il fut ord.é que la Declaration du Roy de 1682 et les differens arrêts de Notred. Cour intervenus relativem.t au droit de Nomination aux Cures seroient executés selon leur forme et teneur, en consq.ce defenses fussent faites aud. Thomassin et Consorts de proceder à aucune Nomination ou designation de sujet pour remplir la Cure de S.t André des Arts, sans la particip.on d'eux Sauvage et consorts qui seroient convoqués, en la maniere accoutumée; à peine de nullité de lad. Nomination; et attendu que le cas requeroit celérité, il fut ord.é que l'arrêt à intervenir seroit signifié sur la minute, d'une Part; Et entre Matthieu Bouchaud, et Charles Louis Saboureux, Docteurs Regens de la même faculté, Dem.rs en Req.te du 13. Juillet dernier, tendante à ce qu'ils fussent reçus parties intervenantes dans les causes et contestations, tant sur le Provisoire que sur le fond, pendante en Notred. Cour entre lesd. Thomassin et Consorts et lesd. Sauvage et Consorts; il leur fut donné acte de ce que pour moyens d'interv.on ils emploient le

le contenu en leurs Req.tes, et de ce qu'ayant été obligés en leur qualité d'Aggregés en 1766. de soutenir la même prétention que soutenoient aujourd'hui les aggregés, ils croioient ne devoir prendre aucune part dans lad. contestation, sinon à faire nommer promptem.t à la Cure de S.t André des arcs; en conseq.ce qu'il fut ord.é, sans préjudice du droit des parties au principal, et sous les reserves au contraire de tous droits respectifs, qu'il seroit dés à pres.t pourvu d'un Prêtre à la Cure de S.t André des arcs, soit par les Docteurs-Regens du nombre desquels ils etoient, soit par les Docteurs-Regens et Aggregés, si Notred. Cour jugeoit à propos de l'ordonner ainsi, pour cette fois seule, sans tirer à consequence pour l'avenir; sur le surplus déclarant s'en rapporter à la prudence de Notred. Cour, et en cas de contestation, que les contestans fussent condamnés aux dépens d'une part: Et entre led. Sauvage et Consorts, Demandeurs en Requête du Thomassin et Consorts d'autre part: Et entre led. Sauvage et Consorts demandeurs en Req.te du 15. Juillet dernier, tend.s à ce qu'acte leur fut donné des Déclarations et consentem.s portés en la Req.te d'Int.on desd. Saboureux et Boutraud, ils fussent reçus opposans à l'arrest de Notred. Cour du 23. Juin dernier; en conseq.ce il fut ord.é que La Decl.on du Roy donnée le 6. aout 1682, registrée en Notred. Cour le 31. dud. mois en an; Les arrests de Notred. Cour rendus en conseq.ce et notamment celui du 6. 7.bre 1766, seroient executés selon leur forme et teneur; en conseq.ce, qu'ils fussent maintenus dans le droit de concourir en nombre égal à celui desd. Professeurs à la nomination et élection d'un Sujet qui devoit être present par l'Un.té à l'Archeveque de Paris, à l'effet d'obtenir l'Inst.on Canonique pour la Cure de S.t André des arcs, ainsi qu'à la nomination de tout autre Benefice dont le Patronage ou la Collation appartenoit au Corps entier de l'Un.té, et ce toutes et quantes fois que la Faculté des droits seroit au tour de nommer; et que lesd. Nomination et Election se feroient dans l'assemblée de lad. Faculté, convoquée par Billets, en la forme ordre; et pour la mauvaise contestation que lesd. de La Roche et Consorts fussent condamnés aux dépens, d'une Part: Et lesd. de La Roche et consorts défendeurs d'autre part, et Demandeurs en Req.tes du 9. Juillet dernier, tend.s à ce que sans s'arrêter, ni avoir égard aux Req.tes et demandes, et à l'opp.on des Aggregés, La Decl.on du Roy du 6. aout 1682, L'arrest de Notred. Cour du 6. 7.bre 1766 rendu sur deliberé au Rapport du S. abbé Tudert entre les parties, ensemble celui du 23. Juin dernier seroient executés selon leur forme et teneur; en conseq.ce, qu'ils fussent maintenus dans le droit et possession qu'ils ont de s'assembler et de proceder seuls et sans le concours desd. Aggregés à la nomination aux Benefices qui leur appartenoient à leur tour, suivant les arranguemens et accords faits entre les differentes compagnies de l'Un.té, lorsque le cas y echoit, et notamment à la Cure actuellement vacante de S. André des arcs de cette ville: que le present arrêt fut declaré commun avec lesd. Boutraud et Saboureux; et pour la mauvaise contestation que lesd. Docteurs et Aggregés fussent condamnés aux dépens, d'une part: Et lesd. Aggregés et Boutraud et Saboureux, défendeurs d'autre part. Après que Carré de S.t Pierre, Avocat des Professeurs de la Faculté des droits: Caillard, Avocat des Aggregés de la même Faculté, de Jonquieres, Avocat de Boutraud et Saboureux de la Bonneterie ont été ouïs pendant quatre audiences, ensemble de Vergés pour Notre procureur General, et qu'il en a été deliberé;

Notre ditte Cour reçoit les parties de Desjonquieres parties intervenantes, au principal et sans s'arrêter ni avoir égard aux Req.tes et demandes des parties

Aug.o

de Caillard, dont Elles sont deboutées, ni aux oppositions formées à leur Req.te par actes extrajudiciaires des 22. et 25. Juin dernier, ni à toutes autres faites ou à faire de leur part, Ordonne, que la Decl.on du Roy du 6. aout 1682, Larret de Notred. Cour du 6. 7bre 1766, ensemble celui du 23. Juin dernier seront executés selon leur forme et teneur, en conseq.ce, maintient et garde les Parties de Carré de S.t Pierre dans le droit de s'assembler seuls et sans le concours des parties de Caillard à la présentation aux Benefices qui leur appartenoient à leur tour, suivant les arrangemens ou accords faits entre les diff.tes Compagnies de l'Un.té, Lorsque le cas y echoit, et notament à la Cure actuellem.t vacante de S.t André des arcs de cette ville de Paris, declare le present arrêt commun avec les parties de des Junquieres, pour être executé avec Elles selon sa forme et teneur, depens compensés entre les Parties, hors le coût de l'arrêt qui sera supporté par les parties de Caillard. Si Mandons le présent arret mettre à execution, de ce faire te donnons pouvoir. Donné en Parlement le 3. aout 1774, et de notre Regne le premier. Collationné, et signé fleury. Par la chambre, signé le Jay./.

Fourneau
Scriba

L'an 1774 Le 9.e Jour d'aout à la Req.te de M.e Louis al. Thomassin, Philippe Lalourcey, Louis de La Roche et Edme Martin, Doyen, Syndic et Docteurs Regens de la faculté des Droits de Paris, y demeurans, et pour lesquels domicile est élu en la même ville en la maison de M.e Jean Millot Duplessis, avocat en la Cour, sise rue S.t Jacques par.e St Benoit, Nous Germain Edme Regnault Huis.er au P.t dem.r rue des Mathurins par.e S.t Severin soussigné signifié et baillé copie aux Recteur, Doyens des facultés, Procureurs des Nations et Syndic composans le Trib.l de l'Un.té de Paris au domicile de M.e Fourneau, Greffier en chef de lad. Un.té dem.r à Paris au Col. de Louis le Grand par.e St Benoit, en parlant à un portier qui n'a dit son nom de ce sommé d'un arret de Nosseigneurs du Parlem.t de Paris rendu contradict.m entre Lesd. M.s Thomassin, Lalourcey et consorts, et M.e Sauvage et autres D. Ag.s en la même fac.é Le 3. aout present mois, duem.t en forme Collat. fleury, signé par la chambre le Jay, à ce que du contenu d'Icelui les susnommés n'en ignorent, sous toutes protest.ons de droit; et lui avons aud. domicile et parlant comme dessus Laissé la presente Copie. Signé Regnault.

Fourneau
Scriba

Extractum é Commentariis
Consultissimorum Antecessorum Parisiensium

Anno dni 1774, die verò Veneris quintâ, horâ septimâ serotinâ, habita sunt Antecessorum Parisiensium Comitia, a Cons.o Decano, missis de more schedulis, convocata, ut nominaretur idoneus Presbyter ad regendam Ecclesiam Parochialem S. Andreæ de Arcubus, vacantem per obitum Clar. Viri D. Leger, ejusd. Ecclesiæ Rectoris, cujus nominatio ad Consult.mos Antecessores, pro vice Cons.mæ facultatis pertinet./.

His adfuerunt Cons.mi Antecessores DD. De la Roche, Primicerius et Comes; Thomassin Comes et Decanus in acta, qui eo nomine Comitiis præfuit, Martin, Comes et Censor Universitatis, Lalourcey, Syndicus, Bouchaud et Sabourcux./.

Exposuit Consult.mus Decanus jam omnibus qui aderant innotuisse quâ de causâ Comitia illa haberentur: rem sanè versari gravissimam, idoneum nempe Pastorem Ecclesiæ Parochiali esse præficiendum, qui verbo et opere potens Ecclesiæ pariter proficiat, et cujus electio Consultissimo Ordini honori esset./.

Re in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, Clar. Viro Joanni Antonio Armand, in Utroque Jure Licentiato, Ecclesiæ Parochialis SS. Innocentium Rectori suffragatus est D. de La Roche; cujus sententiam secutus est D.

GEN. DE PARIS

D. verò Lalourcey votum suum contulit in Clar. Virum D. Rebours, Sacræ Th.æ Doctorem, in Ecclesia S. andreæ de arcubus jam à multis annis pastoris vices gerentem, cui etiam suffragati sunt DD. Bouchaud et Saboureux/

Tandem Consult.mus Decanus amplexus sententiam DD. de La Roche et Martin, suffragatus est D.o Armand, et cum illis conclusit. Sicque nominatus est dictus Vir Clar. D. Joannes-Ant. Armand, qui ad regendam Ecclesiam Parochialem S. andreæ de arcubus præsentaretur/ Subscript

Et sic soluta sunt Comitia. Subscriptum ita esse testor, Lalourcey Syndicus. Signatum, Thomassin, ant.r Comes et Decanus/

Fourneau scriba/ Guerin R.

Anno dni 1774, die Sabbati decimâ tertiâ augusti, horâ septimâ Matutinâ, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia præclaræ artium facultatis, ad eligendos examinatores Licentiandorum in artibus/ 13. Aug.

Primum omnium, indictâ ab ampl.o Rectore Comitiorum causâ, Procancellarii MM. Sepher et Bernard, Doctores Theologi, apellaverunt octo Magistros in artibus, ante sexannos Magisterium adeptos, à Dignissimis B. Mariæ et B. Genovefes Cancellariis designatos ad tentandam anno proximè sequenti Licentiandorum in artibus pentiam, scilicet, prò honorandâ Natione, MM. Joannem de Deo Petrum Burguriæ de La Terrere, Baccalaureum Theologum, Socium Sorbonicum, apud B. Mariam, et M. Roullo, Bac. Th. apud B. Genovefam: pro fidelissimâ, M. firminum Bonaventuram Proyart, et M. Despreaux, Licentiatum Theologum, et Philosophiæ Professorem in Montacutio: prò venerandâ M. Oegidium Vasse, Grammaticæ Prof. in harcurio, et M. Bobée, Baccal. Theologum: pro Constantâ M. Jacquin, Rhet.æ Professorem in Marchiano, et M. harfort, Virum Procuratorium/ Audito M. Josepho Mouton, Pro-syndico, ampl. Rector dimisit Nationes, ut deliberarent, nominarent et eligerent Probatores Licentiandorum in artibus/

Nationes Regressæ per Ornatissimos Procuratores retulerunt nominari à se et eligi in Examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, quos Meritissimi Pro-Cancellarii designaverant/ Et ita concl. ampl. Rector/

Continuò novi examinatores solitum sacramentum præstiterunt inter manus amplissimi Rectoris/

Digressis Procancellariis, factâque supplicandi potestate, supplicarunt Rochus Mamertus de Brossard, subdiaconus Rothomagensis, ut è Catalogis, litteris Magisterii, cæterisque actis academicis deleantur nomina gentilitia d'hurpy de Souquerolles; Joannes Giron, subdiaconus Rothomagensis, ut è Catalogis et litteris Magisterii deleatur cognomentum Baptista; Robertus-Alexander Chapel, clericus abrincensis, ut omissa vox clericus in uno Catalogo restituatur/ de Brossard Giron chapel.

Audito de supplicibus M. Josepho Mouton, Pro-syndico, Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent. Quæ Regressæ, per suos Procuratores retulerunt, à se indulgeri supplicibus. Et ita conclusit ampl. Rector/

Aug.º

Solutis generalibus Comitiis, continuò habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis de rebus ad Concursum Pertinentibus. /. Quibus in Comitiis stetit se Petrus-Remigius Antonius-Guillelmus Gueroult, clericus Rotho=magœus, Doctor aggregatus ad secundum ordinem, ac dixit, se ante duos annos ab urbe excessisse, docendique publicè munus accepisse in Collegio Atrebatensi, ubi aggregatis Doctoribus docere licet, salvo suo jure: Nunc esse sibi in animo atrebatensem Cathedram abdicandi, et ad almam Matrem redeundi, si ipsi visum fuerit locum suum servare ac reddere inter aggregatos. Audito M. Josepho Mouton, Pro-syndico, placuit 1.º suum præfato supplici postulatum concedi; eique ad almam Matrem, universitatem Parisiensem redeunti locum inter aggregatos Doctores servari ac reddi; atque fieri potestatem Quæstori Præclaræ artium facultatis solitam quinquaginta libellarum summam pro eodem numerandi, singulis trimestribus. 2.º In posterum, nulli Doctori aggregato, qui extrà urbem et Universitatem docendi munus obierit locum inter aggregatos reddi, stipendiumque aggregatoribus attributum numerari, quin prius se stiterit coram Tribunali præclaræ artium facultatis, ibique supplicaverit pro restituendo sibi ac conservando loco et stipendio/

Et ita ab ampl.º Rectore conclusum est/

Guerin R.

27. Aug.º Anno dni 1774. die vigesimo-septimo augusti, habita sunt, in antecessum, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Col. Lud.i Magni/

1.º Supplicarunt, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Elias-Dominicus Franciscus Labouré, Presbyter atrebatensis: Joannes Giron, subdiaconus Claromontensis; Petrus-Simon Caminot, Presbyter Senonensis: Gabriel Desprez subdiaconus Nivernensis: Jacobus Saulnier de la Noüe, Diaconus Cabilonensis; Georgius Madeline des Tesnieres, Presbyter Bajocensis; Joannes-Augustinus Vaguet, subdiaconus Lugdunæus; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Clar.º Pro-syndico, placuit, sua omnibus et singulis supplicibus postulata concedi/.

2.º Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3.º ad diem sextam mensis octobris indictæ sunt generales Universitatis supplicationes. Et ita conclusit amplissimus Rector/

Guerin R.

1. Sept. Anno dni 1774, die primâ Septembres, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia extraordinaria Deputatorum Universitatis/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

1° Supplicavit, pro litteris nomi[illegible] Nationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Franciscus Girard[illegible] Presbyter Nivernensis; de eo retulit M. Josephus Mouton, Pro-syndicus ac dixit, se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, legitimum Studii tempus ab eo fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Clar. Prosyndico, Placuit suum proef. Supplici postulatum concedi./

Deinde, digressis in Cubiculum Rectoris, Decanis, Loram Rectore et Procuratoribus Nationum Supplicavit M. Alexander de Basly, ad obeundum ante imminentem Studiorum instaurationem in Collegio Duacensi, vicariatum à Primario vocatus, ut biennium Cadomense sibi computaretur pro uno anno in Universitate Parisiensi; audito M. Josepho Mouton, Prosyndico, Placuit, sub beneplacito Præclaræ artium Facultatis, suum Supplici postulatum concedi./

His peractis, amplissimus Rector, cum Decanis, Procuratoribus, officiariis et quatuor apparitoribus, minoribus insignitus, se contulit ad ædes Illustmi rei ærariæ Præfecti D.D. Turgot; eique, habitâ oratione Gallicâ pereleganti, Universitatis nomine gratulatus est acceptam à Rege ærarii Præfecturam. Universitatem honorificè excepit Illust. rei ærariæ Præfectus; Rectorique sibi notissimo respondit peramanter./

Guerin R.

Die Sabbati tertiâ ejusdem mensis Septembris, horâ decimâ matutinâ, Vir Clar. D. Lallemant de Mantouillet, rituum Magister venit in aulam Majorem Col. Ludovici Magni; Regisque nomine indixit diem Mercurii septimam hujus mensis, quo celebrabitur, apud Basilicam B. Mariæ solemne sacrum pro requie animæ Ludovici Regis XV.. Sine ullo comitatu accessit; nihilominus ab officiariis exceptus et ad currum deductus est./ 3. 7bris

Fourneau Scriba. Guerin R./

Die Mercurii septimâ ejusdem mensis Septembris, horâ nonâ, in Scholis Medicorum congregati sunt Rector, Decani, Procuratores, adjuncti, officiarii Majores omnium ordinum; ibique suas Majores infulas induerunt./ 7. 7bris

Inde post gentaculum, processum est ante horam sesquidecimam, ad Basilicam B. Mariæ processum est, ubi omnia solito ritu peracta sunt./

Curia Parlamenti et Universitas, vestibus rubris dextrum latus tenuerunt: Sinistrum Camera Regiarum rationum cum Prætore urbis et ædilibus. Curia Monetarum, Castelletum et Electio non interfuerunt./

E Regiâ Procapiâ iidem qui apud San Dionysiacum, scilicet, Serenissimus Provinciæ Comes, Senerissimus Comes atrebatum, et Serenissimus Princeps Condæus./

Rem sacram insigni cum pietate peregit Illustrissimus Archi Episcopus Parisiensis, è gravissimo Calculi Morbo viæ redivivus. Orationem funebrem habuit Illust. D.D. de la Luzerne, Dux et Episcopus Lingonensis/

Egressi è templo circâ horam tertiam, in iisdem Medicorum scholis, à Viro Clar. M. Le Thuillier, saluberrimæ Facultatis Decano excepti sumus Lautissimâ cœnâ/

Fourneau

Septembri —— octob.

15. 7bris Die Jovis decima quinta ejusdem Septembris, ampl. Rector, in Majore habitu, cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, officiariis et apparitoribus adiit Illustrissimum Virum D.D. hue de Miromesnil, Senatus Normanici antea Prop. Praesidem, ipsique, nomine Universitatis, gratulatus est acceptam à Rege Sigillorum Regiorum custodiam. Latiné Respondit Illustrissimus Regiorum Sigillorum Custos, et quidem honorifice et peramanter; spemque fecit haud dubiam suum Universitati praesidium non defuturum esse/

Fourneau Scriba/ Guerin

1. Octob. Anno Dni 1774, die primâ octobris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/

1°. Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Gabriel-Christophorus Boullanger, Subdiaconus Parisinus; Aegidius-Ludovicus de Vaufleury, Subdiaconus abrincensis; Petrus-Bertrandus de Kouiant de Trecel, Presbyter Trecorensis; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est/ Guerin R.

6. Oct. Anno Dni 1774, die sexto octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia et supplicatoria Universitatis/.

1°. in aulâ Tribunalis consessum est, ubi supplicavit, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Jacobus Jamar, Presb. ambianensis; de quo cum M. Josephus Mouton, Prosyndicus, retulisset nihil desiderari, Placuit huius supplici postulatum concedi./

2°. Sacramentum praestitit inter manus ampl. Rectoris Edmundus-Maria Petrus desauges, filius, novus Librarius, a M. Lottin, Juniore, uno ex adjunctis rei librariae praesentatus/

Inde itum est in aulam Majorem, ubi, post habitam ab ampl°. Rectore Laudationem Ludovici Regis XVI; et quidem elegantissimam, omnes ordines rata et grata habuerunt quae gessit in suo trimestri Magistratu; eique amplum polliciti sunt Comitatum rite processuro ad aedem Deo sacram sub invocatione S. Jacobi à Macello/

Ibi Pontificem egit S. M. N. Nicolaus Moret, Doctor Theologus; et Ecclesiae Pastor. Orationem habuit ad populum S. M. N. Mellon, Doctor Theologus, Ecclesiae Parisiensis Canonicus: Eucharisticam ad Pontificem M. Mayet, Grammaticae Professor in Col. Sorbae. Plessaeo/.

Guerin R./

GEN. DE PARIS

Anno dni 1774, die decimo octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia generalia Praeclarae artium facultatis/ 10. Oct.

Post habitam ab ampl. Rectore Orationem, facta supplicandi potestate, Supplicarunt M. Joannes Laurentius Berthier de chemilly de Vaucharme, clericus Lingonensis, ut vox Baptista ex actis academicis nomini perperam addita deleatur: Joan. Jos. Lombard, Regiensis, ut deleatur cognomentum de St. Martin: Petrus Nicolaus Herque du Bellay, Parisinus, ut immunis sit ab onere scribendi codices Philosophicos ob continuum pectoris dolorem, testante M. Descemet, Doctore Medico Parisiensi. Berthier — Lombard Herque du Bellay.

Audito tum de his Supplicibus Pro-Syndico, tum de Alex. de Basly, qui die 1a. 7bris supplicavit, coram Rectore et pro-curatoribus nationum, pro bienni o-cadomensi in unum annum computando: Rector dimisit nationes, ut de iis deliberarent, de confirmandis Quatuor-viris, et rati-habitione eorum quae ipse gessit/

Regressae nationes, per Orn. Procuratores retulerunt; à se indulgeri Supplicibus: rata et grata haberi, quae gessit Rector in suo Trimestri et annuo Magistrata, et Litteras commendatitias decerni; Confirmari Quatuor-Viros mane electos; in honorandâ, M. Billard, Philosophiae Professorem in Marchiano; in fidelissimâ M. Haüy, humanitatis Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ, M. Montien de l'armenerie, Litterarum Professorem, in harcurio: in Constantissimâ, M. Harfort, Virum Procuratorium/

Quatuor-Viri, praestito Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per M. Harfort retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios DD. Francisco Nicolao Guerin/. Quae Prorogatio ab omnibus statim nationibus approbata et confirmata fuit/ Et ita conclusit amplissimus Rector/

Guerin R.

Mandatum Rectoris.

Nos Franciscus Nicolaus Guerin, Rector Universi Studii Parisiensis, Omnibus Ordinibus academicis, salutem./

Optaverat Universitas Supremis honoribus, quos Urbes et Provinciae, Regna etiam extera atque Insulae Ludovico XV. primo funesti casûs nuntio certatim persolverunt, et ipsa ergà dilectissimum felicis et gloriosae Memoriae Principem publico statim apparatu defungi. Quod unum licuit pro tempore, continuò praestitimus, indictis per omnes academicas domos privatis precibus et sacris. Hactenus autem justae pompae morum attulere, primùm, peragendae Regis Jussu et nomine tum in aede San-Dionysiacâ, tum in Beatae Mariae Basilicâ solemnes exequiae; deinde Scholasticarum feriarum interventus, qui singulos ordines suâ Virorum academicorum frequentiâ defraudasset./

Itaque ne ultrà, quam coegit duplex procrastinandi necessitas, debitum defuncti Principis virtutibus et nostro dolori officium protrahatur: Mandamus Omnibus et singulis Universitatis Doctoribus, Magistris, Clientibus, cujuscumque sint conditionis et gradûs, ut die Jovis vigesimo septimo mensis Octobris;

Fourneau

adsint, horâ ipsâ octavâ matutinâ, majoribus infulis ornati, in æde sacra ff. franciscanorum, augustissimo Regi Lud. XV. parentatari/.

Sacrum celebrabit Illust. archi-Episcopus Parisiensis, qui omnibus ergâ viventem sanctissimi Pastoris muniis defunctus, ejusdem nunc animam Divinæ Misericordiæ perpetuis oblationibus et sacrificiis commendare non desinit./

Inter missæ solemnia funebrem orationem habebit V. C. M. Antonius Vicaire, Eloquentiæ Professor Emeritus in Regiâ Navarrâ, antiquus Academiæ Rector/.

Datum Lutetiæ Parisiorum in ædibus Nostris Ludovicæis, die Martis 14° mensis octobris, anno dni 1774./

Fourneau
un Scr./

27. Oct. Anno dni 1774. die vigesimâ septimâ mensis octobris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, horâ septimâ matutinâ, Comitia generalia Præclaræ artium facultatis, ad creandos novos Censores/.

Primùm, factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi codices Philosophicos, Josephus plaikaders de Raigecourt de Gournay, clericus Tullensis, ob gravem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Crosnier, Doctor Medicus Parisiensis; Ludovicus Leonardus Carbonet de Canisy, clericus Bajocensis, ob insignem pectoris delilitatem, testante M. Belleteste, Doctore Medico Parisiensi; demum, Paulus antonius Bartholomæus de Vichy, propter pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Bordeu, Doctor Medicus Parisiensis/.

de Raigecourt

de Canisy

de Vichy

Audito de supplicibus M. Josepho Mouton, Pro-Syndico, Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, novosque Censores crearent. Quæ regressæ per procuratores suos retulerunt 1° à se indulgeri supplicibus. 2° Creatos à se fuisse Censores; in honorandâ, M. Freguer, Grammaticæ Professorem, in Collegio Ludovici Magni: in fidelissimâ, M. haüy, humanitatis Professorem, in Cardinalitio: in venerandâ, M. L'Evêque, Eloquentiæ Professorem, in ~~Regia Navarrâ~~ Montacutio; in constantissimâ, M. aherne Philosophiæ Professorem, in Regiâ Navarrâ/

Deinde, novi Censores Sacramentum solitum præstiterunt inter manus amplissimi Rectoris/.

Et ita ab ampl° Rectore Conclusum est/. Guerin R.

Eâdem die, horâ nonâ matutinâ, congregata est Universitas, ex Mandato Rectoris, in Conventu Majore ff. Minoretarum; ibique, exequias optimi ac Dilectissimi Regis Ludovici XV. celebravit, eodem ritu et apparatu, quo fieri solet; quique fusiùs describitur in Commentariis ad annum 1715, folio 227. Rem sacram peregit Illustr. Parisiensium archi-Episcopus: funebrem orationem habuit M. Antonius Vicaire, Eloquentiæ Professor in Regia Navarrâ, antiquus Academiæ Rector/

Fourneau

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Antequam discessus fieret habita sunt, in aulâ dicti conventûs, excipiendo Tribunali academico destinatâ, Comitia Deputatorum Universitatis in quibus,

1°. Supplicavit, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Joannes-Claudius Graveline, Presbyter Parisiensis, de quo retulit Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderati; adeóque Placuit, suam supplicem postulationem concedi/.

2°. Ampl. Rector petiit, an placeret à V. C. M. Vicaire modo habitum typis Mandari: audito Pro-Syndico, Rogatis sententiis, cum sapientissimi Decani dixissent se longiùs adfuisse quàm ut eam auribus exciperent, Placuit, dictam orationem tradi in manus amplissimi Rectoris et ex ejus prudentiâ typis Mandari. Et ita conclusit amplissimus Rector/.

Guerin R.

5 9bris

Anno Dni 1774. die quintâ mensis Novembris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Ordria Deputatorum Universitatis/.

1°. Supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Joannes-Franciscus Terriou de la Vergne, Subdiaconus Tullensis; Joannes-Franciscus-Ludovicus Parent, Subdiaconus Bononiensis; Nicolaus Martin, Acolythus Virdunensis; Remigius Baconet, Diaconus Ambianensis, de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tàm eorum Litteras Magisterii, tàm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: audito Pro-Syndico, Placuit sua præf. supplicibus postulata concedi/.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3°. Quòd Merit. Pro-Syndicus dixit Pædagogium urbis Ribadimontensis nunc vacare per Liberam et Spontaneam demissionem V. C. M. de Beste, ultimi illius possessoris pacifici; cujus quidem Pædagogii Nominatio ac provisio ad Tribunal academicum spectat et pertinet; Lecto demissionis instrumento; Idem Clar. Pro-Syndicus proposuit in Locum M. de Beste V. C. M. Bellot, Presbyterum Laudunensem, in artibus Magistrum, Legitque Litteras Commendatitias Eminentissimi Cardinalis de Roche-chouart, Episcopi Laudunensis, quibus constat de vitâ moribus ac sanâ Doctrinâ prædicti M. Bellot. Rogatis dictisque sententiis, unanimi consensu Placuit eligi ac nominari M. Bellot, Presbyterum Laudunensem in artibus Magistrum, ad Pædagogium urbis Ribadimontensis, vacans per liberam et spontaneam dimissionem M. de Beste, ultimi illius possessoris pacifici. Et ita conclusit Ampl. Rector/. Guerin R./

28. gbris

Die Lunæ vigesimâ octavâ ejusdem mensis Decembris, Amplissimus Rector, cum Sapientissimis Decanis, Ornatissimis Procuratoribus, officiariis Majoribus Universitatis, et quatuor apparatoribus, in Majori habita contali se ad ædes Senatûs Principis; ibique Illustrissimo Protoprædi Dom. D. Dáligre, elegantissimâ oratione, nomine Universitatis, gratulatus est idiomate Gallico restitutam à Rege Dignitatem. Eodem idiomate respondit Illustrissimus Senatûs Princeps, et quidem honorificè ac peramanter.

Bourneau
an. scribæ

Die Veneris Secundâ mensis Decembris, horâ nonâ matutinâ, Amplissimus Rector cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, Majorib; Universitatis officiariis, Majoribus infulis ornatis, omnibus apparitoribus; Sequente præterea ingenti Virorum Academicorum frequentiâ, se contulit ad Supremum Senatum, fausta ipsi in urbem reditum gratulaturus. Excepti sumus in Auditorio Virorum Regiorum; iisdem que præeuntibus deducti, atque ab uno ex illis appellato, non tantùm ad magnam, ut aiunt, cameram, sed quòd antea factum non fuerat, Universitatem verò in illustriori Loco collocavit; ad Universum admeratum omnium consessum solemni more congregatum. Oratio Rectoris a Senatoribus, omniumque ordinum civibus, quibus exundabat aula, summo plausu excepta est, visaque est digna Senatu, Universitate et Oratore. Respondit Illust. Senatus Princeps eadem elinguâ quâ Rector usus fuerat, Universitati nunquam esse defuturum Supremi Senatûs Præsidium.

Bourneau
Univ. scribæ

Ad Supremum Senatum Gratulatio
post reditum.

Illustr. Senatus Princeps, Illustr. Præsides Infulati, Senatores Amplissimi.

Nobis ad Vos festo illo ac solemni, quem videtis, apparate accedentibus, licebat usitatâ in Secundis Magnarum rerum eventibus formulâ præfari: exclamare licebat: Quòd faustum, felix, fortunatumque Nobis Vobisque sit ac toti Reipublicæ! Adest Universitas Lætum vobis gloriosumque reditum gratulatura, palamque testatura, ex omnibus Civium ordinibus ut nullum fuisse, quem vestræ absentiæ dolor vehementius peculerit; ita nullum nunc esse, ad quem major ex restituto tandem aliquando Suorum Magistratuum conspecta Lætitia pervenerit.

Absit autem in hoc Lætitiæ exuberantis triumpho, et inter publicos acclamationum concentus, absit illos dies revocemus, funestos dies, cum gemeret suis sedibus avulsa Patria, et disjecta passim per omnes Regni tractus sua membra misero ejulatu reposceret. Cessere tandem luctus et tenebræ, et, discussâ quatuor annorum tempestate, pleno, novi Solis beneficio, reddita cœlo Gallico Serenitas. Erumpat itaque libera gratulatio erumpant plausus, et votis, quibus amissam temporum conditionem requirebamus, nostra gaudia respondeant.

Et enim hoc, Patres Amplissimi, est hoc in rerum naturâ, ut quæ per multas ætates inter se corpora coaluere, alia aliis carere, nisi ægrè, non possint, neque à se invicem sine laceratione separari. Jam verò, si primas temporum origines revolvimus, cujus anquam fuit ordinis aut antiquior aut arctior vobiscum necessitudo? Quod quidem ne putetis à me dictum jactantiùs, necessitudinem dico, sine amoris et reverentiæ, obsequii benevolentiæ atque devotionis.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Nata scilicet in ipso Regum Imperatorum sinu, in eorumdem Palatiis ad eam pœnè regiminis formam, quæ nunc viget, paulatim adulta, labentibus posteà sæculis Vobis in Clientelam tradita, nullo non tempore eadem cum Sapientissimo Senatu de fide sive Deo sive Regibus præstandâ, de Juventute sanis divinarum humanarumque rerum elementis imbuendâ sensit Universitas; ex quo vicissim factum est, ut à Vobis pristinam suorum in se Principum Charitatem nunquàm desideraverit. Neque verò nostris temporibus vestra in nos merita defecere. Nobis, dum loquimur, sponte recurrunt in animum recentia superiorum annorum Decreta, quibus academiæ nostræ studia tantoperè promovistis, et omnibus Provinciis ad easdem amplectendas, pro suâ parte, publicæ Institutionis curas, vestrâ sapientiâ auctores extitistis./

In illâ vestrorum in nos beneficiorum commemoratione libenter immoror, Patres Ampl.ᵉ, ut pateat, quales, vobis absentibus, nostri sensus esse debuerint; atque adeo quales esse debeant redeuntibus; rursùm ut appareat, esse nostram hanc gratulationem non ejusmodi quæ possit ab aliis ad alios pro temporum rerumque varietate cum fortunâ transferri, sed Vobis propriam debitamque, sed ex prisci et nunquàm extinguendi sensûs veritate, ex intimisque pectoribus profectam./

Videmus Vos aliquandò tot laboribus, tot ærumnis exercitos, tandiu desideratos, tot votis revocatos! Vos antiqua antiquæ Togæ nomina: Vos filios, Nepotes, Successores tot Magistratuum, quorum consortio et quasi contubernio Patres Nostri tandiu insuevere; quibus antesignanis ac Ducibus per longa tot Regnorum spatia contra vim externam aut domesticam pro altaribus, pro Regibus, pro Patriâ toties pugnavere: Videmus Vos aliquandò eodem quo anteà in Regem obsequio, et in Populos studio, quæ crescere non potuerunt; et majore propter tot calamitates tùm apud Principem gratiâ, tùm apud Cives veneratione redeuntes./

Gratias Deo Immortali Immortales! qui dedit hoc in corde Regis. Nam quis dubitet, Pat. Ampl.ᵉ, quin hoc tam salubre consilium ex æterno omnis sapientiæ et omnis boni luminis fonte defluxerit? Deus, Deus ipse hanc mentem indidit Nostro Ludovico, ut, postquàm se in ipso regnandi exordio Populorum amantem, Laboris patientem, Luxûs inimicum, Justitiæ imprimis veritatisque studiosum ostendisset; postquàm, editis jam pluribus Regiorum virtutum speciminibus, optimè sperandi signum bonis omnibus extulisset; eodemùm in totam gentem beneficio conceptam de se opinionem cumularet: quo nempè vel uno pignore statim animos ad concordiam reditaros, et in publicam felicitatem, quam unicè anhelaret, se auspice, conspiraturos. Neque moram interposuit incensus objectâ tantæ laudis imagine Princeps egregius; quin pulcherrimo statim operi manum admoveret. At quo silentio; quàm altâ in antecessum meditatione et secum ipse, et cum dignissimis adjutoribus, quorum sibi prudentiam circumdedit! Quâ providentiâ, ut in suum locum quàm minimâ rerum commotione singula restituantur; ut ne huic urbi Reginæ, quàm Provinciis accuratiùs consulatur; ut ne denique ex paternâ constituendi status publici, et revocandæ pacis voluntate novæ voluntatum dissentiones, novæ fortunarum proscriptiones exoriantur! /.

Ergò provisis jam antè ponderatisque diligenter omnibus, primùm illum, ex quo Regnum auspicatus est, in urbem ingressum apparat Ludovicus: neque enim hoc tam eximium benefaciendi decus cuiquam mandaverit, aut illud sibi præreptum vel cum aliis, nisi cùm Augustissimis fratribus, communicatum velit. Adest itaque Rex Juvenis, fati publici idem arbiter et nuncius, adest. Quis autem memoret, quàm suspensâ etiamnùm et simul quàm arrectâ Populorum expectatione? quantâ Civium

per undantes vias concussatione? Quos inter plausus omnium ordinum, sexuum, aetatum que, non pompae Regalis Incessum, sed Ipsum serenos que vultus unicè Spectantium? Ita nobilissimo omnium Comitatu ac triumpho, idest, suorum amore deductus Sanctissimum hoc Themidis Sacrarium ingreditur: quod ubi primùm aspexit, ubi primum in ejus Limine vestigium posuit, et circumfusam sibi vidit Augustam frequentiam, omnia Borbonii sanguinis Capita, gentilitiâ Solii luce Capita radiantia, tot Principes, tot Magnates, tot Magistratus: O divinam in excelsum Regium que animum tanti Spectaculi vim! Illum diceres de repente annis crevisse; tantò aetate major confestim apparuit! tantum praestitit dignus henrici Nepos in reliquo deinde consessu humanissimae Majestatis, in perorando virilitatis et sapientiae, in jubendo auctoritatis, in perseverando constantiae./

O quantùm unus hic dies lacrimarum abstersit, quot vulnera sanavit, quot fortunas restituit! quam multa variè mixta, confusa, implicata extricavit, digestit, ordinavit! quàm optatam pretiosamque Legibus Legumque Custodibus securitatem addidit, quàm splendidè senatoriae Dignitatis stabilitatem asseruit!

Jam quid superest, P.A: nisi ut, iterùm iterùm que persolutis summo bonorum omnium Largitori gratiarum actionibus, aequissimâ Principis optimi benevolentiâ, quo solo potuit tot malorum memoria deleri, quieti nunc, florentes, sospites que fruamini, vestros que liberos, debita Reipublicae Pignora, sub disciplinâ Patriciâ, in spem haereditatis Patriciae, et ad perpetuam ordinis Patricii propagationem et ornamentum instituatis?

Interim vetus illud Sacramentum, à Nobis hodiè sponte renovatum, accipite, nullo tempore Nostram Universitatem, quòd semper praestitit, omissuram, quaecumque Christianos Gallos que constituunt, In Deum Pietatem, in Regem Obsequium, in Leges reverentiam commissae sibi Juventuti primis jam ab annis injicere. Pro quibus Vestram nobis tutelam Patrociniumque nunquam defutura confidimus/

Fourneau
tum. Scriba

Guerin R.

3 dec. Anno dni 1771. die tertiâ decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni./

1°. Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Paulus-Philippus-Joannes-Clement, Presbyter Constantiensis; Antonius-henricus-Arnulphus Bloquet, Diaconus-ambianensis; Claudius-Antonius Ancelin Subdiaconus Bellovacus; Gilbertus Fayol, Presbyter Claromontensis; Joannes-Josephus Marcotte, Subdiaconus ambianensis; de quibus retulit M. Josephus Mouton, Pro Lynd. ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Lyndico, Placuit, sua praef. supplicibus postulata concedi/

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3°. Accessit ad Tribunal Academicum Vir honestus Trioullier, Annus ex Universitatis Papetariis; idemque officium Papetarii Academici juré ac simpliciter abdicavit inter manus ampl. Rectoris et Tribunalis Academici. Quam quidem abdicationem acceptari Placuit/.

4°. Argumentum Præmii Eloquentiæ Latinæ Magistris in artibus instituti à V. C. D. Coignard ab ampl. Autore propositum est: In Eloquentia maximè elpöëris quid amplii sibi mutuò conferant ars et Ingenium: ex illis Horatii verbis, alterius sic altera poscit opem et conjurat amicè./

5°. Ad diem decimam tertiam hujus mensis Placuit indici Solemnes Universitatis Supplicationes/

Et ita concluxit ampl. Rector/. Guerin R.

Die nonâ ejusdem mensis decembris, horâ undecimâ, amplissimus Rector cum sapientissimis Decanis, ornatissimis Procuratoribus, officiariis Universitatis, Majoribus, et quatuor apparitoribus, se contulit ad ædes Illustrissimi Viri Dom. D. Lamoignon de Malesherbes Supremæ Subsidiorum Curiæ Patronis: ipsi quæ non tantum gratulatus est in urbem reditum, sed Maximè, excelsum in adversis animum, ingenium quæ omnibus bonis artibus ac litteris instructum, Utrumque dignum Lamoignorum nomine. Respondit eo ut Legum non minùs, quam Litterarum amantem se præsentem de ostenderet./, 9. decemb.

Fourneau un. Scriba.

Anno Dni 1774, die decimâ tertiâ decembri, habito sunt Comitia generalia Universitatis, in Collegio Ludovici Magni, ad solitas Supplicationes. Ubi absente M. Josepho Mouton, Pro-Syndico, Justit ampl. Rector vices Syndici geri à Me Scribâ/. 13. dec.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii Mess. Jacobus Gravier, Subdiaconus Catalaunus; et Alexander Benedictus Bailles, Subdiaconus ambianensis; Cumque Ego Scriba retulissem me vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, cætera quæ instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, atque in his omnibus nihil desiderari; Placuit his prof. Supplicibus postulata concedi./.

2°. Solitum inter manus ampl. Rectoris Sacramentum præstitit Petrus Prudentius Brunet, novus Librarius, præsentatus à M. Lottin-Juniore, cui ex adjunctus rei Librariæ/.

3°. Quod superioribus in Comitiis Vir honestus Trioullier officium Papetarii Universitatis abdicavit, in quo locum assecutus est Dominicus Cornut, filius/.

Iturn est deinde in Comitium, ubi omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit ampl. Rector in hoc trimestri Magistratu, ipsis litteras commendatitias decrevere, atque unumquemque Comitatum pollicitis suis rite præstare ad eadem Deo favam sub invocatione SS. Cosmæ et Damiani./.

Ibi Pontificem egit M. J. de la Roue, Sacræ Theologiæ Doctor, et Ecclesiæ Rector. Orationem habuit ad populum M. de Chemery, Doctor Theologus, et Socius Sorbonicus: ad Pontificem M. Marcognet, Grammaticæ Professor in Collegio Grassinico./.

Guerm R./

16. Dec. Anno Domini 1774. die decimâ sextâ decembris, habita sunt Comitia generalia prædicare artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni: Prosyndici munus gessit Guido antonius Fourneau, Scriba./.

Le Picard Gontier Cavrel Dupin et Rouvel de La Bertinaye Moylan Seguier Jebanne Naudé-Dervault

Lecta habitam orationem ab amplis. Rectore, elegantissimam de rebus gestis in posteriori trimestri, facta supplicandi potestate; supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi codices Philosophicos, Maria Gilbertus Le Picard, clericus Ambianus, ob dextram infirmam; testante M. Dupuy, Doctore Medico Parisiensi: Gilbertus-Marchael Gontier, clericus Claromontensis; propter difficultatem respirandi; eodem medico testante: Franciscus Cavrel, clericus Bellovacensis; ob pectoris debilitatem, quam scripto testatur M. desessarts, Doctor Medicus Parisiensis; Carolus-Andreas Dupin, altissiodorensis; et Carolus-Maria Rouvel, ob summam audiendi difficultatem, quam testantur MM. Lallouette et Devigland, Doctores Medici Parisienses; Joannes-Maria de La Bertinaye, clericus Rhedonensis, ob debilitatem oculorum, quam scripto testatur M. Cromis Doctor Medicus Parisiensis, et M. Grandjean, chirurgus oculatius; Gaspardus Moylan, clericus Corcagiensis in Hybernia, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Macnaboe, Doctor Medicus Parisiensis; Petrus Seguier, clericus Parisiensis, ob summam virium imbecillitatem ex gravi morbo ortam, quam scripto testatur M. Belleteste, Doctor medicus Parisiensis; Thomas-Carolus-Alexander Jebanne, Bajocensis, ob pectoris infirmitatem eodem M. Belleteste testante; Joannes-Naudé Dupré, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Vicq-d'azir Doctor Medicus Parisiensis; Deinde Carolus-Ludovicus-Dionysius Dervault, clericus Ambianus, ut ne sibi noceat, quod præcominum ordinem invertit./.

Audito de supplicibus M. Guidone-Antonio Fourneau, Syndici vicegerente, ac requirente, ut utraque oratio ampl. Rectoris, altera apud Senatum, altera hisce in Comitiis habita inscriberetur in Commentariis, ampl. Rector dimisit nationes, ut deliberarent de supplicibus, Quatuor-Viris, et ratificatione eorum quæ gessit; præterea ut à singulis nationibus nominarentur Duo deputati ad Concursum./.

Nationes digressæ deinde regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt à de 1° indulgeri supplicibus. 2° rata et grata haberi quæcunque gessit ampl. Rector in hoc trimestri Magistratu, atque litteras commendatitias

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

decerni. 3º confirmari Quatuor Viros matutinis horis electos, nimirum, pro honorandâ M. Guyot Rhetorum alterum, in Mazarinaeo; pro fidelissimâ, M. Capin, Philosophiae Professorem in Cardinalitio; Pro Venerandâ, M. Le Fevre; Baccalaureum Theologum: pro Constantissimâ, M. Lallemand, Eloquentiae Professorem Emeritum/. 4º Nominatos fuisse à singulis Nationibus Binos ad Concursum Deputatos; in honorandâ, MM. Patin et Furgault; in Picardicâ, MM. Binet et Caboche: in Normanicâ, MM. Louvel et Amelot: in Germanicâ, MM. Macdonogh et Jacquin/. 5º Velle se Orationem Utramque amplissimi Rectoris in Commentarios referri/.

Quatuor Viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave ingressi sunt; unde digressi per M. Guyot retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro amplissimo Dom. D. Francisco-Nicolao Guerin.

Quae quidem prorogatio ab omnibus statim Nationibus Laudata, approbata et confirmata fuit/.

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Guerin R.

Oratio Amplissimi Rectoris/

Hodie, Proc. Ornat., Lect. Quatuor Viri, Proc. Acad. non Orationem ad Vos affero, sed pauca verba familiari colloquio propiora, unde, quae nostra fuerit per hunc trimestrem Magistratum in almam Parentem opera, brevi simplicique narratione judicetis/.

Increbuerant, ut scitis, aliquot abhinc mensibus de proximo Supremi Senatus reditu publici rumores, et in eventum intenta, quo solo ad tranquillitatem revocari posse videbantur animi, tota Gallia et haec praesertim Civitas Regina, cujus in aliarum sensibus studiisque aut excitandis aut sedandis tanta vis est et autoritas, anxia pendebat. Varii tunc, ut fit, hominum affectus: alii, pars longè maxima, gaudere, nec simpliciter, sed effuso et impotenti Laetitiae impetu, quòd res ad antiquam Legitimamque formam; unde, non sine gravi plurimorum damno et ruinâ deciderant, aliquandò redituræ viderentur. Alii, qui aut statim, aut specie quâdam duraturae mutationis inducti novis tandem rebus adhaeserant, timere alteram rerum conversionem, ne sibi fraudi verteretur, quòd de restituendo priore statu nimium citò desperassent/.

In illis animorum rerumque motibus, Nos Univ.ti gratulabamur, quòd ita difficillimo tempore sua Consilia factaque ita temperasset, ut neque debito Regi obsequio, neque constanti in Supremum Senatum studio defuisset. At non deerant tamen, etiam ex Nostris, qui sincero, ut quidem opinamur, sed inconsultè sedulo in almam Parentem amore, nostram securitatem mirarentur; et ipsi praeposterè solliciti, Nos quoque tantum non juberent esse sollicitos, quasi in tantâ hominum multitudine, tantaque ingeniorum varietate, aliud inquiri posset, quam quid publico totius Corporis consilio factum esset, et universorum judicio comprobatum; de quo si qua calumnia moveretur, quod minimè metuendum videretur, certum erat nostro discrimine in Nos eam suscipere, promptumque dissolvere/.

Haec itaque et meâ et vestrâ conscientiâ fretus, non dicam, animum obfirmavi, quod nihil

opus fuit, sed eventum expectavi, imo et optavi; qui simul atque optimi et carissimi Principis adventu in suam urbem omnium spem et vota cumulavit, morâ nullâ, assumpto Comite fid.o Scribâ; quod plures nec postulabat nec ferebat primum illud tanquam tentandi vadi periculum: ad Primarios Magistratus, Illust. Senatus Principem, et Illus.mos Praesides infulatos, Regiosque, ut aiunt, viros, privatas salutationes, vestro tamen nomine detulimus: deinde ad aliquot pariter è Senatoribus, quibus cùm esset aliqua nobis consuetudo, perreximus. haud facile dicta, Pr. Ac.i, quàm ab omnibus Comiter et amicè excepti fuerimus, quàm ultrò Nos agnoverint et Universitatis per Nos primam hanc et sine pompâ salutationem admiserint./

Ita exploratis animis et quasi praeparatis paulisper quievimus, quoad opera forensia annuum et solemne sacrum instaurasset. Tùm ad Illust. Senatus Principem, paucis post diebus rediimus, quicum agere coepimus de iis quae palam essent et in publicâ luce facienda. Visum est ea renovari, quae essent post reditum anni 1754 facta: Ita tamen ut, post salutatum domi Illust. Senatus Principem, non tantùm magnam, ut aiunt, Senatus Cameram, sed congregata solemni Conventu Cameras omnes adiremus. Placuit rei novitas honorifica, quae, etsi non paulò plus à Nobis laboris et diligentiae postulabat, at majorem aperiebat campum, significandae Laetitiae, et Universitatem in illustriori, ut ita dicam, theatro collocabat./

Itaque die Lunae Novembris vigesimâ-octavâ, Comitantibus Tribunalis Academici Deputatis, in majoribus infulis, Domi Convenimus Illust. Senatus Principem, à quo verba blandissimae humanitatis retulimus./

Posteà die Veneris 2.a decembris, ad Supremum Senatum processimus Tribunal Academicum, sed cum adjunctis, sequente praeterea magno virorum Academicorum numero, quorum frequentia, insigne Nobis ornamentum, non mediocriter nostrae gratulationis et apud Patres amplissimos, et apud vulgus, quo tota exundabat aula, gratiam adaugebat. Deducti, praecedentibus Regiis Magistratibus, et ab uno ex illis appellati, eam illic oratiunculam habuimus quam deinde Placuit publici juris fieri. Respondit eâdem, quâ Nos linguâ Senatum compellaveramus Illust. Senatus Princeps; Universitatemque jussit de potenti Supremae Curiae Praesidio sibi in omnibus omnia polliceri./

Hoc officio defunctis restabat, ut eodem honore Nos erga Illust. Supremae Subsidiorum Curiae Principem exolveremus. Nostis, P. A. qui vir ille sit; quàm illo dignus Lamoniorum nomine, quo nullum habet toga vel antiquius vel illustrius; quam excelso eratoque animo, quâ eloquentiae famâ, quàm omnibus artibus et Litteris ad invidiam hominum unicè doctorum instructas. Enimverò à Nobis Comitante Academico Tribunali, die hujus mensis 9.a, domi salutatus, omnia respondit mirè apposita ad utramque personam hominis Litterati et summi ejus Curiae Praesidis, cui dudum esset à Regibus attributa Nostrorum Privilegiorum conservatio: sibi in illo quatuor annorum secessu solas affuisse Comites solatricesque litteras, quarum à Nobis amorem hausisset: proinde Nos ipsi facturos injuriam, nisi, datâ occasione, in ejus ergà se voluntate planè confideret Universitas./

Haec à Nobis acta sunt, P. A, quae quidem grata Vobis esse vehementer exopto. At hoc certè possum de me profiteri, Vos me semper gratum habituros, quòd praeclarissimas mihi vestra benevolentia praebuerit opportunitates, si minus ingenium, at studium saltem vobis approbandi. Qualiscumque futurus est meae vitae cursus sive brevior, sive longior: semper meminero, duo mihi jucundissima vestro beneficio Rectori contigisse; alterum, ut primam exorientis Ludovici XVI., vestro nomine, aurorum salutarem; alterum, ut ad eum Senatum de redita gratulator admitterer, qui ô utinam nunquàm abfuisset! /.

Fourneau un scriba — Guerin, R.

29. xbris

Die vigesimâ-nonâ ejusdem mensis, M. Le Bel, Questor, ampl.o Rectori, Ornat. Procuratoribus et Deputatis praec. artium facultatis reddidit rationes accepti et expensi, per decursum anni 1774, ad rem choletaeam pertinentis. Visis, expensis et approbatis, compertum est residuam esse summam 3990.tt quam quidem, ineunte Januario, Placuit Professoribus ac Primariis distribui./

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Index Beneficiariorum et clientium Universitatis, per decursum anni M. decLXXIV.

Beneficiarii./.

Die 11. Augusti, M. Joannes-Antonius Armand, Licentiatus in Utroque Jure, Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Innocentium, in hac urbe; à Consultissimâ Facultate designatus, ab Universitate nominatus et praesentatus est ad Cardonatum S. Andreae ab arcubus, vacantem per obitum V. C. M. Claudii Leger./.

Librarii./.

Die 18. Martii, Sacramentum praestiterunt ab honestis viris, Antonio Prospero-Lottin, Juniore, et Joanne Francisco Ludovico Chardoy, rei Librariae adjunctorum praesentati, Jacobus Marchand, Ludovicus Demos; Petrus Poirée; Aegidius Josephus Bichois-(Belleville) Franciscus Felit, Petrus Stephanus Dubois, Novi Librarii./

Die 20. Junii, Sacramentum praestitere à M. Lottin, Juniore, uno ex adjunctis rei Librariae praesentati; Petrus-Theophilus Barrois; Joannes Bapt. Franciscus Née de La Richelle; Petrus Stephanus Dubois: Claudius Carolus de Mecquignon: Joan-Bapt. Gobreau: Joannes-Desiderius Dorez./.

Die 6°. Octobris, Sacramentum praestitit Edmundus-Maria Petrus Desauges/

Die 13. Decembris, Petrus-Prudentius Brunel/

Magni Nuntii/

Ex Gallicanâ Natione

Die 16. Januarii, Antonius-Isidorus de Bonne, pro diœcesi et Episcopatu-Corisopitensi, per liberam abdicationem Antonii Duflos/.

Die 19. ejusdem mensis Januarii, Nicolaus Loliot, pro diœcesi et Episcopatu San-claudianensi, per liberam abdicationem Bernardini Piron/

Die 10. Februarii; Ludovicus Le Fort, pro diœcesi et Archi-Episcopatu-Bataricensi, ob liberam abdicationem Ludovici-Clementis Vielliard./.

Die 11. Martii, Josephus-Franciscus-Antonius Deslaco, Marchio d'Arcambal, pro diœcesi et Archi Episcopatu Tarragonensi, per obitum Nicolao-Renati, Allain/.

Die 5a. Julii; Franciscus-Josephus Le Seur, pro diœcesi et Episcopatu Spoletensi, per obitum Joannis Dufour/

Die eadem, Augustinus de Bourges, pro diœcesi et Episcopatu Eridentinensi, per obitum Pauli Ludovici Desormes du plessis/.

Die 12. Julii, Vranus-Antonius Vée, pro diœcesi et Episcopatu-Aeduensi, per obitum Sylvani Dufour/

Die 30. Julii, Joannes-Ludovicus Godron, pro diœcesi et Episcopatu Condomensi, per obitum Andreae-Angeli Charty-Brulé/

Ex Natione Gallicanâ.

Die 30. augusti, Joannes-Baptista-Antonius de Bretagne, pro diœcesi et Episcopatu Parmensi, ob liberam abdicationem Joannis-Marcellino-Charlier/

Die 6a. decembris, Joannes-Franciscus Rouget, pro diœcesi et Episcopatu foro=juliensi, ob obitum francisci de Peüille/

Die 10. decembris, Joannes-Baptista Le Cointre, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Bariensi, ob liberam demissionem Jacobi Varenne./

Ex Natione Picardicâ.

Die 29. Januarii, Joannes-Franciscus Binant, Pro diœcesi et Episcopatu Mid=delburgensi, ob liberam abdicationem francisci Baillet des Marais/

Die 24. novembris, Antonius-Josephus Hano, pro diœcesi et Episcopatu Bello=vacensi, per obitum Caroli-Josephi-Hano/

Ex Natione Normanicâ/

Die 3a. Septembris, Laurentius Le Cointre, pro diœcesi et Episcopatu Con=stantiensi, per liberam abdicationem Francisci-Justini Hallier/

Die 7a. Novembris, Joannes-Baptista Prieux, pro diœcesi et Episcopatu Bajo=censi, ob obitum Jacobi Sauvage/

Ex Natione Germanicâ/

Die 7a. Januarii, Joannes Jacobus Bacon de la chevalerie, pro diœcesi et Episcopatu Smolencensi, per obitum francisci Emeriti de Durfort de Sivrac/

Die 14. Januarii, Joannes Baptista Buin, pro diœcesi et Episcopatu Lubbe=nensi (Luden) per obitum alberti Francisci-Moquet./

Die 2. augusti, Claudius Vernet, pro diœcesi et Episcopatu Mindensi, ob liberam abdicationem Petri Sageon du plessis/

Die 3. augusti, Joannes-Christophorus Renault, pro diœcesi et Episcopatu Strigoniensi (Archi Epa) per liberam abdicationem-Simonis-Francisci le faucheur/

Die 22. Septembris, Jacobus-Nicolaus-Petrus Sebire de bois-labbé, pro diœcesi et Episcopatu Reginopolensi (Ratisbone) per obitum Petri-Josephi Guerin/

Die 28. octobris, Claudius-Philippus Gautheron, pro diœcesi et Episcopatu Bristoliensi, per obitum. Ludovici-Annæ Laya/

Die 9a. decembris, Joannes-Baptista Hannenne, pro diœcesi et Episcopatu Elgiensi (murray) per obitum Martini Chevalier/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Acta.

Commentarii, Conclusiones Universitatis Parisiensis per decursum

anni millesimi - Septingentesimi - Septuagesimi - quinti -

Anno dni millesimo - Septingentesimo - Septuagesimo - quinto, die Septimâ Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni. Quibus in Comitiis interfuerunt ipse amplissimus D. Rector M. Franciscus-Nicolaus Guerin; Decani, M. Joannes Certain, Theologiæ: M. Alexander-Ludovicus Thomassin, Jurium, M. alleaume, Medicinæ: Procuratores, M. Petrus Bitter, Galliæ: M. Henricus Le Vasseur, Picardiæ: M. Bellanger, Normaniæ: M. Sebastianus Le Loup, Germaniæ: Officiarii Majores, M. Josephus Mouton, Pro-Syndicus: M. Guido-Antonius Fourneau, Scriba; M. Franciscus Michael Le Bel, Quæstor. Cum verò gravi morbo decumberet V. C. M. Josephus Mouton; Ego Scriba, jubente Rectore, et annuentibus Decanis et Procuratoribus Syndici vices gessi/ 7. Jan.

1°. Supplicarunt, prò litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Geraldus Boutin, Presbyter Claromontensis, et Franciscus Petrus Chassery, Presbyter Andegavensis: jure verò Baccalaureatûs in Juridicâ Facultate et quinquennii, M. Hieronymus-Josephus de Recalde, Presbyter Tornacensis, de quibus retulit M. Guido-Antonius Fourneau, Syndici vices gerens, ac dixit, se vidisse, tùm eorum Litteras Magisterii et Baccalaureatûs, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit Sua præs. Supplicibus postulata concedi/

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta/.

3°. Lecta est ampla descriptio reparationum in Communitate San-Barbarano faciendarum, de quibus Placuit Architectum Universitatis D. le Camus priùs audiri quàm Statuatur illas fieri impensis Universitatis/

Et ita Conclusit ampl. Rector/. Guerin R.

Die martis decimâ ejusdem Mensis Januarii, amplissimus Rector, Sapientissimi Decani, et Ornatissimi Nationum Procuratores, cum Majoribus officiariis, solemni habitu, præeuntibus et clavas atratas gestantibus octonis Præclaræ artium Facultatis apparitoribus funus M. Josephi Mouton, Pro-Syndici, à Sacello Collegii Ludovicæi ad Ecclesiam Parœcialem S. Benedicti prosecuti sunt. Dum efferretur, sustinebant funereum velamen Professores Quatuor Emeriti. Poné sequebatur ingens Virorum academicorum numerus; inexpectatam mortem mœrentium Viri morum simplicitate spectatissimi, Græcâ litteraturâ ac Latinâ non mediocriter instructi, Academiæ amantis, ac de eâ præclarè meriti/ Guerin 10. Janu.

Fourneau
Scriba

28. Janu. Die vigesimâ octavâ ejusdem mensis Januarii, ampl. Rector et Præclarae artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad Memoriam Divi Caroli Magni celebrari solet in æde Navarricâ, ex institutione V. Clar. M. Cæsaris Ligustæ du Boullay. / Fourneau un-Scr.

30. Jan. Die trigesimâ ejusdem mensis Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos de more detulerunt minoribus Magistratibus / Fourneau

31 Janu. Die Martis trigesimâ primâ amplissimus Rector, Decani, Procuratores cum Singulis adjunctis, officiariis Majoribus, omnibusque apparitoribus, cereos detulerunt primum Illust.o Parisiensium Episcopo; inde Serenissimo Aurelianensium Duci; tum Singulis Supremarum Curiarum Principibus /. Fourneau Scriba Guerin R.

1. Febru. Anno Dni 1775. die primâ Februarii, iidem amplissimus Rector, Decani, Procuratores, adjuncti, officiarii Majores cum apparitoribus Varsalios se contulerunt. ibique cereos solemni pompa detulerunt Regi, Reginæ et Illustrissimo Regiorum Sigillorum Custodi. Apud Singulos Rector amplissimus Orationes habuit tempori convenientissimas, præsertim apud Regem, ubi visa est ejus oratio ex unanimi procerum admiratione, et Regi et augustissimo Comitatui mirum in modum placere. Respondit Rex augustus gratum sibi esse Religiosum hac obsequii pignus, ipsi commissam sibi Juventutem recte instituenti suum Patrocinium non esse defuturum; singulaque in eum benevolentiam tum ex vultu tum ex sensu ostendit /.

Antequam procederetur, exposuit ampl. Rector Novum Pro-Syndicum esse nominandum in locum M. Josephi Mouton, fato functi; simulque tentatus est gratum sibi foret, si ea provincia demandaretur P. C. M. Joanni Georgelet, Philosophiæ Professori Emerito, licentiato Theologo, viro procuratorio et censorio. Audito super eâ re M. Gaudone Antonio Fourneau, Syndici vices gerente, unanimi consensu Placuit P. C. M. Joannem Georgelet, Syndici vices gerere, donec Rector futurus et M. Franciscus Nicolaus Guerin. Et statim accitus M. Joannes Georgelet, sacramentum dixit, coram Tribunali Academico, inter manus amplissimi Rectoris. Fourneau Scriba Guerin R.

3. Feb. Die tertiâ Februarii, horâ decimâ matutinâ, amplissimus Rector, et Præclara Artium facultas de more interfuerunt solemni sacro quod pervagi solet apud Dominicanos, pro Magistris Academicis vitâ functis /. Fourneau Scriba

4. Febr. Anno Dni 1776, die quartâ Februarii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni /.

1.o Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii M.M. Quintinus Franciscus de Villers, Diaconus Noviomensis; Petrus Nicolaus Boulingt, Diaconus Rothomagensis; Joannes Maria Daniel, Presbyter Bellovacus; Henricus Sevrier, Presbyter Claromontensis; et Petrus Philippus Le Genore, Diaconus Ambianensis: Jure vero Baccalaureatûs in Juridicâ facultate et quinquennii M. Joannes Baptista Gouthon de la Fore, Presbyter Bolonensis; de quibus retulit M. Joannes Georgelet, Pro-Syndicus, se vidisse tum eorum litteras sive Magisterii in artibus, sive Baccalaureatûs in utroque Jure, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis rite confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil deprehendi. Audito Clarissimo Pro-Syndico, Placet sic præfatis Supplicibus portulata concedi /.

GEN. DE PARIS

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta/

3° Lecta et approbata est pro anno præsenti 1775, Tabula Virorum academicorum qui singulis annis tributum Viritim impositum apud Urbis Basilicam solvere tenentur, (Gallicè La Capitation)/.

4° Quòd, defuncto Ludovico XV°, feriæ Ludovicææ in diem februarii decimum quintum, quo natus erat, institutæ, in aliud tempus remittendæ sint; Lectum est super eâ re Mandatum Rectoris, et ab omnibus approbatum; illud que Placuit typis mandari, distribui, ac deinceps servari./.

5° Quòd exposuit generalis Universitatis Quæstor Virum honestum hum Hot, Librarium, domûs Academicæ in viâ San Jacobæâ sitæ inquilinum accedere ad eam de novo conducendam; eodem conductionis pretio quo annis superioribus. Audito super eâ re M. Joanne Georget Pro-Syndico, visum est conductionis novæ conditionem propositam esse accipiendam./

6° Placuit fieri potestatem Nuntiis Majoribus accedendi ad Causam pendentem in Curiâ Electorum ad Tributa describenda, gallicè L'élection; de immunitatibus quæ Nuntiis Majoribus à Regibus nostris concessæ sunt./

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est.

Guerin R.

Mandatum Rectoris.

Nos Franciscus Nicolaus Guerin, Universi Studii Parisiensis Rector, omnibus Gymnasiarchis, Professoribus et Scholaribus Academicis Salutem./.

Admonet Nos proximus hujus mensis Februarii dies decimus quintus ferias Ludovicæas publicâ autoritate ante aliquot annos institutas, eâdem nunc autoritate in aliud tempus remittendas esse, donec, consultis ordinibus, Statutum fuerit, quo die Ludovici XVI. nunc feliciter imperantis natalitia, quæ in inducias Augustales incidunt, ab academicâ Juventute quotannis celebrandæ sint./.

Itaque, Mandamus, ut dies hujus mensis Februarii decimus quintus in posterum Legibilis habeatur: ita tamen ut Gymnasiarchæ qui sunt è gremio Præclaræ Facultatis, et Professores ejusdem Præclaræ Facultatis, tam actu docentes, quàm Emeriti, qui per annos viginti docuerunt, horâ ejusdem diei decimâ matutinâ cum amplissimo Rectore et Ornatissimis Procuratoribus interesse possint in sacello Collegii harcuriani, ubi fiet solemne sacrum, quod Vir Clarissimus M. Ludovicus Sauvage, Venerandæ Nationis Decanus, testamento suo anniversarium instituit, ad gratias Summo Numini peragendas ob concessum Galliæ Regem gloriosæ Memoriæ Ludovicum XV./.

Datum de Consilii nostri sententiâ, in ædibus nostris Ludovicæis, die Mercurii octavâ mensis februarii, anno 1775/.

J. Fourneau

Februario — Martio —

16. feb. Anno dni 1775, die decimâ sextâ Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis ad Concursum, in Collegio Ludovici Magni.

1° indicta est dies octava mensis aprilis proximé imminentis ad Solemnem Concursûs instaurationem./

2° appellatis Doctorum in artibus ad Singulos ordines aggregatorum, Parisiisque degentium nominibus, compertum esto, Loca ad proximum Concursum vacua esse

3° designati sunt pro singulis tribus ordinibus duodecim Magistri, inter quos proximi Concursûs arbitri seligantur ab Illust. Senatûs Principe, et Illust. Viris Regiis, de Consilio Rectoris./

Pro primo Philosophorum, MM. Basset, Turquet, Mazeas, Vallé, Magdonock, Duval, Delneuf, Gagnot, Capin, Beguin, Billard, Le Grand./

Pro Secundo Rhetorum, MM. Lallemand, Lambert, Furgault, Quervelle, Le Bel, Maltor, Gardin, Louvel, Jacquin, d'arragon, Le Vasseur, Noguette./

Pro tertio Grammaticorum, MM. Sencier, Vray, dair Major, Maupas, S.t Joirre, Sanson, Binel, Guyot, Boutillier, Dupont, Cahours, Wallet./

Et ita ab ampl.° Rectore conclusum est./ Guerin R.

20. feb. Anno dni 1775, die vigesimâ Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni, de rebus choletæis./

Quòd exposuit generalis Quæstor in domibus choletæis esse quædam opera, quæ inquilinus earum generalis postulat in iis partim refici, partim de integro fieri: postquàm earum descriptio Lecta est, Nominati sunt S. C. MM. Gaudet et Meignent, qui cum M. Le Bel Quæstore, et D. Le Camus, Universitatis Architecto rem expendant, ac de eâ ad Tribunal de re choletæâ institutum referant./

Et ita ab ampl.° Rectore conclusum est/ Guerin R.

4. Mart. Anno dni 1775, die quartâ mensis Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/ Quibus in Comitiis Primùm adfuit Edmundus Martin, Novus Jurium Decanus/.

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes Baptista Franciscus de la Martine, Diaconus Matisconæus: Petrus hiacynthus desmonts, Presbyter Constantiensis; Antonius Josephus de Savoye, acolythus Ambianensis; Joannes Baptista Coquet, Diaconus Lingonensis; Henricus Philippus Ermés, de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat, legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit, Sua præf. Supplicibus postulata concedi/

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et Statuta/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

3°. Supplicavit M. Ludovicus fontaine de S. freville, Cenomanensis, prò Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis: Audito Prohyndico nominati sunt ornat. Picardiæ et Normaniæ Procuratores, qui de supplicis vitâ, moribus ac peritiâ inquirant, ac referant/.

4°. Quòd dictum est Serenissimum Atrebatum Comitem, die Martis proximâ hujusque mensis Septimâ Urbem solemni pompâ esse intraturum; atque Universitatis Salutationem, Regiâ benignitate excepturum, reclusis Rhedæ foribus: Audito M. Joanne Georgel, Pro-hyndico, Placuit 1°. Mandatum Rectoris hanc in rem ad valvas affigi. 2°. ad Curulem portam Collegii Ludovici Magni ab amplissimo Rectore salutationem fieri; comitantibus Decanis, Procuratoribus, officiariis Majoribus, et duobus apparitoribus qui ampl°. Rectori deserviunt/

5°. ad diem hujus mensis decimum-Septimam, indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes/

Et ita ab ampl°. Rectore conclusum est/

Guerin R.

Mandatum Rectoris

Nos franciscus-Nicolaus Guerin, Univ^si. Studii Parisiensis Rector, Omnibus Acad^æ. Nostræ Doctoribus, Magistris et Scholaribus, Salutem./.

Post trina Regiorum Regiarumque Principum hæc Mœnia primùm solemni apparatu intrantium, edita nuper Spectacula, restabat, ut Seren^um. Atrebatum Comitem hùc similis etiam pompa deduceret; ne qua pars esset Regiæ familiæ, quæ non optimis Urbis Reginæ Civibus nosceretur, vel quæ ab iis innati in suos Principes Studii cultûsque certa pignora non haberet./.

Dilatam hactenùs continuatâ impedimentorum varietate lætitiam oculis usurpatura tandem est Nostra Lutetia, annuente scilicet Ludovico, ut Civium, ita fratrum amantissimo. Etsi enim Principem Carissimum jàm alias vidimus, præsertim cùm quatuor antè mensibus dignissimam Curiam Regio nomine restitueret, nondùm tamen Is ad Nos eo ritu processerat, quo solent illius sortis Principes populis se ab aris connubialibus ostendere. Venit itaque dudùm expectatus, neque justas Deo grates prò Beatissimo Conjugio, tenerasque prò Serenissimâ Conjuge, quam felix cogit abesse causa, preces ultrà differre sustinet. Venit et ipse impatiens moræ, Longamque, nisi se amor noster decipit, increpitat viam./

Sed jam apropinquare, imò jam adesse nuntiant Lætum resonantia festorum dierum tonitrua; nuntiant convolantes ad Portas ex omni parte Cives, quasi indicto certamine, quis primus optatos vultus aspiciat, quis primus ingredienti Salutem faustis acclamationibus apprecetur./.

At in ipso per mediam Urbem incessu quis publicam alacritatem descripserit? ut in Juvene Principe adultam frontis Borboniæ Majestatem decoramque corporis

proceritatem demirantur! Jam de ipso et de absente Conjuge qui Sermones, quae vota! Ita vestros Principes amatis Gallica Pectora! hanc illis perspectae in Vos caritatis vicem rependitis!

Atque ista passim per immensam Civitatem, sed nullibi tamen, quam in illis Sanctissimae Patronae collibus in Nostro Latio ferventius, ubi numerosa Studiosae Juventutis examina placidis Licaeorum Secessibus inclusa aegre se speratâ voluptate defraudari patiantur. Fruantur sane jucundissimae dici libertate: fruantur amore quem alicimus, quem fovemus. Videant Principem, qui Musarum castris, quae nunc sequuntur, nuper egressus, statim se tradidit in disciplinam Marti, et brevi Veteranis antiquissimorum et fidelissimorum Sociorum ducibus natum ad omnes militaris industriae partes ingenium approbavit. Videant quem olim ad praeclaros illos Bellonae Ludos, ad pericula, ad Victoriam, quoties Patria jusserit, pars magna, secuturi sunt./

Itaque Mandamus, ut die Martis integro, hujus mensis Septimo, honestae jucunditati Juventus Academica permittatur, ita ut nihil de solitis feriis detrahatur./

Datum de Consilii Nostri sententiâ, in aedibus Nostri Ludovici Magni, die Mensis Martii Sexto, anno 1775./

Fourneau
un. Scriba

7. Martii Die Martis Septimâ ejusdem Mensis Martii, amplissimus Rector cum Sap. Decanis, Ornat. Procuratoribus, officiariis Majoribus, et duobus Germanicae Nationis suae apparitoribus, in Majori habitu, Serenissimum Atrebatum Comitem, à Basilicâ B. Mariae ad aedes Deo Sacras sub invocatione S. Genovefae solemni pompa progredientem, Universitatis nomine salutavit, ad portam Curulem Collegii Ludovicaei. Orationem habuit Rector brevem sed elegantissimam et Personae aptissimam, quam quidquid aulicorum fuit, ac praesertim Augustus Princeps mirum in modum visi sunt approbare. Salutationem sic sibi placere tum vultu tum sensu ostendit, Jussitque Juventutem Academicam repetitis etiam atque etiam acclamationibus applaudentem per sex dies honestae jucunditati permitti./

Fourneau
un. Scriba

Guer

14 Mar. Anno dni 1775. die decimâ quartâ mensis Martii, horâ Septimâ matutinâ, feriâ tertiâ Secundae hebdomadae Quadragesimalis, habita sunt, pro more antiquo, generalia Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici-Magni, ad aperiendum nominationum rotulum. Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Placuit aperiri nominationum rotulum, pro more Majorum./

Absente M. Paulo Hamelin, Universitatis Bibliothecario, Primariatum Flexiensem Agentem Jussu Regis, neque rationes accepti et expensi pro Bibliothecâ Academicâ redditae sunt; neque Catalogus Librorum sive emptorum, sive emendorum exhibitus: Audito verò Pro-Syndico, Placuit utrumque remitti ad tempus quo M. Hamelin redierit./

Inde processum est ad aulam Tribunalis Academici, ubi a M. Michaele Francisco Le Bel, Quaestore, redditae sunt Lectae et approbatae rationes accepti et expensi per decursum anni 1774. ad Solemnem Praemiorum Academicorum distributionem; ita ut summa expensorum major esset expensis, uno denario, cum octo assibus, pro libellis ducentis et octo./

Guerin R./

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1775, die decima septima Martii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Universitatis, ad sacras supplicationes / 17. Mart.

Primum in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Claudius-Carolus de Nettancourt, Subdiaconus Tullensis, et Petrus Dufour, Presbyter Matisconæus; jure verò Baccalaureatûs in Juridicâ Facultate, M. Joannes Seguin, Presbyter Claromontensis; de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, placuit sua præs. supplicibus postulata concedi /.

Deinde Sacramentum Universitati dixit Dominicus Cornu, filius, à patre deductus ac præsentatus, recens electus ad officium Papetarii vacans per abdicationem honesti viri Trioultier, ultimi illius possessoris pacifici /.

Tum itum est in Comitium, ubi postquam peroravit ampl. Rector, singuli ordines declararunt rata se et grata habere quæcumque gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras Commendatitias decernere; amplumque polliciti sunt Comitatum rité procedenti ad ædem Deo sacram, sub invocatione S. Germani-Veteris. /

Ibi Pontificem egit M. Le Cordier, Doctor Theologus, Ecclesiæ Pastor. Orationem habuit ad populum M. La hogue, itidem Doct. Theologus, Socius et Professor Sorbonicus: Eucharisticum ad Pontificem M. aubry, Grammaticæ Professor in Lexovæo /.

Guerin R. /

Anno dni 1775, die decimâ-octavâ Martii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium Facultatis, ad res choletæas, in Collegio Ludovici Magni. Ibi auditâ relatione MM. Gaudet et Le Meignen, quibus hæc provincia demandata fuit ut expenderent opera quæ domorum choletæarum in quilinus generalis postulat sive refici, sive de integro fieri, adhibitis in consilium Quæstore Universitatis generali et ipsius Architecto; visum est 1° descriptionem dictorum operum à Deputatis factam approbari. Cujus quidem pretium ad mille circiter libellas redactum est. 2° diem decimum-quintum aprilis indici, quo Quæstor cum M. Labatut ex jure agat, nisi statutam ex instrumento conductionis summam persolverit.

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est /.

Guerin R.

Anno dni 1775, die vigesimâ-quartâ Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Præclaræ artium Facultatis. / 24. Martii

Post habitam ab ampl° Rectore orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi, Petrus-Romanus Clouet, Presbyter Constantiensis, propter visûs infirmitatem, quam scripto testatur M. Barbeu Dubourg, Doctor Medicus Parisiensis: Petrus Christophorus Peyre, clericus Cabillonæus, ob frequentes æquè ac vehementes capitis dolores, quos scripto testatur M. Bordeu, Doctor Medicus Parisiensis Clouet Peyre

Martio

Tessier. Severin de Leyris desponchés de fourcroy Damiens de Nettancourt Michel

Petrus Tessier, Aginnensis; ob respirandi difficultatem ab incuntibus scholis, testante M. Donglée, Doctore Medico Parisiensi; Joannes Severin, Turonensis, ob morbum Thoracicum, quem testatur M. Vicq. d'azir, Doctor Medicus Parisiensis; et Josephus-Paulus de Leyris desponchés, clericus alerianus; ob videndi difficultatem, testante M. Paulet, Doctore Medico Parisiensi: Antonius Franciscus de fourcroy, Parisinus, ut ne sibi noceat, quod gravi morbo impeditus nomen suum in Posteriore Physicorum Catalogo non inscripserit, testante M. Lallouette, Doctore Medico Parisiensi: Joannes-Jacobus Damiens, Presbyter ambianensis, ut loco fleuricourt scribatur Damiens tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii artium: Josephus-Claudius-Carolus de Nettancourt, Subdiaconus Tullensis, ut omissum utrumque praenomen Claudius et Carolus in Catalogis restituantur: Denique Guillelmus Michel, Trevirensis, ut biennium Remis rité confectum sibi pro uno anno computetur/

Deinde Lecta est Tabula Virorum academicorum quos Illust. Senatus Princeps et Viri Regii selegerunt in arbitros proximi concursus./

Audito de Supplicibus M. Georget, Pro-Syndico, ampl. Rector dimisit Nationes ut deliberarent, de Supplicibus, Quatuor-Viris, et ratihabitione eorum quae gessit./

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornat. Procuratores retulerunt à se 1° rata et grata habere, quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decerni. 2° indulgeri Supplicibus. 3° confirmari Quatuor-Viros mane electos, nimirum, pro honorandâ, M. Furgault, Professorem Emeritum; pro fidelissimâ M. Capin, Philosophiae Professorem; pro venerandâ. Mgrum Boullanger, Exprocuratorem; pro Constantissimâ, M. Caroll, Baccalaureum Theologum./

Quatuor-viri praestito, inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Mag. Caroll retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro Amplissimo Dom. D. Francisco-Nicolao Guerin./

Quae prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata, approbata et confirmata fuit./

Et ita conclusit ampl. Rector

Guerin R./

Liste des Juges du Concours.

Premiere classe Pour La Philosophie. MM. Turquet, Mazeas, Vallé Macdonogh, Duval, Billard./

Seconde classe, Pour La Rhetorique, seconde et Troisieme MM. Lambert, Furgault, Quervelle, Le Bel, Maltor, Darragon./

Troisieme classe Pour la Grammaire-Quatrieme, Cinquieme, Sixieme - MM. Dair Major, Maupas, St. Joire, Sanson, Gayot, Binet./

Fait à L'hotel de Monsieur Le Premier Président Le treize Mars mil sept cent soixante quinze. Signé Dalegre, Seguier, Joly de fleury, Barentin./

Fourneau
un. Scribe

Anno dni 1775, die vigesima septima Martii, habita sunt Comitia Deputatorum et arbitrorum ad Concursum, in Collegio Ludovici-Magni. 27. Martii

1°. retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, sistere se septem supplices ad proximum concursum nimirum, pro primo ordine, M. Benedictum Rollet, Presb. Matisconensem, Licent. Theologum, et M. Paulum-Joannem-Philippum Clement, Presbyterum Constantiensem; pro secundo Rhetorum: M. Joannem-Bapt. Victorem Le Bon, Parisinum; et M. Joannem-Bapt. Thomas, Trecaeum: pro tertio Grammaticorum, M. Joannem-Stephanum Riche, Subdiaconum ambiansem M. Joannem-Bapt. Poulain, clericum ambianensem: et M. Jacobum Fariau, clericum Blesaeum.

2°. Nominati sunt, qui de Candidatorum vitâ, moribus et doctrinâ inquirant, pro primo ordine, MM. Turquet et Vallé: pro secundo, MM. Quervelle et d'Arragon: pro tertio, MM. Maupas et St. Joirre.

Et ita conclusit ampl. Rector.

Anno dni 1775, die primâ aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni. 1. Aprilis

1°. Supplicavit pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Jacobus Damiens, Presb. ambianensis; de quo retulit M. Georget, Pro-Syndicus, nihil in instrumentis ab illo prolatis desiderari. Quo audito, Placuit suum praef. supplici postulatum concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Nominati sunt viri Clar. MM. Le Vasseur, Picardiae Procurator, et Le Roy, Professor Emeritus, qui expendant opus novum à M. Hurtault Paedagogorum Academicorum agente conscriptum, cuius titulus est, Dictionnaire des Mots homonimes de la Langue Françoise.

4°. Quod V. C. M. Boutillier Magnas Geographiae cartas ad usum Scholarum adornavit, simulque edere parat opus novum, cui titulus est, Abrégé Methodique de Geographie; atque hanc in rem Operis Prospectum, ut aiunt, si ita Universitati visum fuerit: Nominati sunt V. C. MM. Maltor et Lhomond, qui prospectum praef. expendant, ac de eo ad Tribunal academicum referant.

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est. Guerin R.

Anno dni 1775, die Lunae tertiâ aprilis, habita sunt Comitia Deputatorum et arbitrorum ad Concursum, in Collegio Ludovici Magni. 3. Aprilis

Auditâ relatione Deputatorum ad inquirendum de vitâ, moribus et doctrinâ Candidatorum ad singulos aggregationis ordines hoc anno se sistentium: Placuit omnes et singulos Candidatos, de quibus retulit M. Joannes-Georget, Pro-Syndicus, superioribus in Comitiis, admitti. Et ita conclusit ampl. Rector. Guerin R.

Aprili.

8. Aprilis. Anno dni 1775. die octavâ aprilis, congregata est Praeclara artium facultas, in Collegio Ludovici-Magni, ad aperiendum concursum/.

Primùm Rector, Procuratores, officiarii Majores, Deputati Nationum et selecti concursus arbitri cum omnibus Praeclarae artium facultatis apparitoribus interfuerunt solemni sacro, quod in sacello Collegii Ludovici Magni celebratum est./.

Inde ad aulam academicam processum est, ubi praesente et annuente Praeclarâ artium facultate, Orationem habuit M. Curt, Doctor aggregatus ad primum ordinem: Carmen verò Latinè recitaverunt, alter M. Tillaux, Doctor aggregatus ad tertium ordinem, alter M. Chivot, Doctor aggregatus ad secundum./.

Posteà M. Joannes Georget retulit de Candidatis qui se sistunt ad Concursum: Ego verò scriba eorum nomina recitavi, hoc ordine/.

Nomina et Ordo

Magistrorum in artibus ad singulos agg.s ordines contendentium anno 1775

ad Primum ordinem./.

M. Bened. Rollet, Presb. Matisconensis, Licent. Theol; immunis ab utraq; post exercitatione, quod quintum inter Theol. Licentiatos locum obtinuit/

M. Paulus-Joan-Phil. Clement, Presb. Const.tis, Bac Theologus/

ad Secundum Ordinem./.

M. Joannes Bap. Victor Le Bon, Parisinus.

M. Joan-Bapt. Jacobus Thomas, Trecaeus

ad Tertium ordinem

M. Joan. Steph. Riche, Subd. ambianensis/

M. Joan-Bapt. Poulain, cler. ambianensis/

M. Jacobus Fariau; clericus Blesaeus/

Demùm, recitatis arbitrorum nominibus, praestitoque ab illis sacramento qui anteà non praestiterunt, distributus est Candidatorum indiculus. Et sic soluta sunt Comitia/.

Fourneau un. scriba Guerin R/

25. Apr. Anno dni 1775, die vigesimâ quintâ aprilis, horâ septimâ matutinâ, in Collegio Ludovici Magni celebrata fuit Synodus Academica./

Post habitam ab ampl. Rectore Orationem plenam gravitatis et Religionis, omnes qui beneficia ex Collatione vel nominatione Universitatis possident hoc ordine appellati sunt

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Joannes-Franc. de La Roue, Doctor Theol., Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Cosmae et Damiani/.

M. Petrus-Guillelmus Le Cordier, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Germani Veteris.

M. Joannes-Antonius Armand, Licentiatus in Utroque Jure, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Andreae ab arcubus, inter Majores Beneficiarios ultimò nominatus, recurrentibus Juridicae facultatis vicibus/

Fourneau

Capellani

M. Nicolaus Louvel, Doctor Theologus, Provisor ac Primarius harcurianus, Capellanie B. Marie in Ecclesiâ Parochiali S. Andree ab arcubus /.

Capellaniarum Savoesianarum.

M. antonius Le clerc, Baccalaureus Theologus /

M. antonius Vicaire, antiquus Rector. /

M. Josephus S.t Joirre, Profestor Emeritus. /.

M. Bertrandus Dupuy, Bac. Theol. inter minores Beneficiarios ultimò nominatus, recurrentibus Medicorum viribus /

Capellaniarum de Castelleto

M. Julianus chabrun, Bac. Theologus /.

M. alcymus Lottin, Doctor in utroque Jure.

M. Petrus Durand, in artibus Magister. /

Capellaniarum de Thesauro Regio

M. Petrancus de Montchablon, Pastor in diœcesi Catalaunensi /

M. Carolus Lalourcey, clericus Senonensis /.

Inter eos non comparuerunt MM. armand, Leclerc, Vicaire, S.t Joirre, Durand, Montchablon et Lalourcey, à Synodo excusati Nunc MM. armand, Monichablon et Lalourcey; ab aliis nulla absentiæ excusatione datâ. Ac ad deliberandum propositâ; audito Pro-syndico, Laudati sunt qui se stitere presentes Beneficiarii, inprimis Pastores Ecclesiarum Parochialium: excusati qui absentiæ causam habuerunt justam; ceteri solito de more mulctati /.

Eisdem in Comitiis Nuntiatum est è vivis excessisse Virum singularis modestiæ ac eruditionis M. Stephanum Goarlin, unum è Capellanis Savoesianis; adeòque vius recurrere honorandæ Gallorum nationis /.

Præterea, Lectus est Libellus Memorialis à M. Carolo Lalourcey adornatus, quo constat unam è Capellaniis sive de Castelleto, sive de Thesauro Regio nunc esse sine reditu; Audito super eâ re M. Joanne Georget, Pro-syndico, Placuit omnibus quorum ex re fuerit, Universitatis Nomine declarari, ab institu institutas et fundatas esse tres Capellanias de Castelleto, duas verò de Thesauro Regio. 2.o Seriem dictorum Capellanorum in Commentariis continuatam sine interruptione contineri. &.o - Libellum Memorialem M. Caroli Lalourcey in Tabulario Universitatis servari /

Et ita ab ampl.o Rectore conclusum est /.

Anno Dni 1775, die sextâ mensis, Maii, habitâ Aulâ Comitio ordinario Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni. 6. Maii

1.o Supplicarunt, pro litteris Nominationis, juxta Magisterii artium et quinquennii MM. Jacobus-Franciscus Soustel Meny, Presbyter Sagiensis; et Nicolaus Nicolas, Presbyter Sagiensis; de quibus retulit M. Joannes Georget,

Maio.

Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit suum utrique supplici postulatum concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Accesserunt duo supplices in artibus Magistri Steph. Toquet, Doctor-Aggregatus ad tertium ordinem, et Joan. Lau-cochet, Suessionensis; qui postularunt licere sibi Paedagogium in hac urbe sub clientelâ Universitatis aperire. Nominati sunt Ornatissimi Galliae et Normaniae Procuratores qui dictorum titulis, moribus et peritiâ perquirant et ad proxima Comitia referant.

4°. Quod M. Hurtault, Paedagogorum Academicorum agens, ut Conclusio Tribunalis Academici Lata die Februarii 1773 in gratiam pauperum Magistrorum, in tabulas supremi Senatûs referatur: Audito super ea re Pro-Syndico, Placuit ejus supplicationi annui, adeoque scribae mandari, ut praedictam conclusionem, Universitatis nomine, in tabulas supremi Senatus referri curet.

Et ita ab ampl°. Rectore conclusum est. Guerin R.

20. Mart.

Anno Dni 1775, die vigesimâ Martii, congregata est praeclara artium facultas in Collegio Ludovici Magni, ad claudendum Concursum.

Primum, celebratum est in Sacello dicti Collegii solemne sacrum, Cantatusque hymnus Eucharisticus.

Deinde itum est in Comitium, ubi, post habitam Orationem Latinam à M. Curt, Doctore Primi ordinis aggregato; Carmenque Latinè recitatum à M. Tillaux Doctore aggregato ad tertium ordine, Novi Doctores aggregati à me scribâ appellati sunt, hoc ordine,

Nomina
Doctorum in artibus-Aggregatorum
die 20. Maii anni 1775

Ad primum ordinem.

M. Benedictus Rollet, Presb. Matisconensis, Licentiatus Theologus.

M. Paulus-Jacobus-Philippus Clement, Presb. Constantiensis, Bac. Theol.

Ad Tertium ordinem.

M. Jacobus-Stephanus Riche, Subd. ambianensis.

M. Jacobus Fariau, clericus Blesaeus.

M. Nicolaus-Renatus Poulain, clericus ambianensis.

Appellatis Novorum aggregatorum Nominibus, distributus est de more ab apparitoribus eorumdem indiculus.

Et sic soluta sunt Comitia.

Fourneau
un. Scriba

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno Dni 1775, die vigesimo Septimo Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis, ob proximam Regis Consecrationem. Absente M. Joanne Georget, vices Pro-Syndici gessit M. Guido antonius Fourneau/ 27. Maii

Primum, Dictum est eadem his in circumstantiis esse peragenda, quae anno 1725 observata sunt, cum Remis inauguratus est Ludovicus XV./

Deinde, Lectis Commentariis; Audito Pro-Syndico, Visum est 1.° dato ab amplissimo Rectore preces in Singulis domibus academicis instituì. 2.° Ordinarias Universitatis Supplicationes ritu extra-ordinario celebrari die 19. mensis junii; in illis gratias agi immortales Deo Optimo-Maximo, ob Concessum Galliae Regem bonum; cantari que hymnum Eucharisticum Te Deum. atque hanc in rem eligi aedem Deo sacram sub invocatione Sancti Ludovici in Insulâ./

Iisdem in Comitiis Lecta est relatio MM. Maltor et L'homond de Cartis Majoribus Geographicis ad Usum Scholarum, à M. Boutillier Propositis: audito que Pro-Syndico, dictum est illas fore valdè utiles tùm Litteris, tum academicae juventutis institutioni/

Et ita ab ampl.° Rectore conclusum est/

Guerin R.

Anno Dni 1775, die tertiâ Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Universitatis ordinaria/ 3. Junii.

1.° Supplicavit, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Claudius-Ludovicus-Joannes-Baptista de Godefroy de Bassegan, Presbyter Constantiensis; de eo retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; Audito Pro-Syndico, Placuit suum praef. Supplici postulatum concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3.° Auditâ relatione Ornat. Galliae et Normaniae Procuratorum, de vitâ, moribus et peritiâ M. Stephani Toquet, Doctoris aggregati ad tertium ordinem: Auditis que M. hurtault, Paedagogorum agente, et M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Placuit, fieri potestatem M. Toquet aperiendi hac in urbe Paedagogii sub nomine et clientelâ Universitatis/

4.° Quoniam proximae Supplicationis, propter sacram Ludovici XVI. inaugurationem, extra-ordinario ritu celebrandae sunt, die 19. hujus mensis, In Ecclesia Parochiali S. Ludovici in Insulâ; Resque academica est in meliori statu, Placuit, ita requirente Sapientissimo Medicinae Decano, ordinis sui nomine ac jussu, ut plures ad Supplicationem invitentur, Singulis viris academicis, qui Supplicationibus aderunt, erogari viginti ~~assium sport~~ quatuor assium sportulam ex aerario Universitatis/

Et ita conclusit ampl. Rector/

Guerin R./

Junio ———

Mandatum Rectoris.
Pro Consecratione Regis

Nos Franciscus Nicolaus Querin, Universi Studii Parisiensis Rector, omnibus ac singulis tum Collegiorum Gymnasiarchis ac Professoribus, tum Scholagogiorum Præfectis ac Magistris, Salutem./.

Instat propediem eventus ingens, ad quem in omnibus Orbis Christiani Regnis quidquam tamen, quam in nostrâ Gallia solent ardentius aspirare vota Populorum quoties Sceptrum à Principe ad Principem Summi Regum Dominatoris decreta transferunt. Etsi enim in eâ Gente, ubi à primâ origine Reges nascuntur, in stitutum Successionis Ordinem nullo sive externa, sive domestica, vis potest intercipere; totumque plena Suprema Potestatis possessio ad proximum Hæredem plena jure devolvitur, inveteravit tamen in animis ab omni ætate constans opinio, quâ ipsi quoque Religioni suæ in Regum inauguratione partes devolvuntur. Si minus ad Imperii vim, certè ne quid omninò Regum Personæ desit ad Venerationem; postquam Illos Deus, præscriptâ à Se Ipso consecratione, suos in terris Legatos, suas Imagines agnoverit./.

Est enim illos Reges conservandi mos, non ab arte Politicâ, sed à Ipso Numine primùm, ut nemo nescit, institutus; qui quidem per multa deinde sæcula obliteratus, tandem apud Victores illos Gallarum Romanorumque Francos, Majores nostros, revixit; divinæ apud nos Religionis antiquitate coævus. Idem enimverò, si attendimus, idem dies Clodovæum ad Christianas Aras abluendum Sacris fontibus admovit, et Sanctissimo Chrismate Regem perunxit: ita ut, quoties ad eandem unctionem accedunt novi Principes; totiès exortus Patribus nostris Beatissimæ fidei, tanquam novæ Lucis, Solemnitas instauranda videatur. Inde totius Gentis experrecta ad tantam celebritatem, quoties recurrit, alacritas: inde accensa hodiè maximè Studia Populorum, dum sperant, ex consecratione, quæ tot antè Principes Deo probatos et hominibus huic Regno protulit, non posse Regum naturâ jam eximium novâ gratiarum cœlestium accessione non optimum evadere./.

Et verò qualem revera rarum ad nos credimus, quem profectò concipiunt tot spes hinc tempore concepto; imò tot jam collata in suos merita deducunt? Qui, ex quo Solium conscendit, magnum novumque se præbuit autor totique Genti Spectaculum, Juvenis, in quo civi Privato, sive Principe, nihil non ætatis perfectæ suspicias: Luxûs, Voluptatumque contemptor: Morum vindex, ordinis assertor, Virtutum fautor constantissimus, Religionis Cultor, Patronus, Exemplum: soli vitio metuendus; quòd sceptri jus præcipuum non in licentiâ potestatis, non in profundendi perdendique libidine, sed in impositâ assidui laboris, et omnibus consulendi necessitate constituit: qui Regnum à Beneficiis non unius generis auspicatus, ita dictis hactenùs dicta continuavit, ut, in quibus licuit, nullum non aliquid ex priscis oneribus detraxerit: quo non alium denique commemorat historia, tam arcto Principatûs, inventâ spatio plura paterni in suos animi pignora indulsisse. Talis Remenses ad aras properat Ludovicus, novis se in nostram felicitatem sacramentis obstricturus, et novum inde sibi nobisque à Summo Numine patrocinium relaturus./.

Dum autem in Augustæ festivitatis apparatum omnia veterum Regum ornamenta comportantur, dum tota justis gaudiis exultat Gallia, passimque fervent vice Popularium atque exterorum multitudine confluentium: Nos interim Gallî, Nos avitæ in Nostros Principes fidei nunquam immemores, sequamur saltem animo Regem: et, quæ solâ

GEN. DE PARIS

possumus, cogitatione præsentes votis Deum exoremus, ne in steriles ostentationis fumos abeat illustris pompa, sed in solidos verosque pro Regio Capite totâque Gente fructus exuberet. Regnet Ludovicus suorum amore, obsequio, concordiâ, temporumque tranquillitate felix: Tribuat ei Dominus secundum cor ejus: præveniat eum in Benedictionibus dulcedinis, tribuat ei longitudinem dierum: ut illius humanitate, sapientiâ cæterisque virtutibus præsens ætas et postera quam diutissimè perfruatur/

Quamobrem omnibus Collegiorum Gymnasiarchis ac Professoribus Mandamus ut die hujus mensis undecimo suis in Sacellis inter Missarum solemnia orationes pro Rege fundi solitas studiosiùs recitari curent, ac deinde vesperè preces eo ritu celebrari, quem præscripsit Illus. archi-Episcopus: in Pædagogiis verò, ubi non est sacellum, manè et vesperè recitari psalmum Exaudiat, cum tribus orationibus ab Illust. Archiep.° pariter designatis./

Deinde præter ferias San-Dionysiacas, quæ in diem Lunæ hujus mensis 12.um incidunt, Volumus, diem Martis sequentem adjici, quo academica Juventus honestæ jucunditati indulgeat/

Denique cum propter Indicias autumnales non possit Natalitius Regis dies indictâ scholarum vacatione, pro more celebrari, statuimus in posterum ab omni publicè docendi et discendi munere Liberum fore undecimum Junii mensis diem, ut possint alumni nostri Utrumque Nati et consecrati Ludovici XVI. beneficium piè et hilariter quotannis celebrare./

Datum, de Consilii Nostri sententiâ, in ædibus nostris Ludovici Magni, die mensis Junii septimo, anno 1775./

Alterum Mandatum Rectoris

Supplicationes Univ.tis Studiorum

Nos Franciscus Nicolaus Guerin, Universi Studii Parisiensis Rector, omnibus ordinibus Academicis Salutem/

Exultat voti compos Gallia. Inter faustos Procerum Civiumque plausus, ac fluentes præ gaudio et amore infinitæ adstantium multitudinis Lacrimas, Sacram divini Chrismatis unctionem excepit Ludovicus. Recentem optatissimi eventûs Lætitiam homines sensere: sensit ipsa etiam Terra, Cælo in augurium futuræ felicitatis favente, et mutatâ de repente aëris siccitate. Nobis ijitur in tam auspicato rerum cardine quid jam superest, nisi ut cæleste beneficium, quod privatis intrà Domos Academicas precibus à Deo O. M. efflagitandum, edicto nuper mandato, curavimus, nunc publicè, pro more, pietatis significatione celebremus?

Itaque omnib. et sing. nostræ Univ.tis Doct. Mag. Clientibus et administris, cujuscunque sint conditionis et gradûs Mandamus ac Præcipimus, ut memores juris-jurandi, quo suam Acad.æ fidem obstrinxerunt, die Lunæ 19.° Mensis Junii adsint in ædib. Acad.cis Lud.i M.°, horâ octavâ mat.ª, ornati ut decet; inde ad ædem Deo sacram sub Invo.e S. Lud.i In Insulâ, ritè processuri: ubi præter ord.ria, ad exsolvendas pro Regis Carissimi conservatione gratiarum actiones, hostiæ salutatis sacrificium offeremus: Quo peracto, plenus divinæ alacritatis hymnus Te Deum cantabitur, ac deinde eâdem, quâ processum fuerit, pompâ redibitur. Alibi autem ne sacra concio antè meridiem habeatur/

Datum in ædibus nostris Ludovici Magni, die Martis 13.° Junii, anno dni 1775/

Fourneau
Univ.s Scriba

Guerin R.

Junio

19. Junii

Anno dni 1775, die decimo-nono Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, generalia univ.tis Comitia, ad Sacras supplicationes/.

Primum in aula Academici Tribunalis consessum est, ubi supplicavit pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, f. franciscus-Regis Bacheliere, Diaconus vivariensis, antiquae observantiae Ordinis Cluniacensis expressé Professus; de quo cum retulisset Pro-Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, Placuit supplicis postulationi annui/

Cum Augustinus-hyeronimus Brun, novus Librarius, à M. Lottin Juniore deductus ac praesentatus solitum inter manus Rectoris Sacramentum praestitit/

Inde itum est in Comitium, ubi omnes ordines academici rata et grata habuerunt quae gessit Rector in suo Trimestri Magistratu, ipsique litteras Commendatitias decreverunt. Praeterea anystum ipsi Comitatum pollicili sunt eundo ad aedes Deo Sacras sub invocatione S. Ludovici in Insula, atque ex illis redeundo/.

Ibi Pontificem egit M. Aubry, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus Ecclesiae Pastor. Oratio Sacra ad populum non est habita; sed Cantatus est hymnus Eucharisticus Te Deum. Orationem habuit ad Pontificem M.

Omnibus Doctoribus, Magistris, clientibus et administris Academicis qui supplicationibus interfuerunt, ex aerario Academico, distributa est ad januam Sacelli Ludovicaei viginti quatuor assium sportula/.

Guerin Rector/

23. Junii

Anno dni 1775., die vigesimâ-tertiâ Junii, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni/.

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, Lecta est Tabula virorum Academicorum quos Tribunal Praeclarae artium facultatis die 14.a hujus mensis designavit Praesides et arbitros concertationum ad solemnem Praemiorum distributionem./.

Baudinot, Le Menager, Fariau, Mauriac, Le Fevre, Bonhomme, Saillant, Crouzet

Deinde facta supplicandi potestate, supplicarunt 1.o pro reformatione nominum, M. Adrianus-Maria Baudinot, Licentiatus Theologus, quod in actis academicis omiserit praenomen Maria: M. Julianus-Franciscus Le Menager, quod praetermiserit tum praenomen franciscus, tum particulam Le, atque litteram S nomini gentilitio perperam addiderit: M. Jacobus-honoratus Fariau, Doctor aggregatus ad tertium ordinem, quod omiserit praenomen honoratus: M. Rigalis antonius Mauriac, subdiaconus claromontensis, in artibus Magister, quod omiserit cognomentum Rigalis: Joannes Ludovicus-Maria Carolus Le Fevre, clericus suessionensis, ut duo praenomina Ludovicus-Maria in tribus Catalogis restituantur: Josselinus-Bernardus Bonhomme, clericus suessionensis, ut nomen de Varenne è tribus Catalogis deleatur. 2.o pro immunitate abonere scribendi codices Philosophicos, Alexander Saillant, clericus altissiodorensis, propter pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Saillant, Doctor medicus Parisiensis; Petrus Crouzet, clericus Bellovacensis, ob gravem —

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

pectoris Morbum, testante M. Cromier Doctore Medico Parisiensi: Stephanus Josephus de Mante, clericus Laudunensis, et franciscus Mignot, Laudunensis hic ob pectoris infirmitatem, ille oculorum, testante pro duobus M. Rochefort-Derbois, Doctore Medico Parisiensi. 3° fredericus-Augustus-Joannes-Baptista Le Guelinet de Lignerolles, Bayocaeus, ut biennium in Academiâ Cadomensi confectum pro uno in nostrâ imputetur. / De Mante / Mignot / Le Guelinet de Lignerolles /

Auditus est de Supplicibus M. ~~Petrus~~ Georget, Pro-Syndicus /.

Tum M. Royou, Philosophiae Professor in Collegio Ludovici Magni surrexit, gravissimamque legit expostulationem adversus unum é Philosophiae Professoribus in hac Universitate, é Comitio absentem, quem quidem nomine non appellavit, sed ita designavit, ut nemo non intelligeret quis esset. Conquestus est autem, quod hic Regiae Scientiarum Academiae Libellum Memorialem obtulerit, Lectum in ejus Comitiis die 3ª Maii proximé elapsi; quem dixit Professoribus Philosophiae Parisiensibus esse valdé injuriosum ac contumeliosum. id verò obtinere voluit, Lectâ praedicti Libelli analysi, ad verbum magnâ ex parte, ut aiebat, fideliter exscriptâ. Quibus Lectis, petiit, ut hanc suam denuntiationem Praeclara Artium facultas acciperet. /

Expostulationi M. Royou antequàm annueret Ampl. Rector, ab illo petiit, an Extractum modò Lectum ab illo qui est Regiae Scientiarum Academiae á secretis fuisset recognitum ac subsignatum; deinde, an ipse libellus fuisset ab ejus autore subscriptus. Utrique verò quaestioni respondit negativé: neque minorem idcirco dixit deberi fidem suae denuntiationi. /

Postea, M. franciscus-Maria Coger, Ex-Rector, é suo Loco surrexit, ac legit orationem ante tres annos à se habitam in Comitiis Praeclarae Artium facultatis, quam incusare visus erat autor Libelli coram praeclarâ Artium facultate recitati; atque ostendit in hac suâ oratione nihil esse quod esset reprehensione dignum. /

De expostulatione factâ à M. Royou auditus est M. Georget Pro-Syndicus, ac dixit, sibi videri negotium denuntiationis factae à V. C. M. Royou non esse litigiosé tractandum sed amicé componendum et permittendum prudentiae Tribunalis Praeclarae Artium facultatis, cui, si ita visum esset, adjungantur duo ~~ex~~ unâquâque Natione Deputati, ex ordine Philosophorum /.

His actis, Rector dimisit Nationes, ut deliberarent 1° de Supplicibus. 2° de Quatuor-Viris mané electis. 3° de denuntiatione factâ à M. Royou. 4° de rati-habitione eorum quae gessit. /

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornat. Procuratores retulerant, à se 1° rata et grata haberi quaecumque gessit Ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decerni. 2° Supplicibus omnibus indulgeri. 3° Confirmari Quatuor-Viros matutinis horis electos, nimirum, pro honorandâ Natione, M. Royou, Philosophiae Professorem in Collegio Ludovici-Magni: pro fidelissimâ, M. Le vasseur Ex-Procuratorem: pro venerandâ, M. Sornet, Baccalaureum Theologum; pro Constantissimâ M. Macdonogh, Philosophiae Professorem Emeritum. /

Junio ——————

4º De denuntiatione facta à M. Royou, Tres Nationes, Gallicana, Picardica et Germanica consuerunt rem ista mittendam ad Tribunal Praeclarae Artium facultatis quam primùm convocandam: Duos priores, praeter Deputatos ordinarios, nominarunt singulos binos ex ordine Philosophiae Professorum; scilicet, Gallicana Magistros Delneuf et Rhedon, Philosophiae Professores in Montanctio et Marchiano: Picardica verò, MM. Lange et Despreaux, Philosophiae Professores in Cardinalitio et Montanctio/

Normanica Natio suam sententiam gallico idiomate aperuit, his verbis, La Nation en deliberant sur la denonciation faite par Mr. Royou d'un Mémoire injurieux à l'Université, lu à l'Académie des Sciences. 1º remercie M. Royou de son zele et de son attachement pour l'Université. 2º bien informée que Mr. Girault de Koudou est auteur dud. Memoire, est d'avis que led. Mr. Girault de Koudou soit mandé sur le champ, pour repondre sur led. Memoire. Ajoute la Nation est persuadée que M. Le Recteur en interpellant Mr. Royou après la denonciation, n'a point eu intention de blesser (les droits de) la Compagnie, ni celui de chacun de ses Membres./

Ampl. Rector relatis singularum ordinum sententiis, de tribus primariis Capitibus, nimirum, Supplicibus, Quatuor-Viris, et rati-habitione cum omnibus = Conclusit. De denuntiatione facta a M. Royou, primùm, cum tribus Nationibus Gallicanâ, Picardicâ et Germanicâ, inter se consentientibus concluserit, rem esse mittendam ad Tribunal praeclarae Artium Facultatis quam primùm convocandum, cui adjungerentur praeter Deputatos ordinarios bini ex unâquaque natione; nimirum pro hon.ª MM. Delneuf et Rhedon, pro fidelissimâ, MM. Lange et Despreaux. Deinde, de interrogationibus à se factis addidit, nolusse se cuiquam juribus officere, sed hoc unum, ut Tres Nationes, an Scriptum à Mr. Royou latum ab aliquo subsignatum esset, et quanam esset natura et auctoritas Scripti de quo esset deliberatura/

Quatuor-Viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per M. Maidonogh retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro amplissimo D. D. Francisco-Nicolao-Guerin./

Nationes dimissae ad deliberandum de Prorogatione unanimiter retulerunt Prorogationem libentissimè à se approbari ac confirmari/

Insuper, Veneranda Normanorum Natio dixit, salvis conclusionibus à se latis circa Comitia Deputatorum Praeclarae Artium facultatis, in Deputatos à se appellari, qui interfuit Comitiis Deputatorum Praeclarae artium facultatis propter denuntiationem modò factam à M. Royou mox habendis, Viros Clar. MM. Lingois et Grenet; primum quidem Philosophiae Professorem in Collegio Sorbonae Plessaeo; alterum Litterarum in Lexoveo Professorem celeberrimum: Constantissima autem Germanorum Natio D. D. MM. Le Loup et Oncil: hunc Virum Procuratorium: illum Philosophiae Professorem in Lexoveo/

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est/ Guerin Rector/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Tabula
Præsidum et arbitrorum ad concertationes Academicas

In Rhetorica

Præsides 1° MM. Turquet et Fourneau /
2° MM. Gaudet et Buirette /

arbitri 1° MM. Furgault, Le Bel, Gurdin, Charbonnet /
2° MM. Lambert, Quervelle, Maltor, Binard /

In Secundo Ordine

Præsides. 1° MM. Labour et Aubry. /
2° MM. Noguette et Maillard /

arbitri - - - 1° MM. Louvet, Coger, Herivaux, Binet. /
2° MM. Jaquin, Sanson, Leveque, Le Vasseur /

In Tertio Ordine

Præsides. 1° MM. Vray et Dupont /
2° MM. Le Roy et Dair Junior /

arbitri — 1° MM. Haüy, Desrez, Gueroult, Sejan. /
2° MM. Desmales, Cerisier, Cosson, Quévremont. /

In quarto ordine

Præsides - 1° MM. Maupas et Cafaxe. /
arbitri - - MM Monlieu de Larmenerie, Patin, L'homond, Roussel /

In quinto ordine. /

Præsides . . MM. Cahours et Delneuf. 2us /
arbitri MM. Boutillie, Mayet, de Lestré, Bouly

In Sexto Ordine

Præsides . . MM. Le Meignen et Varin
arbitri MM. Dubosq, Germain, Potel et Marcognet /

Fourneau
ut scribo

Anno dni 1775. die primâ Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. / 1. Julii

1° nullus accessit Supplex, pro Litteris Nominationis /

Julio.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3° Accessit M. Girault de Koudou, Philosophiae Professor in Regia Navarra, et Mechanices in Regio Francisci Collegio, Libellumque supplicem scripto consignatum obtulit; cujus tenor sequitur:

Ampl. Rector, Sap. Decani, Proc. Ornat.°, ~~Sapientes~~ Proceres Academici /.

Supplex accedit Malhurinus Girault de Koudou, propter quaerimoniam scripto factam et recitatam à M.° Royou, in Comitiis ultimis praeclarae Artium Facultatis. occasione Libelli memorialis, quem dixit esse Professoribus Philosophiae valde injuriosum; Lectum verò, sub nomine supplicis, apud Regiam Scientiarum Academiam; cujus quidem Libelli extractum quoddam legit à se factum, et ipsis autoris verbis, si ipsi creditur, conceptum: unde ingens exorta est virorum academicorum offensio, maximè Professorum Philosophiae. /

Quoniam verò haec acta sunt, inaudito et absente supplice, postulat à vobis, ex Statuto XX.° post.ae Reformationis, quod sic habet (Sit Poenes Rectorem, ex Consilio Decanorum Facultatum Superiorum et Procuratorum Nationum, potestas cognoscendi et judicandi de controversiis inter Gymnasiarchas, Praeceptores, Paedagogos et Magistros de re scholastica ortis: Is primum adeatur: si causa gravior, ab eo sit Provocatio) ut jubere velitis, sibi quam primum tradi exemplaria rite subsignata, 1° processus verbalis eorum quae acta sunt in postremis Praeclarae Artium Facultatis Comitiis. 2° denuntiationis ibidem Lectae, tum extracti ab eodem pariter Lecti. Parisiis die primo Julii, anno 1775. Signatum, Girault de Koudou. Lecto praed. Libello supplice, audito Pro-syndico: Placuit ampliari. /

4° Accessit etiam M. Royou, Philosophiae Professor in Collegio Ludovici-Magni, quo praesente et annuente, Lectum est instrumentum ab illo mihi scribae traditum, cujus tenor sequitur /.

Je soussigné, Professeur de Phie au Col. de Louis le Grand, donne avis à la Commission établie le 23. Juin 1775 par les Nations, pour proceder contre l'auteur d'un Memoire présenté à l'Academie le 3. May 1775, Je lui donne avis, dis je, qu'aiant oüi dire ~~à l'acad.ie des Sciences~~ qu'il avoit été Lu à l'academie des Sciences un memoire injurieux à l'Un.té, Je me suis transporté sur le champ chez le S. Grand-Jean de Fouchy, Secretaire de lad. Acad.ie, Lequel m'a dit que l'acad.ie n'avoit manqué en rien aux égards dus à l'Univ.té, et que le Memoire étoit d'un Prof. de Phie en l'Un.té de Paris; et aiant pris communication par écrit dud. Memoire, j'ai reconnu qu'entr'autres injures il contenoit les paroles suivantes: aussi voions-nous, que les Jeunes-gens au sortir de nos Colleges ne scavent point de vraie Physique. A peine sont tels dans le monde qu'ils s'appercoivent que celle de leur Professeur n'est plus de mode, et qu'il en faut apprendre une plus raisonnable. Et n'est til pas à craindre qu'ils portent le même jugement de sa Morale? Il faut en convenir les questions ridicules que l'on agitoit à la fin des siècles d'ignorance sont presque les seules dont on s'occupe encore aujourd'hui..... Les Professeurs mêmes de Paris, tant en vertu d'anciens Reglemens, que par une espece de routine sont obligés de se livrer à ces questions frivoles... or si un seul de ces Messieurs se sentoit soutenu contre les préjugés

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

et la routine de son Corps &c &c Lesquelles propositions injurieuses je denonce à la Commission, afin qu'à la Requête du Vice-Syndic et conformément au vœu des Nations, il soit promptement informé et procedé contre l'auteur dud Memoire. à Paris ce 28 Juin 1775. Signatum Royou/.

5°. Quod dixit ampl. Rector, ex Litteris ab se ab Illust° Duce de la Vrilliere datis, sibi compertum esse, consuetis invitandi per Magnum Cæremoniarum ritibus, Regem Nostrum die 11ª Junii Remis consecratum, crastinâ die Dominicâ omnium ordinum de Consecratione suâ Salutationes excepturum: at quâ horâ? non satis certum videri. Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico: Placuit 1°. Rectorem, Decanos, Procuratores cum adjunctis, officiarios Majores et omnes apparitores Versalias se conferre, in Majori habitu, horâ octavâ Matutinâ. 2°. non haberi prandium commune apud R. P. Recollectæos, sumptibus Universitatis; sed singulis erogari sportulam quinque libellarum pro prandio/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/

Guerin R/

Anno dni 1775, die Dominicâ, Secundâ Julii, horâ octavâ Matutinâ, Ampl. Rector, Sapient. Decani, ornatis. Procuratores, adjuncti singulorum Ordinum, tres Majores Universitatis officiarii, Majoribus infulis ornati Versalias se contulerunt; cum apparitoribus quatuordecim. Prandium habuerunt in hospitio cui insigne est Le Juste, suis sumptibus./. 2. Julii

Advenientibus nunciatum est Regem ante prandium excepturum salutationes, Senatûs, Utriusque Curiæ rationum et subsidiorum, atque urbis; post prandium verò, Majoris Consilii, Curiæ Monetarum, Universitatis, et Academiæ Franciæ/.

Itaque sub horam tertiam venimus in Palatium, ubi vestes atque insignia induceremus. Datum est nobis unum è tribus Consistorii cubiculis. Duo priora occuparunt Curia Majoris Consilii et Curia Monetarum./. Quæ cum ad Regem deductæ fuissent; DD. Dux de la Vrilliere, Regni administer, D. Dreuso, Magnus rituum Magister et de Nantouillet Magister rituum Universitatem deduxerunt ac reduxerunt/.

Orationem habuit Rector Ampl. brevem sed elegantissimam, quam Rex, augusti ejus fratres, et ingens aulicorum frequentia summo plausu excipere visi sunt; quamque Dictum est unanimiter in Commentariis, cum Regis Responso, esse inscribendam/.

Compliment de l'Univ^té
au Roy
sur son Sacre
prononcé à Versailles le 2. Juillet 1775.

Sire. Votre Majesté vient de former dans le plus saint et le plus auguste appareil l'engagem^t des Rois; celui de ne s'occuper que de nous rendre heureux; ou plutôt, elle n'a fait que le renouveller en présence des autels. Votre Cœur l'avoit conçu, vos actions l'avoient prononcé dès le premier instant qui vous avoit mis le Diademe sur le front./

Permettés nous, Sire, d'imiter en quelque sorte cet exemple de V. M., et de vous renouveller, aux pieds du Throsne, le serment primitif de la Nation; le serment solemnel de l'amour le plus tendre pour

Votre personne sacrée ; et d'une fidelité inviolable, toujours prête à sacrifier tout ce que nous aurons de plus cher pour le service de Votre Majesté./

Tels sont les sentimens de Votre Université : mais nous sommes bien eloignés de vous en faire un merite particulier. Les Vertus, Sire, et les bienfaits de V. M. vous répondent que ce sont ceux de toute la France/

Reponse du Roy.

Je recois avec plaisir vos hommages ; Continuez de vous appliquer avec zele à l'Instruction de la Jeunesse et à la pureté de l'enseignement, et comptez toujours sur ma protection/

Fouvneau
Univ. Scriba

Guerin R.

27. Julii

Anno dni 1775, die vigesimâ ~~Septimâ~~ Julii, habita fuit, in Collegio Ludovici-Magni Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis ad exigiendas Rationes auepti et expensi ab Universitatis Quastore M. Le Bel, per decursum annî 1774 /

Auditis probatisque Rationibus, compertum est summam auctorum esse minorem quater millibus trecentis et sex libellis cum quinque assibus et decem denariis/.

Acta concluit amplissimus Rector/. Guerin R.

5 augo

Anno dni 1776. Die quintâ augusti, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici, ~~per~~ M. Le Bel vices Syndici gessit/.

1° Supplicarunt pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Joannes-Petrus Cagniard, Presb. Parisinus : Joannes-Bapt. Sarges, clericus Lugdunensis ; Guillelmus Vigeral, Subdiac. Claromontensis ; Joannes-Ludovicus-albertus Hyppolitus delabelle de Vigues, Subd. atrebas : Bernardus-Carolus-Magnus Le Querne, Diaconus Rothomagensis : Jacobus-Stephanus Richer, Diaconus Ambianensis : Joannes-Pelchat, Presb. Abrincensis ; Joannes-Petrus-Egidius Ricardel, Presb. Macloviensis ; antonius Marmion, Diac. Bellovacensis. Antonius-Josephus Dutamel, Subdiaconus Aedunensis. Nicolaus Remigius Julien, Subdiaconus Senonensis ; Ludovicus-Franciscus-Alexander Barrier, Presb. Carnutensis ; Ludovicus-Martinus de Laistre, Diaconus Sylvanectensis ; Petrus Collin, Presb. Trecensis ; antonius-Franciscus Graux, Presb. Noviomensis, Petrus Denis, Subdiaconus Aedunensis ; Joannes-Franciscus-alexander Le Maire, Diaconus Bolonensis ; Ludovicus-Eustasius Boudain, Diaconus Bellovacensis ; Benedictus-Franciscus, Pajolas, acolythus Vivariensis ; Antonius-Franciscus Gourdin, Diaconus Noviomensis ; Edmundus—

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Augustinus Campenon, Diacon. Lingonensis; Petrus Eliade Chabeüil, Diaconus Gratianopolitanensis; Julianus-Franciscus Le Menager, Diaconus Cenomanensis; Arsenius Petrus Franciscus Brou, Subdiac. Parisiensis: Renatus-Guillelmus-Georgius Le hericey, Subdiac. abrincensis; Andreas Hamelin, Subdiac. abrincensis: Ludovicus-Maria-Peteil, Subdiac. Carnotensis; Nicolaus Pidansat, Subdiac. Lingonensis; Carolus-Claudius Bictrix, Diaconus Trecensis; henricus Rabourdin-Presb. Carnutensis; Nicolaus Tussanus Collart du Tilleul, Diac. Parisinus; Petrus-franciscus henriet, Presbyter Catalaunensis; Carolus Marchant, Diaconus Lemovicensis; Renatus Dupré Subdiaconus ambianensis; Maria Carolus-Josephus de Guillebon, acolythus ambianensis. Joannes-Jacobus Dolain, Subdiaconus Boloniensis: Philippus de Chamborant, Subdiac. Lemovicensis: Philippus-alexander-Celestinus fournier, acolythus-ambianensis; Franciscus Maria Guinchard, Subdiac. Parisiensis; Carolus-franciscus-Joannes-Maria Michaud, Diaconus Boloniensis; Jacobus Serqueil, Diaconus-Trecensis: Simon Renatus-David-de Lisle, Subdiaconus-Parisinus; Ægidius Asselin, Presbyter Constantiensis; Jure vero Baccalaureatûs in Juridicâ facultate et quinquennii, MM. Ludovicus Durand, Presb. Gratianopolitanensis, et Carolus-Franciscus Besuchet, Presb. Bisuntinensis; De quibus retulit M. Michaël Franciscus Le Bel, Syndici vices gerens, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum; cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil se deprehendisse vitii: nisi quod MM. Collin, Graux et de Laistre litteras tonsuræ non exhibuerint; immo M° de Laistre desint Litteræ testimoniales M° Duvoisin pro anno posteriori: Audito Pro-Syndico, sua singulis supplicibus postulata Placuit concedi; eâ Lege tamen, ut non expediantur Litteræ nominationis et quinquennii MM. Collin, Graux et de Laistre, nisi quæ desunt instrumenta exhibuerint /.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3° Lecta est per Scribam Universitatis Conclusio honorandæ Nationis die 23 Junii proximè elapsi facta, quâ prædicta Natio nominat atque Universitati præsentat V. C. Mgrum Petrum Bitter, suum Procuratorem, ad unam é quinque Capellaniis Academicis, quæ dicuntur Savoësianæ; vacantem per obitum V. C. M. Petri Stephani Gourlin, Baccalaurei Theologi, ultimi illius possessoris pacifici. Audito M. Michaële Francisco Le Bel, Pro-Syndico, Visâ Conclusione apud Tribunal Academicum die 177. factâ, quâ constat M. Bertrandum Dupuy, qui in ordine minorum Beneficiorum fuit ultimò nominatus, præsentatum fuisse à Saluberrimâ facultate; atque adeò nominandi et præsentandi vices, in eorumdem

Aug.

Beneficiorum ordine, ad Nationem Gallicanam devenisse: Placuit admitti praed. M. Petrum Bitter ad praefatam Capellaniam Savoësianam, vacantem per obitum M. ~~Stephani~~ Petri Stephani Gourlin, ultimi illius Possessoris pacifici; atque de illâ provideri./

4.° Accessit ad Tribunal Academicum unus é Superioribus Communitatis S.ae Barbarae; idemque proposuit amplam rerum reficiendarum, mutandarum, et de novo faciendarum tabulam; quarum aliae sunt absolutae necessitatis, aliae verò ad majorem Commoditatem, meliorem que Disciplinam conferre viderentur: audito super eâ re Pro-Syndico, Placuit, rogari Quaestorem, ut assumpto secum Comite M. Le Camus, Universitatis archi-tecto, singula opera accuratè dispendat, inde judicaturus, quae pars operum ex aerario Academico, quae á Communitate sit persolvenda: rem que totam ejusdem prudentiae ac fidei permitti./

5.° Audito M. Le Vasseur, Picardicae Nationis Ex-procuratore, suo et M.° Belenger Ex-procuratoris Normaniae, referente de vitâ, moribus et peritiâ M.° fontaine de S.t Freville, qui mense Martio proximé elapso supplicavit pro aperiendo Paedagogio: auditis tum M. Hurtault, Paedagogorum Academicorum Agente, tum M. Le Bel, Pro-Syndico, Placuit fieri potestatem M.° Ludovico fontaine de S.t Freville, Cenomanensi, in artibus Magistro, aperiendi hac in urbe Paedagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis, eâ lege, ut litterae Paedagogii ipsi expediendae pro nullis habeantur, nisi vicerit in Causâ, apud Castelletum pendente ipsum inter et Nicolaum Goüellain./

6.° Auditâ relatione ornat. Galliae et Normaniae Procuratorum de vitâ, moribus et peritiâ M. Joannis-Laurentii Cochet, qui mense Maio proximé elapso supplicavit pro aperiendo Paedagogio: auditis tum M. Hurtault, Paedagogorum Academicorum Agente, tum M.° Le Bel, Syndici vices-gerente: Placuit fieri potestatem Mag.° Joanni-Laurentio Cochet, Suessionensi, in artibus Magistro, aperiendi hac in urbe Paedagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis: eâ lege tamen, ut expediendae illi Litterae maneant in suspenso, donec sibi comparaverit domicilium, unde pueros et adolescentes fidei suae commissos possit ad Scholas Universitatis deducere./

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est./ Guerin R

7.° Aug.° Anno Dni 1775, die Lunae Septimo Augusti, congregata est Universitas in exterioribus Sorbonae Scholis./

Ibi, sub horam quintam, V. C. M. Carolus Franciscus Dupuis, Eloquentiae Professor in Collegio Lexoviae, praesente et annuente supremo Senatu, elegantem et tempori aptissimam habuit orationem de verâ et falsâ gloriâ, quae omnium plausu excepta est. Deinde Praemia Academica solemni ritu distributa sunt, sequenti ordine/

GEN. DE PARIS BIBLIOTHÈQUE ORDINAIRE

Præmium Eloquentiæ Latinæ.
Magistri in artibus institutum,
Cujus quidem argumentum erat; In Eloquentiâ maximè et poësi, quid auxilii sibi mutuò conferant Ars et Ingenium: ex illis horatii verbis, alterius sic altera poscit opem et conjurat amicè; meritus et consecutus est Julianus Ludovicus Geoffroy, Doctor aggregatus ad Secundum Ordinem — è Montacutio/

In Rhetoricâ.

Præmium orationis latinè Scriptæ meritus est, inter Veter, Ludovicus Franciscus Michael Noël, Parisiensis, è Grassinæo/

Primum, inter Recent., Petrus Denis, Parisinus, è Montacutio./

proximè accessit, inter Vet./

Carolus Hubertus Peuchot, Tullensis, è Regiâ Navarrâ

Secundum, inter Recentiores, Carolus Milon, Leodiensis, è Plessæo/

proxᵉ accessᵗ.

Joan. B. Guillel. Langlois, Ebroïcensis, è Col. Lud. Magni./
Car. Alexand. Ameline, Constantiensis, ex Harcurio/
Franciscus Nicol. Molien, Rothomagosus, è Lexovæo/
Ludov. Caron, Parisiensis — — è Reg. Navarrâ./
Maria Lud. Jos. Heron, San-Valer. è Montacutio.
Lud. Mauritius de Magnitot, Parisᵘˢ. è Montacutio/

Præmium Orat. Gallicè Scriptæ, inter Veter, meritus est idem Ludov. Franc. Michael, Noël, Paris. è Grassinæo./

Primum, inter Recent, idem Petrus Denis, Parisᵘˢ, è Montacutio/

Secundum, Petrus Maria Hippolytus Charlier, Parisiensis, è Plessæo/

proximè accesserunt

Claudius Honor. Savin. Le Sage, Sacro Cæsariensis — è Montacutio.
Id. Mar. Lud. Jos. Heron, San-Valer — è Montacutio.
Andreas Germanus Lagrange, Parisiensis, è Cardinalitio.
Georgius Franciscus Serpette, Noviomensis è Marchiano.
Renatus Maria Jac. de Percy, Constantiensis è Col. Lud. Magni.
Silv. Maria Petr. Bonav. de Targny, Noviodunæus è col. Lud. Magni

Primum Carminis latinè Scripti Præmium, inter Recentᵒˢ, meritus est Id. Carolus Milon, Leodiensis, è Plessæo./

Præmium, inter veteranos, Carolus Josephus Magniaudé, Cameracensis — è Sorbᵒ. Plessæo/

Secundum, inter Recentiores, Ludovicus Franciscus Maximilianus Maria Isidorus de Robespiere, Atrebas, è Col. Ludovici Magni/

Aug°

proximé accesserunt.

Dionysius Germanus Le Tellier, Roth^us — é Plestæo.
Jd. Lud. Caron, Parisiensis — é Reg. Navarrâ
Jd. Franciscus-Nicolaus Mollier, Rothomagæus — é Lexovæo.
Jd. Sylv. M. P. B. de Targny, Noviod. — é Col. Lud. Magni.
Jd. Petrus Charlier, Parisiensis — é Plestæo
Joan. Lud. Theodorus Chambry, Parisinus — é Regiâ Navâ

Præmium orationis ~~Latinæ~~ ~~conversæ in~~ Latinam Gallicam conversæ meritus est idem Lud. Franc. Jos. Michael Noël, Paris. é Grassinæo/

Primum, inter Recent., Remigius Prosper Pigneaux, Laudunensis, é Collegio Ludovici-Magni/.

Secundum, Idem Lud. Franc. Maxim. Maria Isid. de Robespiere, atrebas, é Col. Lud^o Magni/

proxé accesserunt./

Jos. Lud. El. Fleury, Lingonensis — é Montacutio
Victor Aug. Latour, Lexoviensis — é Lexovæo.
Lud. Mauger, Roth. — é Lexovæo.
Jd. Sil. M. P. B. de Targny, Noviod. — é Col. Lud. Magni.
Jd. Joan. Lud. Theod. Chambry, Par. — é Regiâ Navâ.
Jd. P. M. J. H. Charlier, Par. — é Sorbonæ Plestæo.

Primum orat. Græcæ in Gallicam conv^æ. Præmium, inter Rec, meritus est Idem Petrus Maria Jacobus Hippolytus Charlier, Parisiensis, é Plestæo

~~Secundum~~ Præmium, inter Veteranos meritus est Petrus Nicolaus Perfectus Freuston, Cenomanus, é Col. Lud. Magni/

proxe accessit, inter veteranos.

Idem Ludovicus Franciscus Josephus Michaël Noël, Parisiensis é Grassinæo

Secundum, inter Recentiores, meritus est idem Petrus Denis, Parisiensis é Montacutio/

proxe accesserunt/

Idem Maria Lud. Jos. Heron, San Valerianus — é Montacutio/
Jd. Remig. Prosper Pigneaux, Laudunensis — é Col. Lud. Magni/
Jd. Josephus Lud. Eligius Fleury, Lingonensis — é Montacutio/
Joannes Franc. Anton. Sallentin, Bellovacensis — é Plestæo/
Jd. Ludovicus Franciscus Maximilianus Isidorus de Robespiere, atrebas é Col. Lud^o Magni/
Jd. Silv. Maria Petrus Bonav. de Targny, Noviodunæus — é Col. Lud^o Magni/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

In Secundo Ordine./

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Joan. Bapt. Le Marchand, Rothomagensis, é Lexovæo/

Secundum, Petrus Maria Josephus de Monceaux, Laudunensis, é Col. Lud. Magni/

prox.e accesserunt/

Ægmactius-Constant-Solim-Joannes Carey, hibernus — é Plestæo/
Petrus-Jacob. Louvrier, Laudunensis — é Col. Lud. M.
Thomas-Carolus Duchemin, Bajocensis — é Col. Lud. Magni
Lud. Maria-Josephus Camax, americanus — é Plestæo.
Joan. Bap. le Fevre, Parisinus — é Mazarinæo.
Nicolaus Tronchon, Meldensis — é Grassinæo.

Primum Carminis Latini Præmium meritus est Ludov. Maria Joseph. Camax, americanus, é Plestæo/

Secundum, Jd. ac C. S. Joannes Carrey, hibernus, é Plestæo/

prox.e accesserunt/

Joannes-Franc-henrion, Carnutensis — é Grassinæo.
Ludovicus Le Grand, Senonensis, é — é Grassinæo/
Jd. Petrus M. J. de Monceaux, Laudunensis — é Col. Lud. Magni.
Simon Nicolaus Guillardin, Lingonensis — é Plestæo.
Carolus-Sulpitius flament, ambianensis — é ~~Montauctio~~ Marchiano.
Joan-Petrus Lescalier, Vapincensis — é plestæo.

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Jd. Joannes-Bap. Le Marchand, Rothomagensis, é Lexovæo/

Secundum, Ant. Joan-Carolus Blondel, Parisinus, é Col. Lud. Magni/

prox.e accesserunt./

Lud. claudius-Ant. Dubacq, Stampæus, — é Montauctio./
Jd. Pet. M. J. de Monceaux, Laudunensis./ — é Col. Lud. M.
albertus-Josephus Bennet, Malbaudius/ — é Grassinæo
Jacobus-Franc-Maria de la Banquiere, Monspessulanus. — é Col. Lud. M.
Joan-Lud-Susanna Landry, Carnutæus. — é Lexovæo/
Amatus Jos. Sanson de La borde, Cameras — é Col. Lud. Magni/

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Jdem Lud. Le Grand, Senonensis, é Grassinæo/

Secundum, Thomas Jacobus Duchemin, Bajocensis, é Col. Lud. Magni/

prox.e accesserunt/

Antonius-Maria Duval, Constantinus — é Grassinæo.
Petrus Carolus-Boucry St. Venant, Porta-Gratianus — é Mazarinæo/
Jd. amatus-Josephus Sanson de la Borde, Cameras, — é Col. Lud. Magni.
Jd. Joannes-Lud-Susanna Landry, Carnutæus — é Lexovæo/
Jd. Joan. Bapt. Le Marchand, Rothomagensis — é Lexovæo/
Jd. Lud. claudius-Ant. Dubacq, Stampæus — é Montauctio/

Aug°.

In Tertio ordine.

Primum orationis Gallicæ in latinam conversæ Præmium meritus est Jacobus Nicolaus Bailly, Parisinus, é Plestæo/.

Secundum, Nicolaus-Severinus Anquetil, Constantiensis, ex harcurio/

prox.e accesserunt.

Claudius-Franc. Chauveau, Carnutæus — é Plestæo/
Jul. Leon. Turgis, Const.sis — é Grassinæo.
Nic. Lud. Lestrade, Parisinus — é Montacutio.
Joan. ant. Lud. de Franclieu, Palensis ex harcurio.
Urbanus-Jos. Le Vavasseur, Cenomanensis é Plestæo.
Joan-Bapt. Petrus Grelot, Parisinus — é Plestæo/

Primum Carminis Latinè Scripti, Matthæus Petrus Lugo, altissiodoræus — é Plestæo/

Secundum, Annu Franc. Michaël Le Coq, Constantiensis, ex harcurio/

prox.e accesserunt/

Jd. Joan. ant. Lud. de Franclieu, Palensis — — ex harcurio/
Jd. Joan-Bapt. Petrus Grelot, Parisinus, — é plestæo/
Claudius-Michael Royou, Corisopitensis, é Col. Lud. Mag.
Franciscus Cacheo, altissiodorensis, é Montacutio.
Joan. Lud. Maria Petit, Rothomagensis, ex harcurio.
Jd. Urbanus-Jos. Le Vavasseur, Canomanensis, é plestæo/

Primum orat. Latinæ in Gallicam conversæ, Julianus Leonorius Turgis, Constantiensis, é Grassinæo/.

Secundum, Joan. ant. Lud. de Franclieu, Palensis, ex harcurio

prox.e accesserunt.

Phil. Desiderius Gautier, Rupellanus é Lexovæo.
Claudius-Michael Royou, Corisopitensis é Col. Lud. M.
P. A. C. C. A. Hardy, Stampæus — é Montacutio/
Jd. Nicolaus Severinus Anquetil, Constantiensis ex harcurio.
Amabilis Daumalo, ambianensis — — é Montacutio.
Bruno-Benjaminus Gautier, Rupellensis, é Lexovæo/.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ, Joannes-Baptista Levesque de Moricourt, Suessionensis, é Plestæo/

Secundum, Augustus-Carolus Collignon, Parisinus, é Regiâ Navarrâ/

prox.e accesserunt/.

Claudius-Franc. Chauveau, Carnutæus — é Plestæo.
Jd. Julianus Leonorius Turgis, Constantiensis, é Grassinæo/
Phil. Franc. Jos. Vacquerie, Bellovacus é Mazarinæo.
Renatus-ant. de Charmoille de Frasnois, Bisuntinensis, é Mazarinæo/
Jd. Nicolaus-Severinus Anquetil, Const.sis — ex harcurio.
Petrus ant. Bretigniere, é Mazarinæo/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

In Quarto Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Ludovicus Petrus Gautier, Carnutensis, è Lexovæo/

Secundum, Lucius Simplicius – Camillus – Benedictus Desmoulins, Laudunensis, è Col. Ludovici – Magni/

proxᵉ accesserunt/

Robertus David, Rothomagensis	è Col Lud. M.
Michael Lud. Julien, Parisinus,	è Grassinæo.
Nicolaus Gerôme, Stampensis	è Montaultio.
Lud-franc-Mellotée, Carnutensis	è Lexovæo
Joan-Bapt. Sainton de la Bellevue, Stampensis	è Montaultio.
Ludovicus Geoffroy, Bremensis	è Montaultio/

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ, idem Lucius Simp. Cam. Bened. Desmoulins, Laudunensis, è Col. Lud. Magni/

Secundum, Felix Marcellus Cordier, ambianensis, è Collegio Grassinæo/

proxᵉ accesserunt/

Ludov. Carolus Maximilianus ~~Cordier~~ Chamin, Carnutensis,	è Montaultio.
Joannes-Bapt. Dautremont, Parisinus	è Grassinæo./
Joannes-Lud. Le Moine de chateau-Gaé, Martinicanus,	è Grassinæo/
Lud. Jos. Labouret, Suessionensis	è Col. Lud. M.
Ghislenus-franc-M. J. de la Place, atrebas	è Col. Lud. M.
Jacobus Nicolaus Desaint, Parisinus	è Plessæo.
Joan-Bapt. Josset, Bajocensis	è Col. Lud. M.

In Quinto Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Franc. Jacobus-Victor Laudour, Ebroicensis, è Montaultio

Secundum, Henricus-Joan. B. Fovelet, Dormanus, è Col. Lud. Magni

proxᵉ accesserunt.

Lud. Cæs. Alex. Fremont de Bordeux, Cadomæus	è Col. Lud. M./
Carolus-Christophorus Siret, Remus.	è col. Lud. M./
Paulus-Augustinus-Jos. Lambert du fresne, andegavensis,	è Col. Lud. M./
Ludovicus-Josephus, Aquensis, e	è Montaultio/
Jd. Henricus-Joannes-Baptista Fovelet, Dormanus,	è Col. Lud. Magni/
Jd. Joan-Bapt. Gautier, Parisiensis	è Cardinalitio/

Augusto

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus
est Guillelmus-Joannes Leger, Lotzomagensis, è Lexoviensi/
Secundum, clemens Lud. Poultier de la Terrette, Parisinus, è Plessæo/
proxè accesserunt/

adrianus franc. Pillon, Laudunensis — è Col. Lud. Magni/
Lud. franc. Catty, Parisinus — è Montaltio/
Carolus-Jos. Dion, Viguier, Vesuntinus — è Lexoviensi/
Rich. franc. Js. de Bubat, Cameracensis — è Plessæo/
franc. Bertrand, Ebroicensis — è Lexoviensi/
Joan. Bapt Gaultier, Parisiensis — è Cardinalitio/

In sexto Ordine/

Primum orationis Gallicæ in latinam conversæ Præmium meritus est
Petrus-franc. Malingre, Parisiensis, è Lexoviensi/
Secundum, franc. Aug. alexius Germain, Leodiensis, è Montaltio/
proxè accesserunt/

Joan. franc. Davoluy, ambianensis — è Montaltio/
Joan. Bapt. Lallemand, Vesuntinus — è Col. Lud. Magni/
Henricus Jos. Mollette, Parisinus — è Montaltio/
franc. Petr. Martialis de Lomenie, Massiliensis, — è Grassinæo/
Nicol. Lud. Daireaux, Constantiensis — è Grassinæo/
alanus franc. Renatus Magon de St. Elier, Parisinus, — è Plessæo/

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est
Jacobus-Alexander Gamas, Constantiensis, è Montaltio/
Secundum, Nicol. Lud. Daireaux, Constantiensis, è Grassinæo/
proxè accesserunt/

Joan-Bapt. Victor Simon, Gisortiensis — è Montaltio/
Lud. Petrus Alex. Ballet, Versaliensis — è Plessæo/
franc. Aug. Alex. Germain, Leodiensis — è Montaltio/
alan. franc. Ren. Magon de St. Elier, Parisinus — è Plessæo/
Lud. franc. Joan. Victor Baron, Stampensis — è Montaltio/
Js. Petrus franc. Malingre, Parisiensis — è Lexoviensi/

Fourneau Anis Archa
Guerin R./

14. Aug.

Anno dni 1775, die decimâ quartâ Augusti, horâ Septimâ Matutinâ, habita
sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia Procuratoris artium Facultatis,
ad eligendos examinatores Licentiandorum in artibus/

Primum omnium indicta ab amplissimo Rectore Comitiorum causâ, clarissimi
Procuratoris MM. Septier et Bernard, Doctores Theologi, hinc et inde stantes
ad latera Rectoris, appellaverunt Octo Magistros in artibus, ante sexennium
Magisterium adeptos, à Dignissimis D. Mariæ et D. Genovefæ Cancellariis desi-
gnatos ad tractandam annuæ sequenti peritiam Licentiandorum in artibus: Scilicet
pro honorandâ Natione, apud D. Mariam M. Gandolphe, Bac. Theologum; apud D.
Genovefam, M. de Bours, Baccalaureum Theologum: pro fidelissimâ MM. Wallet,

GEN. DE PARIS

Lic. Theologum, Grammaticæ Prof. in Reg. Navarra, et Capin, Lic. Theol. Philos. Professorem in Cardinalitio: pro Venerandâ, MM. Fournier et Chapelle, Philosophiæ Professores in Harcurio et Grassinæo: pro Constâ, M. Dully, Virum Procuratorium, et Le Loup. PPhiæ Prof in Lexovoro. Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Rector dimisit Nationes ut deliberarent, nominarent et eligerent Examinatores Licentiandorum in Artibus/

Regressæ Nationes per Orn. Procuratores retulerunt eligi a se ac nominari in Examinatores Licentiandorum in Artibus eosdem Magistros, quos Clar. Pro-Cancellarii designaverunt. Et ità conclusit Amp. Rector/

Continuò Novi examinatores Solitum præstiterunt Sacramentum, inter manus Ampl. Rectoris/.

Digressis Pro-Cancellariis, factâque supplicandi potestate, supplicarunt, Carolus-Franciscus-Joan-Maria Michaud, Diaconus Boloniensis, ut inversa prænomina suum in ordinem restituantur; Nicolaus Renatus Lesplu Dupré, clericus abrincensis, ut nomen Renatus in omnibus actis academicis restituatur: Dionysius Blasius-Maria Morellot, Presb. abrincensis, quòd omiserit inscribere se Presbyterum: Joannes Bapt. August. Josephus de Rochefort, quòd nomen in uno Catalogo non inscripserit; Antonius-Ignatius de Charmoille, clericus Biscentinensis, quòd cognominum ordinem inverterit: Brixius Marais, ut omissum in uno Catalogo nomen restituatur/.

Michaud
Lesplu Dupré.
Morelot
Roel de Rochefort
Roel de Charmoille
Marais.

Audito de Supplicibus Pro-Syndico, Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent. Quæ regressæ per Orn. Procuratores retulerunt a se 1º indulgeri omnibus Supplicibus. 2º Rogari Ampl. Rectorem, ut pro suâ fide ac prudentiâ invigilare velit, ne, ex illis quæ contingunt publicis nuntiatibus Mutationibus, res Præclaræ artium facultatis aliquid detrimenti patiatur./. Et ita conclusit Ampl. Rector/.

Postea, Surrexit M. Royou, orationemque habuit, cujus Conclusionem mihi Scribæ tradidit scripto consignatam; his verbis; Je demande 1º qu'il me soit delivré par les Nations une Copie duement signée de la deliberation au sujet de la denontiation faite par moi led. jour. 2º que les Nations entendent declarant, qu'elles entendent au cas que l'affaire soit évoquée dans les Tribunaux Civils, se porter parties intervenantes, pour demander le renvoi de l'affaire par devers le Tribunal de la faculté des arts./.

Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ut deliberarent./.

Regressæ per Procuratores suos retulerunt, à se annui Utrique Postulato Mr. Royou: Priori quidem ab omnibus: posteriori verò, à tribus tantùm Gallicanâ, Normanicâ, et Germanicâ.

Et ità ab Amplissimo Rectore conclusum fuit/

Guerra R.

Aug° 7 6 r

Die ejusdem Mensis, ampl. Rector, Decani, Procuratores, officiarii Majores, cum quatuor Apparitoribus contulerunt se ad eam Luparae partem quae olim à Serenissimâ hispaniae infante occupata fuit, Ibi ampl. Rector, Viro Illust.° D.D. Lamoignon de Males herbes, Novo Regni administro, Universitatis nomine, gratulatus est delatum nuper, cum omnium ordinum plausu, rerum publicarum ministerium, vacans per demissionem Viri Illust. Dom. D. Ducis de la Vrilliere/

Fourneau
Univ. Scribae

Guerin

27. aug° Anno dni 1775, die vigesima septima mensis Augusti, habita sunt de more, in antecessum Comitia ordria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. franciscus Le Doure, Presbyter Engolismensis; Petrus La Maniere, Diaconus Boloniensis; Joannes-Baptista-Augustinus-Josephus Noël de Rochefort, Diaconus Atrebas; Stephanus-henricus Gaspardus Bouniol, acolythus agaltzensis; de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tum earum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: Audito Pro-Syndico, Placuit suâ praef. Supplicibus postulata concedi/

2° Ob consecrationem Regis, Serenissimi Ducis Engolismensis Ortum, Nuptias Serenissimae Principis Clotildis, cum Principe Pede Montano, Primogenito Sardorum Regis filio ferias Academicas Praeclarae artium facultatis protrahi, in diem decimam mensis octobris/ id est, à Remigialibus ad Dionysialia/

3° Ejusdem Mensis octobris dies undecima indicta est ad Solemnes Universitatis supplicationes. Et ita conclusit amplissimus Rector/

Guerin R.

Mandatum Rectoris./

Nos franciscus-Nicolaus Guerin, Rector Univ.si Studii Parisiensis, omnibus et singulis Doctoribus, Gymnasiarchis, Professoribus et Scholaribus, Salutem./

In hunc annum decurrentem tam multa inciderunt laeta atque felicia, ut is procul dubio futurus sit in praesentis Regni fastis inter caeteros memorabilis. Sunt autem omnia, quae contigerunt, è consueto quidem, et qualia in omnium Populorum annalibus et Principum familiis usuvenire solemne sit, at non ideo minus annotanda; utpote quae singula ad aliquam publicitatis vel gloriam, vel utilitatem, alia aliter pertineant./

In illis porro, quibus insignitus hic annus est, rerum eventibus, ordinem

GEN. DE PARIS

duxit Augustissimi Regis consecratio, Remis quidem maximâ omnium pompâ atque felicitate peracta; at non minore deinde studio atque alacritate in cæteris Regni Civitatibus Provinciisque celebrata./.

Secutus est posteà brevi intervallo Serenissimi Infantis ortus, primùm hactenùs in Regiâ Domo optatæ fœcunditatis pignus, magnumque spei in dies invalescentis omen et augurium./.

Interim faustæ parabantur Augustæ Clotildis nuptiæ: illius Clotildis, quam nascentem exceperunt Religio et humanitas, et crescentem alucre certatim Gratiæ, nullique non sceptro habilem haud vulgaribus curis effinxere; quam etsi egregiè, ut decuit è tantâ tot Imperatorum Regumque stirpe Virginem, elocatam optabamus, abscedentem tamen omnes justissimis perculsi desideriis vix emisimus. Et abiit Illa quidem inter pias conjunctissimæ familiæ et infinitæ Civium multitudinis Lacrymas: abiit flens Ipsa ac pœnè insolabilis, et quanquàm ad consortem sui sanguinis suarumque virtutum Principem, et ad Socerum ut Regem ita et Patrem optimum properabat, nunquàm tamen suam Galliam, nunquàm nostros amores oblitura./.

At ecce Lætissimo Nuptiarum spectaculo aliud succedit spectaculum. Excita hilari tumultu tota perstrepit Lutetia. Adest enim verò Serenissima atrebatum Princeps, quam nuper, Serenissimo Conjuge hæc mœnia primùm intrante, nostri frustrà quæsierant oculi. Festinat itaque vix levata pastu, moramque celeritate compensans, si quid publicæ tùm Lætitiæ ejus invidit absentia, id Illa nunc Puerperii merito abundè cumulatum restituit. Ergò Illam omnis sexus ætasque avidissimè intueri: Illi voce, gesta et mille, quos inveniunt amor et admiratio, plaudendi modis gratulari. Beatam et verò Principem, quæ, quo die nostra primùm invisit templa, ea jam mater invisit, arasque nostras adorat supplex Illa quidem, at non mœsta, non gemebunda, non anxiis precibus ac suspiriis, sed exultans et læta, sed donis et gratiarum actionibus! Beatam iterùm, cui nihil jam optandum superest, nisi quod Ipsi cum totâ Gente commune sit; ut, qui format hominis Nativitatem, Deus multiplicatis suæ benignitatis muneribus Regiam Domum, universamque Galliam ardentissimi omnium voti faciat aliquandò compotes./.

In iis autem tot tantisque Lætandi ac benè sperandi causis; Cum æquum sit academicæ etiam Juventuti publici Gaudii aliquid impertiri; ut ad solita redeuntis anni Scholastici munia alacriores revertantur: Nos, indulgentissimæ Principis voluntatem ultrò interpretantes:

Mandamus ac præcipimus, Instauratio Scholarum, hoc anno, ne fiat ante decimum mensis Octobris diem; quo die solemne Sancto-Spiritui sacrum celebrabitur, et in Scholis solitæ orationes habebuntur./.

Datum, de Consilii Nostri Sententiâ, In ædibus Nostris Collegii Ludovici-Magni, die mensis Septembris vigesimo secundo, anno Domini 1775/

Fourneau Univ. Scriba

Guerin P. R.

30 7bris Die Sabbati trigesimâ ejusdem Mensis, Urbem ingressa est Serenissima Archiducatum Princeps, Deo O.M. gratias actura ob Natum Serenissimum Engolismensium Ducem. Ampl. Rector, comitantibus Decanis, Procuratoribus, officiariis Majoribus, duobusque apparitoribus, aste ædes Collegii Ludovici Magni, nomine Universitatis ipsam salutavit; brevem quidem orationem habuit, sed plenam elegantiæ et Dignitatis: cui benigne admodum respondit Augusta Princeps.

Fournault

7. octob. Anno Dni 1775, die Septimo octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni.

1° Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Ludovicus-Andreas Gabaille, Presbyter Parisinus, Claudius-Franciscus-Florimundus Pouyol, Subdiaconus Parisinus; Antonius Le Fevre, acolythus Ruthenensis; Guillelmus Richou, Diaconus Leonensis; Franciscus-Sebastianus Grevin, Subdiaconus Ambianensis; Bartholomæus Le Roux, Presbyter Constantiensis; de quibus retulit M. Joannes-Georges, Pro-Syndicus, se vidisse, tum eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum Stadii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cætera quæ instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit Suo præs. Supplicibus postulata concedi.

2°. Accessit Supplex, pro Licentiâ aperiendi Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis M. Petrus-Fidelis Sabarot, Carpentoractensis, in artibus Magister. Audito Pro-Syndico, Nominati sunt Ornat. Gallice et Florinanice Procuratores, qui de Supplicis vitâ et moribus inquirant et ad proxima Comitia referant.

Et ita conclusit amplissimus Rector. Guevin R.

11. octob Anno Dni 1775, die undecimo octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, generalia Universitatis Comitia, ad Sacras Supplicationes.

Post habitam ab Ampl. Rectore Orationem, plenam elegantiarum, fidei et dignitatis, quâ de gestis in suo Trimestri Magistratu retulit, confectoque biennio ejusdem Rectoris deposuit alteri committendos, Supplicarum prorogationem ab onere hæc incognitantia exscribentis.

Primum in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi Supplicavit pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii M. Jacobus

GEN. DE PARIS

Dionysius Sallentin, Subdiaconus Bellovacensis; de quo retulit M. Joannes Georget, Prosyndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari Audito Syndico, Placuit suum supplici postulatum concedi/.

Deinde Sacramentum solitum inter manus Rectoris praestiterunt duo Novi Librarii, Nicolaus Henricus Nyon, et Ludovicus Joannes La Claye, Parisini; a M. Simon, uno ex adjunctis rei Librariae praesentati/.

Itum est in Comitium, ubi post habitam ab ampl.o Rectore orationem plenam obsequii tum erga Sanctam Sedem, tum erga clerum Gallicanum, omnes Ordines rata et grata habuerunt quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decrevere; praeterea amplum promisere comitatum rite procedenti ad aedem Deo sacram sub invocatione S. Andreae ab Arcubus/.

Pontificem egit, S. M. N. Negret, Doctor Theologus, Senior Sorbonicus: Orationem sacram habuit S. M. N. de Vienne, itidem Doctor Theologus, Episcopus designatus à Rege aegeorum in partibus infidelium: Eucharisticam ad Pontificem M. Gueroult, Doctor aggregatus ad secundum Ordinem/.

Guerin R.

Anno Dni 1775, die Veneris decimâ tertiâ octobris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Rectoria/. 13. Oct.

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, plenam elegantiarum ac dignitatis, quâ de gestis in suo trimestri Magistratu summâ fide retulit, confectoque summâ cum Laude biennio, fasces Rectoris deposuit alteri committendos; factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi, Joannes Baptista de Rels de Bressoles de Pelamourge, clericus Mimatensis, ob debilitatem oculorum, quam scripto testatur M. Dupuy, Doctor Medicus Parisiensis; et eodem testante, Joannes Petrus Bonassies, clericus Cadurcensis, ob respirandi difficultatem; Claudius Franciscus de Thiollas, Genevensis, propter gecoris et ventriculi morbos, quos testatur M. Fumée, Doctor Medicus Parisiensis; Petrus Vincent, clericus Parisinus, ob visûs infirmitatem, testante M. Boutigny-Despreaux, Doctore Medico Parisiensi/.

de Rels de Bressoles

Bonassies

de Thiollas

Vincent

Posteà, jubente ampl.o Rectore, M. Michael Franciscus Le Bel, Scribae Vices gerens, Legit Epistolam ad amplissimum Rectorem datam ab Illustr.o Regni Administro Dom. D. de Malesherbes, ob factam die 23. Junii à M. Royou denuntiationem Libelli cujusdam Memorialis apud Regiam Scientiarum Academiam Lati, et ab uno è Professoribus Philosophiae Parisiensibus conscripti; quâ quidem Regis nomine jubet ad se mitti denuntiationem et instrumenta ad illam pertinentia; deinde quaelibet deliberatione super

isto negotio supersedere in Comitiis Academicis, donec aliter à Rege provisum fuerit/.

Audito super supplicibus et Epistola M. Joanne Georget, Pro-Syndico, surrexit M. Josephus St. Joirre, humanitatis Professor Emeritus, in Macchianæ, è Constantissima Natione; ac dixit, matutinis horis electam fuisse in Quatuor-Virum M. Chompré, se nequiquam reclamante; huic autem deesse unam et alteram è conditionibus requisitis per leges ad Quadrum viratum; interdere se ne confirmetur; atque ad Rectorem provocare/.

Igitur ampl. Rector, Procuratores, Viri Seniores ex unaquaque Natione è Comitio digressi, in aulam honorandi ordinis se contulerunt; consultante ingenti Virorum Academicorum frequentiâ/.

Primùm suo loco consederunt Rector et Procurator; ex adverso, Syndicus et Scribæ. Deinde ab uno ex appellatoribus appellata est causa/.

Tum, M. St. Joirre, actor, dixit, postulare se, ut Electio M.e Chompré nulla et irrita declararetur, sibi que Quadrum viratus adscriberetur: Primum quidem; quòd Legibus Academiæ sanctum sit, ut nemo in Quadrum virum eligatur 1.o qui certam et stabilem sedem in Universitate habuerit, saltem per sex menses ante electionem. 2.o qui per leges Rector este possit, Nunc verò M. Chompré, neque certam sedem habet in Universitate nisi tribus altrinsecùs mensibus; deinde, per leges Rector este non potest; cum ipse neque sit Professor, neque Baccalaureus in superiori facultate; adeoque inapax ex Statuto 74. post.e reformationis: alterum autem, quòd, nisi M. Chompré sit idoneus et capax ad Quadrum viratum, Vices suæ recurrant, nemine diffidente/.

Respondit M. Chompré, defensor, leges à M. St. Joirre memoratas è Statutis honorandæ et fidelissimæ Nationis este desumptas; earum verò nullam mentionem fieri inter Statuta Constantissimi ordinis; ipsum itaque his legibus non este obnoxium; ac consequenter validam este Electionem ab eo factam matutinis horis/.

Auditis Partibus, M. Joannes Georget, Syndicus, dixit, leges Quadrum-Viratus videri sibi omnibus Nationibus communes; adeò que concludit electionem M.e Chompré nullam et irritam este, atque infirmandam/.

Rogatis Procuratorum et Seniorum Sententiis: Visum est Deputatis Galliæ et Picardiæ Electionem M.e Chompré este contrà leges omnibus Nationibus in rebus ad Quinque-Viratum et Rectoratum pertinentibus communes, adeò que nullam, irritam et infirmandam; Deputatis verò Normaniæ et Germaniæ Constantissimum ordinem suprà dictis Legibus non este obnoxium; adeoque validam este electionem M.e Chompré/.

Bipartitis suffragiis, amplissimus Rector, secundum Sententiam Deputatorum Normaniæ et Germaniæ, Electionem M. Chompré in Quatuor-Virum ritè factam este; juxtà Leges Constantissimæ Germanorum Nationis/.

GEN. DE PARIS TRAORDINAIRE

Inde, Regressus in Comitium Rector dimisit Nationes ut deliberarent de Supplicis, Quatuor Viris mane electis, ratihabitione eorum quae gessit, et Epistolâ modo lectâ./

Nationes digressae ac regressae per Ornatissimos Procuratores retulerunt, a se 1° rata et grata haberi, quae gessit ampl. Rector in suo trimestri et biennali Magistratu, eique litteras commendatitias decerni. 2° Supplicibus omnibus indulgeri. 3° Confirmari Quatuor Viros matutinis horis electos, nimirum, pro honorando Ordine, M. Martinum Mayet, Baccalaureum Theologum, et Grammaticae Professorem in Sorbonae Plesseae; pro fidelissimo, M. Gilbertum Josephum Vallé, Licentiatum Theologum, Philosophiae Professorem Emeritum, Virum Procuratorium; pro venerando, M. Marcum Maupas, Professorem Grammaticae Emeritum, Virum Procuratorium; pro Constantissimo, M. Chompré, in artibus Magistrum./

De Epistolâ DD. de Malesherbes, censuerunt omnes obtemperandum esse Jussis Regiis. Addidit Veneranda Natio, inscribendam esse Epistolam Viri Illustrissimi in Commentariis tam Universitatis, tam Normanicae Nationis./

Quatuor Viri, praestito Sacramento, conclave subierunt: unde digressi per Mgrum Chompré retulerunt prorogatos à se fuisse, unanimi Suffragiorum Consensu, fasces Rectorios Viro amplissimo Dom. D. Francisco Nicolao Guerin./

Quae prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata et confirmata fuit./

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est./

Guerin Rector.

Anno dni 1775, die vigesimâ septimâ octobris, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Praeclarae Artium Facultatis, ad creandos novos Censores./ 27 Oct

Primùm, factâ supplicandi potestate, Nicolaus Joannes de Fredy, Diaconus Catalaunensis, ut ne sibi noceat, quod praenomen Nicolaus, in Catalogis omiserit; Jacobus Joannes Baptista Augustinus ut immunis fieret ab onere scribendi, propter sanguinis sputum, pectoris que morbum, quem scripto testatur M. Cosnier, Doctor medicus Parisiensis; Augustinus Fredericus Clement, Presbyter Catalaunensis, ut biennium in philosophicis Remis confectum sibi pro uno imputetur./ de Fredy Langevin

Audito de Supplicibus M. Joanne Georget, Prosyndico, ampl. Rector dimisit Nationes, ut de Supplicibus deliberarent, novos que Censores crearent./

Nationes digressæ, ac deinde regressæ per ornat. Procuratores retulerunt 1º à se indulgeri supplicibus. 2º Creatos esse novos Censores; in honorandâ quidem, M. Philippum Guillelmum Lecouffler, Baccalaureum Theologum: in fidelissimâ, M. Gaultier, Baccalaureum Theologum: in Venerandâ, M. Bellanger, Licentiatum Theologum, Virum Procuratorium, in Constantissimâ, M. Jacquin, Rhetoriæ Professorem in Marchiano/

Et ita Conclusit ampl. Rector./ Guerin R.

Cùm novi Censores solitum præstitere Sacramentum inter manus Amplissimi Rectoris; et sic soluta sunt Comitia/ Guerin R.

4 Nov Anno Dni 1775, die quartâ mensis Novembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni./ his in Comitiis, primùm Consedit M. Guido-antonius Fourneau, Novus Galliæ Procurator./

Primùm omnium, quoniàm M. Guido-antonius Fourneau, Scribæ munere fungi non poterit hoc anno, sive in Comitiis Deputatorum, sive in Comitiis generalibus Universitatis et Præclaræ artium Facultatis, Placuit Scribæ vices geri à M. Jacobo-Malburino Lambert, Eloquentiæ Professore Emerito, Antiquo honorandi Ordinis Procuratore et Censore, Viro Spectatæ fidei et integritatis, rerumque academicarum sciente pariter et amante. Qui Comitium ingressus solitum Sacramentum præstitit inter manus ampl. Rectoris/

Deinde, Supplicavit, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Claudius Franc. Duchessal, Diaconus Parisinus; de quo retulit M. Joannes Georget, Prosyndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, suum præf. sup. postulatum concedi/

Demùm, auditâ relatione Ornat. Normaniæ Procuratoris, de vitâ, moribus et peritiâ M. Petri-fidelis Sabarot, qui postremis in Comitiis supplicaverat pro aperiendo Pædagogio: audito M. hurtault Pædagogorum academicorum Procuratore seu agente; audito Claris. Pro-syndico, Placuit Pædagogii Litteras Mº Sabarot non priùs expediri, quin constet ipsum habere domicilium certum et stabile, unde pueros et adolescentes fidei suæ commissos ad Scholas academicas commodè possit deducere; et datâ fide spondeat, se nunquam discessurum ab instituendæ juventutis normâ apud academiam usitatâ/

Et ita Conclusit ampl. Rector/ Guerin R.

Anno dñi 1776, die secundâ decembris, habita fuit Comitia 2. dec.
Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni/.

1° supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Sebastianus Jeangron, Subdiaconus Trecensis, et Henricus Perret, Presbyter Matisconensis, strictioris observantiæ ordinis Cluniacensis expresté Professus; de quibus retulit M. Joannes Georget, Prosyndicus, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit Rua utrique supplici postulata concedi/.

2° Lecta et recognita sunt quæ efficiant superioribus in Comitiis rata et Statuta/.

3° indicta est dies Martis, hujus mensis duodecimas, ad Sacras supplicationes/.

4° Præmium Eloquentiæ Latinæ Magistris in artibus, anno præsenti Academiæ distribuetur, in hoc argumentum: Quantùm auctoritatis et Sanctitatis à Divinâ Religione sapientissimis humanæ Philosophiæ opinionibus et præceptis accedat/.

5° Auditâ relatione M. Le Bel, Quæstoris, de impensâ pecuniâ ad resarciendas ædes San-Barbaranas; Placuit, fidem ac diligentiam ejus laudari et approbari.

Acta concluxit amp. Rector/ Guerin R.

Anno dñi 1776, die duodecimâ decembris, habita fuit, in Collegio = 12. dec.
Ludovici Magni, Comitia generalia Universitatis, ad Sacras Supplicationes/.

Primùm in aulâ Tribunali Academicâ consessum est, ubi Supplicarunt prò litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Hilarius-Augustinus Noiron, Subdiaconus Laudunensis; Antonius-Stephanus-Laurentius Casnon, Acolythus Rothomagensis; Nicolaus-Joannes-Baptista de Fredy, Diaconus Catalaunensis; de quibus retulit M. Joannes Georget, Prosyndicus, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, atque in eis omnibus nihil desiderari: Audito Prosyndico, Placuit, Rua tribus supplicibus postulata concedi/.

decemb

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab ampl.o Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine litteras Commendatitias ipsi decrevere: amplum insuper Comitatum polliciti sunt rite procedenti ad aedem Dei sacram sub invocatione S. Ludovici, in Mazarinaeo/.

Ibi Pontificem egit M. Riballier, Magnus Collegii Magister, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, Theologicae facultatis Syndicus: Orationem habuit ad populum M. Dochemanne, Doctor Theologus, et socius Sorbonicus: Eucharisticam M. Vernade, Doctor-Aggregatus ad tertium ordinem/.

Et ita conclusit ampl. Rector/

16. dec

Anno dni 1775, die decimâ sextâ decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia Praeclarae artium Facultatis/.

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, facta supplicandi potestate supplicarunt, Franciscus Cochet, clericus Suessionensis, tum pro immunitate ab onere scribendi, cum ut restituatur nomen in posteriore Logicorum omissum, propter varias infirmitates, quibus jamdiu laborat, stomacho praesertim et capite, quas testatur M. Garnier, Doctor Medicus Parisiensis; Christianus-Franciscus Josephus Paulze, clericus Lugdunensis; quod praenomen Christianus, in duobus Logicorum omiserit; quod praenomen Josephus praenomini Franciscus praeposuerit; quod morbo gravi detentus, mensibus Novembri et decembri, rem testante M. Belleteste Doctore Medico Parisiensi, nomina sua in priore Physicorum non inscripserit; Pro immunitate ab onere scribendi, Franciscus Nobilleau Turonicus, propter oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Portal, Professor Regius: Petrus-Armandus Blin, clericus Parisinus; propter longam et assiduam tum ventriculi tum capitis imbecillitatem, quam scripto testatur M. Maigret, Doctor medicus Parisiensis; Joannes-Baptista Josephus Brohon, Cameracensis, propter oculorum morbum, quem scripto testatur M. Cosnier, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes-Vidaleine, Presbyter Sanflorensis, ob pectoris debilitatem, testante M. Decemet, Doctore Medico Parisiensi; Franciscus-Clemens Gaiault de Vic, avaricus, propter oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Cosnier, Doctor Medicus Parisiensis; Carolus-Achilles Bournet, clericus Claromontensis, ob varios oculorum defectus, ex variolis, quos scripto testatur M. Dupuy, Doctor Medicus Parisiensis; Stephanus-Regis Cabiron, clericus Rulhenensis, ob gravissimum quo nuperrime laboravit morbum, unde insignis debilitas, quam testatur idem M. Dupuy: Bernardus-Michael Marchand, Burdigalaeus; ob gravissimam oculorum imbecillitatem, quam scripto testatur M. Bordeu, Doctor Medicus Parisiensis; denique, M. Carolus-Gilbertus Le Brun, Lingonensis; ob gravissimum pectoris morbum, testante M. Dionis, Doctore Medico Parisiensi/.

Cochet, Paulze. Nobilleau Blin Brohon Vidaleine. Gaiault de Vic. Bournet Cabiron Marchand Le Brun

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Audito de Supplicibus M. Joanne Georget Pro-Syndico, Ampl. Rector dimisit Nationes ut deliberarent. 1º de Supplicibus. 2º de confirmandis Quatuor-Viris mané electis. 3º Petiit ut rata et grata haberentur, quæ gessit in suo trimestri Magistratu; 4º ut in singulis Nationibus nominarentur bini ad Concursum Deputati./

Nationes digressæ ac deinde regressæ per Ornatis. Procuratores retulerunt à se 1º indulgeri Supplicibus: 2º Confirmari Quatuor viros matutinis horis electos, nimirùm, pro honorandâ Natione, M. Delneuf, Humanitatis Professorem, in Montacutio: pro fidelissimâ, Mrum L'Homond, humanitatis Professorem in Cardinalitio; prò venerandâ, M. Bergeron, Baccalaureum Theologum: prò Constantissimâ, M. aherne, Licentiatum Theologum, Philosophiæ Professorem in Regiâ Navarrâ. 3º rata et grata haberi, quæ gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu, eoque nomine litteras Commendatitias ipsi decerni. 4º Nominatos esse in singulis Nationibus binos ad Concursum Deputatos: in Gallicanâ, MM. Treguer et Mayet, Grammaticæ Professores, in Ludovicæo et Plessæo: in Picardicâ, MM. Darragon, litterarum Professorem in Montacutio, et Lange, Philosophiæ Professorem in Cardinalitio: in Normanicâ, M. Sanson, Professorem Emeritum, et M. Bellanger, Censorem suum: in Germanicâ, M. cafaxe, Grammaticæ Professorem in Marchiano, et M. aherne, Philosophiæ Prof. in Regiâ Navarrâ/

Quatuor-viri, præstito inter manus ampl. Rectoris Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Mgrum aherne retulerunt, prorogatos à se fuisse fasces Rectorios M. Francisco-Nicolao Guerin-Rectori/

Quæ prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata et confirmata fuit/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin Rector!

Anno dni 1775, die vigesimâ nonâ mensis decembris, habita sunt Comitia Deputatorum ad res Cholotoeas; in quibus, M. Franciscus Michaël Le Bel, Quæstor reddidit rationes accepti et expensi, ad Renegialia anni præsertis 1775/. 29. dec

Visis, expensis, et approbatis singulis accepti et expensi articulis Compertum est residuum esse ex acceptis Summam 4308.t 1.s 5., quam ineunte proximo januario Placuit Primariis et Professoribus distribui/.

Et ita conclusit amplissimus Rector/. Guerin R.!

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Index Beneficiatorum et clientum Universitatis per decursum anni millesimi septingentesimi Septuagesimi quinti.

Beneficiatus.

Die quinta Augusti M. Petrus Bitter, Baccalaureus in Utroque Jure, et Gallicanæ Nationis Procurator, ab eâ designatus, ab Universitate nominatus est ad unam è Capellaniis Savoësianis, vacantem per obitum V. C. M. Petri Stephani Gourlin, Baccalaurei Theologi.

Papetarius

Die 19 Martii, Dominicus Cornu, à patre suo Librorum, Compactore Academico præsentatus Sacramentum præstitit pro officio Papetarii, vacante per Liberam abdicationem honesti Viri Trioullier.

Librarii.

Die 19. Junii, Augustinus hieronymus Brun, à M. Lottin, Juniore, uno ex adjunctis rei Librariæ præsentatus, Sacramentum præstitit.

Die 11. octobris, Ludovicus Joannes La Claye, et Nicolaus henricus Nyon, Sacramentum præstitere à M. Simon, uno ex adjunctis rei Librariæ præsentati.

Magni Nuntii

Ex Natione Gallicanâ.

Die 16. Januarii, Joannes Laurentius Siton, pro diœcesi et Episcopatu, Magalonensi, per Liberam abdicationem Nicolai Gibert.

Die 3ª Februarii, Ludovicus Compain, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Senonensi, per obitum Nicolai Savart.

Die 16ª Martii, Petrus Romanus Parel, pro diœcesi et Episcopatu Agathensi, per Liberam abdicationem Andreæ Doumerc-Boissac.

Die 23. Junii, Claudius Crampoinne, pro diœcesi et Episcopatu Sanflorensi, per liberam abdicationem Joannis Guillelmi Meygnen de Bailly.

Die 14. Julii, Nicolaus Chevalier, pro diœcesi et Episcopatu San-briocensi, per Liberam abdicationem Joannis Baptistæ Destors.

Die 16. Julii, Albertus Franciscus Le Fournier de Vargemont, pro diœcesi et Episcopatu (Sarragosse) Cæsaraugustensi, per Liberam abdicationem Martini Rousquin.

Die 12. Septembris, Jacobus heutte, pro diœcesi et Episcopatu Lectorensi, per obitum Ludovici Petri Le Carpentier.

Ex Natione Gallicanâ

Die 18. octobris, Paulus Malherbe, pro diœcesi et Episcopatu Lingonensi, per liberam abdicationem Jacobi Chartier.

Die 15. novembris: Claudius Chol de Dercy, pro diœcesi et Episcopatu Carcassonensi, per obitum Petri Guillot du Saulsay.

Ex Natione Picardicâ

Die 8. Novembris, Franciscus de la Grange de Forte, pro diœcesi Ambianensi, per liberam abdicationem Stephani Fournier.

Ex Natione Germanicâ

Die 20. Januarii, Franciscus Annetus de Mongirod, pro diœcesi et Episcopatu Roschildensi, per liberam abdicationem Joannis Bannique.

Die 22. Januarii, Jacobus Valentinus de Lic, pro diœcesi et Episcopatu Chelmensi, per obitum Joannis-Baptistæ Veron.

Die 21. Aprilis, Adrianus-Fidelis Lelannus, pro diœcesi et Episcopatu Arembergensi, (Darelberg) per obitum Joannis-Baptistæ Crestel.

Die 6. Julii, Philippus-Carolus Le Gendre de Villemorien, pro diœcesi et Episcopatu Glascuensi, per liberam abdicationem Laurentii Renati Ferrand.

Apparitor Picardicæ

Die 9. Novembris 1775, Ludovicus-Mongin, à fidelissimâ Natione antehac nominatus in adjutorem Pauli Estevé, Majoris quidem Nationis apparitoris, suffectus est in ejus locum, vacantem per obitum.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Acta,
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum
Anni millesimi septingentesimi septuagesimi sexti

Anno dni millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, die verò decimâ tertiâ mensis Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis Consederunt, Amplissimus Rector, M. Franciscus Nicolaus Guerin; Facultatum Decani, M. Joannes Certain, Theologiæ: M. Edmundus Martin, Jurium: M. Jacobus Ludovicus alleaume, medicinæ; Nationum Procuratores, M. Guido antonius fourneau, Galliæ: M. Claudius Masle, Picardiæ: M. Marinus Josephus le Seigneur, Normaniæ: M. Poirot, Germaniæ: Officiarii Majores; M. Joannes Georget, Pro-Syndicus: M. Jacobus Malburinus Lambert, Vice-Scriba: M. Franciscus Michael Le Bel, Quæstor/ 13. Janu.

1º Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Joannes Baptista Pinsart, Diaconus Laudunensis; et Bertrandus Chavinier, Presbyter Claromontensis; de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat Legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Clar. Pro-Syndico, Placuit sua præf. Supplicibus postulata concedi/

2º Lecta et recognita sunt quæ fuerant, superioribus in Comitiis acta et statuta/.

3º Redditæ sunt rationes accepti et expensi ad solemnem Præmiorum academicorum distributionem, per decursum anni 1775/.

Visis, expensis, et approbatis singulis acceptorum et expensorum articulis, Compertum est 1º Summam acceptorum minorem esse 240tt. Suprà tredecim solidos et quinque denarios. 2º inter manus Quæstoris residuam esse quandam selectorum librorum supellectilem ad dictam distributionem pertinentium; unde fit, ut fide et diligentiâ M. Francisci Le Bel, integerrimi Quæstoris, acceptorum et expensorum summæ tandem quadrarent/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin Rector

Januario — Februario

28 Jan. Die vigesimâ octavâ ejusdem mensis Januarii, Amp. Rector et Praeclara Artium Facultas interfuerunt solemni sacro, quod, ad memoriam Divi Caroli Magni, celebrari solet, quotannis, in Regiâ navarrâ, ex institutione V. C. M. Egasse Duboullay. / Guerin R.

Fourneau
Scriba

30. Jan. Die trigesimâ ejusdem mensis Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos de more detulerunt minoribus Magistratibus; ad singulos Orationculas habuit V. C. M. Jac. Math. Lambert, Vice-Scriba, plenas elegantiarum /

Fourneau
Scriba

31. Jan. Die trigesimâ-primâ ejusdem mensis Januarii, congregati sunt, in Collegio Ludovici Magni, Rector, Decani, Procuratores, singuli cum adjunctis, Majoribus infulis ornati, officiarii Majores, et omnes apparitores cum Universitatis cursore; indeque octo curribus vecti, cereos de more detulerunt, primùm ad Illustrissimum Archi-Episcopum Parisiensem, dein, ad Serenissimum Aurelianensium Ducem, posteà ad Illustrissimum Regiorum Custodem, demùm ad singulos Supremarum Curiarum Praesides. Ubique Ampl. Rector orationes habuit tersas et nitentes, praesertim verò, apud Seren. Aurelianensium Ducem, et Ill. Regiarum rationum Praesidem /

Fourneau
Scriba

1. Febr. Die primâ Februarii, iidem Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis Majoribus et omnibus apparitoribus, contulerunt se versalias, cereos Regi et Reginae oblaturi. Amplissimus Rector, apud Regem, et Universitatis nomen, et quam ipse sibi jamdudùm fecit facundiae famam egregiè sustinuit; Regem enim allocutus est eâ brevitate et nobilitate, quâ decet Maximos Reges. / Apud Reginam, Oratio non est habita; nimirùm, usu receptum est, ut Regi prior salutatio nuncupetur, nisi ipse ab illo Majestatis ordine discedendi potestatem fecerit. Cùm igitur ad Regem datus non esset aditus ante horam sesqui secundam, inde factum est, ut augustissima Regina ad Nivealem Trachilium Rhedarum (gallice traineaux) decursionem prius discesserit, quàm cereum illi offerre potuerimus. Id verò tantisper nobis solatii fuit; primùm, quod nostri non immemor, ante discessum petierit, utrùm Universitas in anteriori suo conclavi de more adesset, cereum sibi oblatura: deinde quòd Serenissima Princeps Lamballaea, summa Reginae domûs moderatrix, singulari benignitate Universitatis Deputatos excepit, atque vices nostras suo plendi provinciam in se suscipere non dedignata est. / Guerin R.

Fourneau

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1776, die sabbati tertiâ februarii, horâ decimâ matutinâ, amplissimus Rector et Praeclarâ artium facultas, interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud FF. Praedicatores/ 3. feb.

Fourneau
Scriba

Eâdem die, horâ secundâ pomeridianâ, habita sunt Comitia ordria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/.

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Ludovicus Joannes Carolus Boudier, Subdiaconus Parisinus, et Petrus Huguet Subdiaconus Claromontensis; de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quas audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confecta; caeteraque instrumenta, ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Clar. Pro-Syndico, suum utrique supplici postulatum consessum est/

2° Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

Et ita conclusit amplissimus Rector/. Guerin R.

Anno dni 1776, die octavâ februarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis ad concursum./ 8. Febr.

1° ex singulis tribus Philosophorum, Rhetorum et Grammaticorum ordinibus designati sunt duodecim Magistri, inter quos Illust. Senatus Princeps, cum Illust. Viris Regiis, de consilio amplissimi Rectoris, sex Magistre seligant, pro uno quoque ordine/

Pro ordine Primo. MM. Basset, Turquet, Mazeas, Hamelin, Vallé, Camyer, Macdonogh; Philosophiae Professores Emeriti: MM. Rhedon, Beguin, Capin, Lingois, Despreaux, actu Regentes/

Pro secundo Rhetorum. MM. Lallemant, Lambert, Fargault, Quervelle, Le Bel, Maltor, Vicaire, Samson; Emeriti: MM. Desmales, Gaudet, Patin, Dupuy; actu Regentes/.

Pro tertio Grammaticorum; MM. Sencier, Le Roy, Gardin, Cahours, Wallet, Maupas, Emeriti: Tregueu, Duboscq, Le Seigneur, Guyot, Delneuf et Cafaxe, actu Regentes/.

2° Factâ enumeratione Doctorum in artibus Aggregatorum, sive Parisiis sive extra urbem degentium, Compertum est

Februario

3°. Placuit indici, 1° diem decimam sextam mensis Martii, quo Clar. Pro-syndicus referat de Candidatorum Nominibus, Litteris Baptisterii et Artium Magisterii, vitaeque laudabiliter actae testimoniis. 2° ejusdem mensis vigesimam secundam, ad audiendas Deputatorum relationes de vita et Moribus Candidatorum. 3° ejusd. mensis trigesimam, ad aperiendum concursum/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin R.

10. feb. Anno dni 1776, die decimâ februarii, habita sunt Comitia extra-ordria Deputatorum universitatis, in Collegio Ludovici-Magni; ad dirimendam controversiam, occasione Bursae Burgundicae exortam/. nimirum.

Ab annis quinque unius è Bursis in Regio Burgundiae Collegio fundatis Pacificus possessor erat quidam adolescens nomine Louvrier, in tractu Nivernensi, extrà Comitatus Burgundiae Limites Natus. Quam ob causam à Primario et Examinatoribus Collegii Ludovici Magni, Bursâ destitutus, et è Collegio dimissus fuit, reclamante ejus avunculo, M. Gourlez de La Motte, Doctore Medico Parisiensi: inde controversia, Libellus supplex Rectori oblatus, Primarius Ludovicaeus ad hodierna Comitia vocatus per accensum publicum. At neutra pars comparuit; Controversiâ pacificè compositâ. Primario enim Ludovicaeo et examinatoribus Bursariorum, visum est dictum Louvrier Bursae et Collegio restituere, salvis contendentium juribus, si qui forte futuri sint. Quâ de re, audito M. Joanne Georget, Pro-syndico, Placuit laudari dicti Primarii et Examinatorum fidem et diligentiam/

Et ita conclusit amplissimus Rector/. Guerin R.

2. Martii. Anno dni 1776, die secundâ mensis Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni/. Quibus in Comitiis primum adfuit M. Lalourcey, novus Jurium Decanus/

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Antonius Gaudebout, Presbyter ambianensis; Carolus-Franciscus Racine, Acolythus Noviomensis: Claudius Maria Gatignon, clericus San-Claudiensis; Franciscus-Béchant, subdiaconus Tullensis; Joannes-Antonius Loud, acolythus Gratianopolitanus; Joannes-Baptista Valentinus Malafosse, Presbyter Mimatensis; Joannes de Foucaud, Presbyter Petrocorensis; Josephus-Augustinus Crassous de Medeuil, clericus Rupellaeus; Ludovicus-Joannes-Baptista Franciscus Poultier, subdiaconus Ambianensis; Martialis Borie de Renaudes, clericus Tutellensis; et Paulus Ambrosius Frere de Villeframon, acolythus Tutellensis: de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Litteras Magisterii, tum Profes- sarum, quos accedierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: Audito Pro-syndico, Placuit, sua supplicibus postulata concedi, eâ Lege, ut M. Bechant Litteras tonsuræ exhibeat./

2° Supplicavit, pro iisdem Litteris Nominationis, jure Septennii in utroque jure confecti, et Doctoratus in eadem facultate M. Joannes-Baptista Petit-Didier, Presbyter Tullensis: de quo retulit M. Joannes Georget, Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; nisi quod in litteris tonsuræ Prænomen Baptistæ omissum fuerit: deinde quod modus supplicandi, jure Septennii et Doctoratus sit insolitus: Audito Pro-syndico, Placuit, suum supplici postulatum concedi, eâ lege, ut in litteris tonsuræ prænomen Baptistæ restitui curet; deinde ne modus supplicandi in consequentiam trahat./

3° Supplicavit, pro iisdem litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, M. Petrus-Daniel Kansquer, Presbyter Corisopitensis, non quidem ipse, sed per procuratorem, M.rum Franciscum-Mariam Roulloin, Presbyterum Corisopitensem: nimirum, paucos ante dies, Curriculo Licentiæ in Theologiâ feliciter peracto, ab urbe digressus est dictus de Kansquer, ita Jubente Illustrissimo Turonensium Archi-Episcopo, à quo cum litteræ datæ fuerint ad amplissimum Rectorem, quibus supplicis absentiam excusari postulat, ejusque sonticam causam affert: Audito amplissimo Rectore, et M. Joanne Georget Pro-syndico; Lectâ præd. Archi-Episcopi Epistolâ, Placuit annui supplici./

4° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

5° Lecta et approbata est tabula virorum Academicorum, qui tributum viritim impositum (gallicè La Capitation,) apud urbis Basilicam, singulis annis solvere tenentur./

6° Placuit Cluniacensibus ab amplissimo Rectore concedi Litteras testimoniales, quibus fidem faciat, Cluniacenses, apud Universitatem Parisiensem, pro viris Religiosis Ordinis S. Benedicti, nusquam non habitos esse: adeò que, antiquo usu receptum esse, ut Litteræ Nominationis promiscuè expediantur: Benedictinis quidem, in ipsa Beneficia Ordinis Cluniacensis appellatione nuncupata; Cluniacensibus verò, in Beneficia ordinis S. Benedicti./

7° Stetit se vir Clarissimus, Academiæ votis tandem restitutus, M. Paulus-Hamelin, antiquus Rector et Academiæ Bibliothecarius; atque obtulit, quòd statuta præscribunt Senatûs autoritate confirmata, Duplicem Catalogum: alterum Librorum, quos, ex quo, Rege Jubente, ab hac urbe ad regendum Collegium Flexiense profectus est, viri Academiæ amantes ejus Bibliothecæ dono dedere.

alterum, eorum, quos, ex pecuniâ ad emendos nobos libros destinatâ, comparare proponit. Audito M. Joanne Georget, Pro-syndico, Placuit, V. C. M. Paulum Hamelin rogari, ut suum singulis libris emendis pretium apponat, priusquam eorum Catalogus approbetur et subsignetur./

Et ita, super his septem capitibus, Conclusit ampl. Rector./

Guerin R.

5 Martii

Anno dni 1776, die quintâ mensis Martii, nimirum, feriâ tertiâ secundae hebdomadae Quadragesimalis, horâ septimâ matutinâ, habita sunt Comitia generalia Deputatorum Universitatis, ad aperiendum rotulum nominationum, pro more majorum./; Quem quidem, audito Pro-syndico, aperiri placuit, pro more majorum./

deinde, supplicavit, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii, M. Edmundus-Jacobus Dambrun, Presbyter Parisinus; de quo retulit M. Joannes-Georget, Pro-syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; audito Pro-syndico, Placuit suum supplici postulatum concedi./

Tum, digressis sapientissimis Decanis, supplicavit idem Jacobus Edmundus Dambrun, contra Rectore et Procuratoribus, ut errorem qui irrepsit in Catalogos scribae, cum nomen suum inscriberet, emendari jubeant: nimirum gentilitium nomen inscriptum est per litteram E:, quod inscribendum erat per litteram A. Exposuit, se Pastoris vices gerere, octo ab urbe Lucis; adeoque cum dies, qua proxima habebuntur Praeclarae artium facultatis Comitia, erit ipsum annuntiationis B. Virginis Pervigilium, ad ea sistere se praesentem, sine sacri Ministerii detrimento non posset. Audito super eâ re Pro-syndico, Placuit, sub beneplacito Praeclarae Artium Facultatis, suum praefato supplici postulatum concedi./

Demum ad aulam Tribunalis Academici processum est; ubi, praesentibus Decanis et Procuratoribus, V. C. M. Paulus Hamelin, utrumque librorum Catalogum, de quo superioribus in Comitiis, ampl.° Rectori et Deputatis obtulit, addito singulis libris suo pretio. Audito M. Joanne Georget, Syndici vices gerente, utrumque Catalogum Placuit unanimiter laudari, approbari, et ab ampl.° Rectore subscribi./

Et ita conclusit ampl. Rector./ Guerin R.

16. Martii

Anno dni 1776, die decimâ sextâ mensis Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis, ad concursum, selectorumque à summis Magistratibus Arbitrorum./

1° Lecta est Tabula est Tabula dicta Virorum academicorum, quos Illustrissimus Senatus Princeps, et Illust. Viri Regii, de Consilio ampl. Rectoris, selegerunt, in arbitros concursus proximè imminentis./

IMPRIMERIE DE PARIS

Liste
des Juges du Concours, année 1776

Premiere classe, pour la Philosophie. MM. Turquet, Mazeas, Hamelin, Vallé, Camyer, Macdonogh./

Seconde classe, pour la Rhetorique, seconde et troisieme. MM. Lambert, Jurgault, Le Bel, Maltor, Vicaire, Desmales/

Troisieme classe, pour la Grammaire, quatrieme, cinquieme, et sixieme. MM. Senicar, Le Roy, Gardin, Guyot, Le Seigneur, Delneuf./

Fait à l'hotel de M. Le Premier Président, le vingt neuf fevrier 1776.
Signé, Dalbigre, Seguier, Joly de fleury, Dagueseau de fresne, Joly de fleury./.

2°. Retulit M. Joannes Georgel, Pro-Syndicus, ad proximum Concursum sistere se quindecim Contendentes: nimirum, tres pro primo ordine, totidem pro secundo; novem verò, pro tertio. Deinde eorum nomina recitavit, demùm dixit, sibi à singulis tradita esse instrumenta ad Concursum requisita/

3°. Nominati sunt, pro singulis Contendentium ordinibus, Deputati; qui de testimoniis vitæ et morum inter Pro-Syndici manus traditis, inquirant, et ad proximum Comitia, die 22ª. Hujus mensis Kalendas referant; scilicet, pro primo ordine: MM. Vallé et Camyer: pro secundo, MM. Le Bel et Maltor: pro tertio MM. Gardin et Guyot/.

Et ita concluxit ampl. Rector/.

Guerin R.

Anno Dni 1776, die decimâ nonâ Martii, habita sunt, in Collegio Lud. Magni, Comitia generalia Universitatis, ad sacras Supplicationes/. 19. Martii

Primùm in aulâ tribunali Academiæ consessum est, ubi Supplicarunt, prò litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Carolus albertus Ludovicus de Lestré, Presbyter atrebatensis; Petrus Francus Gabry, Subdiaconus ambianensis; Petrus Gauther, Presbyter Lingonensis; Jacobus adrianus Bollart, Presb. ambianensis: de quibus retulit, M. Georgel, nihil desiderari. Quo audito, Placuit Supplicibus postulata concedi/.

Item est in Comitium, ubi post habitam ab amp. Rectore Orationem, omnes ordines rata et grata habuere quæ gessit, Litteras Commendatitias dedisse, amplum Comitatum polliciti sunt ritè procedenti. ad ædes Deo sacras, sub invocatione B. Mariæ Magdalenæ, apud FF. Minoritas Majoris Conventûs/.

Ibi rem sacram peregit M. Negrel, Doctor et Senior Sorbonicus: Orationem sacram habuit ad populum M. Clemenceau, itidem Doctor Theologus, è Societate Sorbonicâ: Eucharisticam ad Pontificem, M. Poullain, Doctor aggregatus ad tertium ordinem/.

Surneau
Univ. Scriba.

22 Martii — Anno dni 1776, die ~~vigesimo nono M~~ vigesimo-secundo Martii, habita sunt Comitia arbitrorum et Deputatorum Praeclarae artium facultatis ad Concursum, in Collegio Ludovici Magni./.

1° Quod dixit M. Joannes Georget, Pro-syndicus, duos sistere se novos ad Concursum Candidatos, nimirum, M. de Baudre, clericum Bajocensem, pro secundo ordine, et M. Aegidium Le Provost, clericum Abrincensem, pro tertio; eorum vero Litteras testimoniales, annuente amplissimo Rectore, inter Deputatorum manus traditas esse, quod non semel factum; Placuit ratum et gratum haberi, quod a Rectore gestum est.

2° Audita Deputatorum relatione, de vita et Moribus Candidatorum, Placuit ad Primum Philosophorum ordinem tres admitti: quatuor ad secundum, et novem ad tertium; eorumque tabulam typis mandari, ac distribui./

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Guerin R.

23. Mar — Anno dni 1776, die vigesima tertia mensis Martii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Rectoria Praeclarae artium facultatis./

Gabiot — Post habitam ab ampl. Rectore orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt, 1° pro immunitate ab onere scribendi, Petrus antonius Gabiot, Aduensis, propter oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Barbeu-Dubourg, Doctor Medicus Parisiensis; Augustinus antonius Benoit du portail, ob similem oculorum imbecillitatem, testante M. Coste, Doctore medico Parisiensi; Carolus-hubertus Peuchot, Tullensis, propter eandem oculorum hebetudinem, quam scripto testatur M. Malloüet, Doctor medicus Parisiensis; Ludovicus antonius Bernard, Bellovacus, propter pectoris debilitatem, testante M^ro Belleteste, Doctore medico Parisiensi. 2° Maria Margaritha Alexander-Josephus de Faudoas-Serillac, clericus Parisinus, ut ne sibi noceat, tum quod praenominum ordinem varie scripserit, tum quod nomen gentiletium Serillac omiserit: Emmanuel, Franciscus, Paulus, Gabriel hilarius de Bausset-Roquefort, Acolythus Massiliaeus; quod praenomina inverterit, et praenomen Gabriel omiserit; 3° de Jacobo d'Ambrun, Presbytero Parisino, qui die 5^a huius mensis, pro reformando nomine supplicavit, sub beneplacito Praeclarae artium facultatis retulit M. Joannes Georget, Pro syndicus./

Benoit du Portail — Peuchot. — Bernard. — de Faudoas-Serillac — de Beausset Roquefort

Audito M. Joanne Georget, Pro-syndico, Rector dimisit nationes ut deliberarent, de supplicibus, rati habitione eorum quae gessit, et confirmandis Quatuor-viris matutinis horis electis./

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornatissimos Procuratores retulerunt; 1° a se supplicibus indulgeri. 2° rata et grata haberi quae gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu. 3° confirmari Quatuor-viros matutinis horis electos; pro Gallicana Natione, M. Coutault, Baccalaureum Theologum; pro Picardica, M. Le vasseur, Rhetoricae Professorem, in Cardinalitio; pro

Normaniâ, M. Le Seigneur, Germaniâ, M. Jaquin, Hoquentiâ, Professorem in Martinianis/ Procuratorem suum: pro-

Addidit Venerandæ Nationis Procurator; Veneranda Normanorum Natio unanimi consensu nullam et irritam habet electionem M. Jaquin, matutinis horis factam; ut pote, quæ et usibus Universitatis, et Decreto anni 1587, quibus hodiè primùm derogatur, contraria sit: Quatenùs Venerandus ordo intercedit pro M. Jaquin munere Quadrumviri fungatur/.

Auditâ intercessione, Rector, Procuratores, et bini à singulis Nationibus antiquiores è Comitio egressi in aulam honorandæ Nationis transiêre ad illam judicandam/.

Appellatâ de more causâ; M. Bellanger, Venerandæ Nationis Censor et Actor, ejus nomine, causas intercessionis exposuit: Respondit M. Jaquin, Defensor, et Germaniæ Nationis Censor. Audito M. Joanne Georgel Pro-Syndico, Rogatis primò antiquioribus, deinde singulorum Procuratorum sententiis: — Dictum est, electionem M. Jaquin, Viri vocati in Quadrumvirum esse usibus Academiæ contrariam, irritamque; aliumve Quadrumvirum in ejus locum esse nominandum/. Et ita concluserit amplissimus Rector.

Tum Germaniæ Natio in aulam suam secessit; regressa que per Procuratorem suum retulit, loco M. Jaquin, in Quadrumvirum, electum à Se M. Le Loup, Philosophiæ Professorem in Lexovio. Deinde eadem Natio à Rectore dimissa, dictum M. Le Loup, pro more, confirmavit/.

In medium processit M. Jaquin, palamque declaravit, electioni M. Le Loup se intercedere, eâ sententiâ Rectoris ad Supremum Senatum provocare; atque hujus et intercessionis et provocationis actum petiit, quem ei Concessit ampl. Rector/.

Quatuor-viri, præstito inter manus Rectoris Sacramento, consulave salutarunt, unde digressi, per Magrum Le Loup retulerunt, prorogatos à se esse fasces Rectorios M. Francisco-Nicolao Guerin, Quæ Prorogatio ab omnibus Statim Nationibus Laudata, approbata et confirmata fuit/.

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est/. Guerin R.

29. Martii

Anno Dni 1776, die vigesimâ-nonâ mensis Martii, habita fuit in Collegio Ludovici Magni, Comitia Præclaræ Artium Facultatis, ad aperiendum Concursum/.

Primùm Rector, Procuratores Nationum, officiarii Majores Universitatis, Deputati Præclaræ artium Facultatis, vocati Concursûs arbitri, cum omnibus Candidatis et Approbatoribus interfuerunt Solemni Sacro, quod in Sacello Ludovici Magni celebratum est/

Inde ad aulam Academicam processum est, ubi M. Compagnator ab amplissimo Rectore nominatus Latinam habuit oratiunculam pro more laudativam Artium Facultatis: Carmen verò Latinè reseravit M. Julliard. D. A. Paris. Ord/.

Aprili

Posteà M. Georget, Pro-syndicus, retulit de candidatis qui se sistunt ad concursum: M. verò Lambert, vice-scribæ eorum nomina recitavit, sive ordine/.

Nomina et ordo
Magistrorum in artibus ad singulos aggregationis ordines contendentium, anno Mdcc. Lxxvi.

ad Primum ordinem

M. Nicolaus-Chrysostomus Bourlier, clericus Tullensis/
M. Joannes-Baptistæ-Franciscus Ouvray, subdiaconus Ambianus/

ad Secundum ordinem

M. Joannes-Baptista Victor Le Bon, Parisinus/
M. Bonus-Michael-Petrus-Paulus-Franciscus de Baudre, clericus Bajocensis/
M. Joannes-Franciscus Champagne, acolythus Æduensis/
M. Bernardus Gardin, Constantiensis/

ad Tertium ordinem

M. Ægidius Le Prevôt, clericus ambianensis/.
M. Jacobus-Carolus-Formage, Lexoviensis/
M. Stephanus Bureau, Diaconus Sagiensis/
M. Joannes Germain, Sanflorensis/.
M. Joannes-Baptista Le Grand, clericus Noviomæus/
M. Ludovicus Loucket, ambianensis/
M. Dionysius-Renatus Quidy, subdiaconus Parisinus/
M. Marcus-Franciscus de Pont-Gerard, acolythus Rhedonæus/

Demùm, recitatis à vice scribâ arbitrorum nominibus, præstitoque sacramento ab iis qui nondum præstiterant, distributus est candidatorum indiculus. Et sic soluta sunt comitia/

Fourneau scriba Guerin R.

2. Apr. Anno dni 1776, die sexta aprilis habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, comitia ~~ordinaria~~ Deputatorum Præclaræ artium facultatis, de Collegio Flexiensi/.

Quòd ampl. Rector, in generalibus Præclaræ artium facultatis, die 22. mensis martii habitis, dixit, rem Collegii Flexiensis sic esse, ut Deputatorum Consilium postulare videatur: ideòque bini è singulis nationibus Deputati nominati sunt, Nimirùm, è Gallicanâ, MM. Camyer et Mattor, viri Rectordi; è Picardicâ MM. Le Bel et Vallé, viri Procuratorii: è Normanicâ, MM. Mestret et Le Seigneur, viri Procuratorii: è Germanicâ, MM. Aherne et Cafaxe, viri Procuratorii; idem ampl. Rector libellum memorialem conscripsit super hunc rem/.

BIBL. DE PARIS ARTHA ORDINAIRE

Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Placuit 1° Libellum ab ampl° Rectore conscriptum laudare et approbari. 2° Rogare ampl. Rectorem ut quam adhibuit hac in re diligentiam eandem adhibere pergat; ne litteris patentibus Collegii Flexiensis Co-optationem cum Universitate Parisiensi instituentib quidquam derogetur; adeoque, quandoquidem dictum Collegium jam ab Universitate transiturum est ad unam ex illis familiis quae nobiscum nullam habent conjunctionem; ne Philosophicum biennium apud Flexienses confectum deinceps valeat ad obtinendum gradum Magisterii in artibus; demum, assumptis secum Comitibus Procuratoribus Nationum adeat Illustr. Procuratorem Catholicum, Libellum modo Lectum Praeclarae artium facultatis nomine ipsi oblaturus.

Et ita conclusit ampl. Rector / Guerin R /

Anno dni 1776, die sexta aprilis habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis primum adfuere MM. Sonnet et Carroll, novi Normaniae et Germaniae Procuratores / 6. apr.

1° Nullus stetit se supplex.

2° Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3° Dictum est unam e Capellaniis Savoesianis vacare per obitum M. Antonii Le Clerc, Presbyteri Claromontensis, Baccalaurei Theologi, ultimi illius possessoris pacifici; adeoque, cum postrema minorum Universitatis Beneficiorum praesentatio ab honorando ordine facta fuerit, nunc vicem praesentandi ad fidelissimam nationem transiisse /

Et ita conclusit amplissimus Rector / Guerin R /

Anno dni 1776, die decima quinta aprilis, hora septima matutina, habita est, in Collegio Ludovici Magni, Synodus academica / 15. apr.

Post habitam ab ampl° Rectore orationem, qui Beneficia ex nominatione et collatione Universitatis possident appellati sunt, hoc ordine /

Pastores Ecclesiarum Parochialium /

M. Joannes franc. de La Roüe, Doct. Theol. Pastor Eccl.ae Paroch. SS. Cosmae et Damiani /

M. Petrus Guillelmus Le Cordier, Doct. Theol. Pastor Eccl.ae Parochialis S. Germani veteris /

M. Joannes-Antonius Armand, Lic. in Utroque Jure, Pastor Eccl.ae Paroch. S. Andreae ab arcubus, inter majores Beneficiatos ultimo nominatus, recurrentib Juridicae facultatis vicibus /

Aprili ——— Maio ———

Capellani.

M. Nicolaus Louvel, Doct. Theologus, Provisor et Primarius harcurianus, Capellanus Capellaniae B. Mariae in Eccl.a Par. S. Andreae ab arcubus/

Capellaniarum Savoësianarum.

M. Antonius Vicaire, antiquus Rector, et Eloq. Prof. Emeritus/

M. Josephus S.t Joirre, Bac. Th., et humanitatis Prof. Emeritus./

M. Bertrandus Dupuy, Bac. Theol.

M. Petrus Bitter, Baccal. Theol. inter minores Benef. ultimo nominatus, recurrentibus honorandae Gallorum Nationis vicibus/

Capellaniarum de Castelleto./

M. Julianus Chabrun, Bac. Theol./

M. Alcymus Lottin, Doct. in Utroque Jure/.

M. Petrus Durand, in artibus Magister/

Capellaniarum de Thesauro Regio/

M. Franciscus de Montchablon, Pastor in diaecesi Catalaunensi/

M. Carolus Lalourcey, clericus Senonensis/

Abfuere MM. Cordier et Armand inter pastores; et excusationis causam attulere abfuere etiam MM. Lottin et Durand, Mont-chablon et Lalourcey, duoque posteriores excusari se postularunt/

Audito Pro-syndico, Placuit Laudari praesentes: absentes, qui Sonticam absentiae causam attulerunt, excusari: caeteros solitâ multâ plecti/.

Digressis Beneficiariis; M. Maste, fidelissimae Nationis Procurator, protulit Instrumentum è Commentariis dictae Nationis extractum et rite subsignatum, quo constat, ipsum à Natione suâ designatum fuisse ad Capellaniam Savoësianam vacantem per obitum M. Antonii Le clerc, ultimi illius possessoris pacifici. Audito M. Joanne Georget, Pro-syndico, Placuit, M. Claudium Maste, ~~Presbyterum~~ Diaconum ambianensem, ~~nominari~~ ab ordine fidelissimo, cujus vices recurrunt, praesentatum ab Universitate nominari ad Capellaniam Savoësianam vacantem per obitum M. Antonii Le clerc, ultimi illius possessoris pacifici; eundemque ab ampl.o Rectore mitti in possessionem realem et corporalem dictae Capellaniae/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin R./

4 Maii Anno Dni 1776, die quartâ Maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici-Magni. Quibus in Comitiis primum Consedit M. — Lange, novus Picardiae Procurator/

1.o Supplicavit, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Claudius Babut, subdiaconus aeduensis; de quo retulit M. Joannes Georget, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem

requisita, in quibus nihil omnino desiderari. Quo audito, Placuit suum supplici postulatum conced./

2º Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3º Accessit ad Tribunal Academicum V. C. M. Joannes-Baptista Gardin, olim Rhetoricae Professor, et postea Primarius Ludovicaeus, idemque dixit, elucubratum à se in usum Juventutis opus novum, cui titulus est Synonima Linguae Latinae exemplis illustrata; ac petiit, nominari Deputatos, qui illud expendant, ac de eo referant. Audito Pro-syndico, Placuit nominari V. C. MM. Le Beau, et Maltor; antiquos Rhetoricae Professores/

Et ita Concluxit Ampl. Rector/ Guerin R./

Anno dni 1776, die undecimâ maii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni Comitia Praeclarae Artium Facultatis, ad claudendum Concursum/ 11. Maii

Primum celebratum est, in Sacello dicti Collegii, Solemne Sacrum, Cantatusque Supremus Eucharisticus/

Itum est deinde in Conatium, ubi, post habitam orationem Latinam, a M. Cousty, Doct. aggregato primi Ordini; carmenque Latiné recitatum à M. Jullien, Doctore aggregato ad tertium: Novi Doctores aggregati, hoc ordine appellati sunt/.

Nomina

Doctorum in Artibus Aggregatorum, die 11. Maii, anno MDCCLXXVI=

ad primum Ordinem/

M. Nicolaus Chrysostomus Bourlier, clericus Tullensis/

M. Joannes Baptista Franciscus Ouvray, Subdiaconus Ambianus/

ad Secundum Ordinem/

M. Joannes Baptista Victor Le Bon, Parisinus/

M. Joannes Franciscus Champagne, Acolythus Aeduensis/

M. Bernardus Gardin, Constantiensis/

ad tertium Ordinem/.

M. Jacobus Carolus Formage, Lexoviensis/

M. Marcus Franciscus de Pont-gerard, Acolythus Rhodonaeus/

M. Joannes Albertus Cazimirus Germain, clericus Leodiensis/

Fourneau Guerin R.

Anno dni 1776, die primâ Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni./ 1. Junii

1º Supplicavit, pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii

M. Petrus-Franciscus Renoque, subdiaconus ambianensis, decretalist et M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desideraui. Quo audito, Placuit, suam Supplicij postulatum concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant expensa in Comitijs acta et statuta.

3° Supplicauit M. Joannes-Josephus-Innocentius Drouet, Parisinus, in artibus Magister, pro licentiâ aperiendi hic in urbe Pedagogij, sub nomine et clientelâ Universitatis. Audito Pro-Syndico, nominati sunt M. Lunyo, Prædicti Procurator, et M. Lambert Vice-Scriba, qui de Supplicis vitâ, moribus, et peritiâ inquirant ac referant.

4° indicta sunt Sacra Universitatis Supplicationes ad diem decimam nonam hujus mensis.

Et ita concluxit ampl. Rector. Guerin R.

11 Junii — Anno Domini 1776, die undecimâ Junii, Rector, Decani, Procuratores, cum officiariis majoribus et quatuor Præclaræ artium facultatis assistentibus, minoribus insulis ornati congregati sunt in Collegio Ludovici Magni, per schedulas pridiè missas. Inde quatuor curribus vectâ Reuntiarum ad ædes Virorum Illust. DD. de Clugny, et DD. Arnelot: priori Rector gratulatus et commissam rècens curiarii-Præfecturam, huic vero urbis et aulæ ministerium. Utrique benignè et honorificè respondit.

Fourneau Scriba. Guerin R.

14 Junii — Anno Domini 1776, die veneris decimâ quartâ Junii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis, in Collegio Ludovici Magni, ad designandos Præsides et arbitros Concertationum ad proximam Promotionem Academicarum distributionem. Quorum quidem tabula unanimi consensu conscripta est, in proximis præclaræ artium facultatis Comitijs palam recitanda.

Fourneau Scriba. Guerin R.

19 Junii — Anno Domini 1776, die decimâ nonâ Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ~~Rectoria Præclaræ artium facultatis~~ generalia tenuissimis ad sacra Supplicationes.

Primum in aula Tribunalis Academici consessum est, ubi Supplicum, pro litteris nominationis, jure Magistrii artium et quinquennii, M.M. Antonius-Ludovicus-Naw, Presbyter Leodiensis; Matthæus-Felix-Blin, Diaconus noviomensis; Joannes-Baptista-Franciscus Desgambe de Sajac, Subdiaconus Rivensis; Petrus-

GEN. DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Gregorius Chollet, Presb. Parisinus; Antonius Thierry, Diaconus Ambianensis; Antonius-Joannes Junot, Presbyter Parisinus; de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/.

2° Audita relatione MM. Lange et Lambert, de vita, moribus et peritia M. Joannis-Josephi-honorati Drouet, Parisini; qui postremis in Comitiis supplicaverat pro Paedagio Academico: Auditis tum M. Hurtault, Paedagogorum Academicorum Agente, tum M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Placuit dicto Fleurisel, fieri potestatem aperiendi hac in urbe Paedagogii sub nomine et clientela Universitatis/

3° Duo novi Librarii, Joannes-Carolus Desaint, et Antonius-Ludovicus Guillelmus Catharina La porte, accesserunt à Petro-Guillelmo Simon, uno ex adjunctis rei Librariae praesentati; solitumque Sacramentum praestiterunt inter manus ampl. Rector./

Itum est deinde in Comitiam, ubi, post habitam ab ampl. Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuere quae gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, ipsique litteras commendatitias decrevere; amplum insuper comitatum polliciti sunt rite procedenti ad aedes Deo sacras sub invocationi S. Jacobi ab alto passu/.

Ibi, aegrotante et morbi causa rusticante Pastore vigilantissimo M. Cochin, Doctore Theologo, Pontificum egit M. Negret, Doctor et senior Sorbonicus: Orationem Sacram habuit ad populum, M. Secondo, Doctor Theologus, Gymnasiarcha Plesseus: Eucharisticam ad Pontificem M. Champagne, Doctor Aggregatus ad secundum ordinem/

Guerin R

Anno dni 1776, die vigesima secunda Mensis Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Rectoria Praeclarae Artium Facultatis/ 22. Junii

Post haebitam ab amplissimo Rectore orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt, Joannes-Ludovicus Maucler, nobilis Remensis, clericus, ut biennium Remis confectum sibi pro uno anno computetur: Josephus Briane, Diaconus Rothenensis; ut biennium, in Universitate Pictaviensi sub Magistris saecularibus confectum, sibi in Parisiensi imputetur pro uno anno: Joannes-Augustinus Aslelin, Acolythus Constantiensis, ut biennium in Cadomensi confectum, sibi computetur pro uno in Parisiensi; pro immunitate ab onere scribendi, Petrus Ludovicus Mauger clericus Rothomagaeus, ob gravem pectoris infirmitatem à Mense Martio incuntem, testante M. Doulcet, Doctore Medico Parisiensi; Petrus Ludovicus Tulles, Acolythus

Maucler
Briane
Aslelin
Mauger
Tulles.

Junio

Thillaye

de Sombs de fajac

Mocqueris

Pagniez

acolythus Forojuliensis, propter febrem intermittens quâ laborat ac pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Solier de la Romillais, Doct. Med. Parisiensis; Joannes-Baptista Thillaye, Rothomagaeus, ut nomen omissum in posteriore Physicorum Catalogo, propter morbum quo tunc laborabat, testante M. de Jussieu, Doctore Medico Parisiensi, restituatur: Joannes-Josephus de Sombs de fajac, Subdiaconus Rivensis, ut praenomen Baptista e Catalogis deleatur, et littera una S. e nomine gentilitio in omnibus actis academicis: Nicolaus-Edmundus Mocqueris, Diaconus Tricassinus, ut cum scripserit se et trecensem et tricassinum, ubique scribatur Tricassinus; Ludovicus Stanislaus-Pagniez, Diaconus Boloniensis, ut ne sibi noceat, quod nomen gentilitium in Catalogis desinat per litteram r. Lowz./

Audito de supplicibus M. Joanne Georget Prosyndico: M. Lambert-Vice-Scriba Legit Tabulam Virorum Academicorum, quos Tribunal Rectorium Praeclarae Artium facultatis designavit in Praesides et arbitros proximarum concertationum/

Tum Rector dimisit nationes ut deliberarent de supplicibus, Quatuor-Viris, et ratihabitione eorum quae gessit/

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornat. Procuratores reluterunt. 1° à se indulgeri supplicibus. 2° rata et grata haberi quae gessit Ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, litteras que commendatitias decerni. 3° confirmari Quatuor Viros mane electos, nimirum, pro honorandâ Natione M. Cosson, humanitatis Professorem in Mazarinaeo: pro fidelissimâ, M. Le Bel, antiquum Rectorem: pro venerandâ, M. Bellanger, Censorem suum: pro Constantissimâ M. Poirot, Exprocuratorem/

Quatuor-Viri, praestito inter manus Rectoris solito sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per M. Poirot retulerunt prorogatos à se fuisse fasces amplissimo Rectori DD. Francisco-Nicolao Guerin. Quae prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata approbata et confirmata fuit./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Guerin R.

Tabula

Praesidum et arbitrorum ad proximas Concert. Academicas

In Rhetoricâ. Praesides; 1° MM Turquet et Fourneau: 2° MM. Gaudet et Buirette. Arbitri verò; 1° MM. Lambert, Genien, Mazeas, et Le Bel. 2° MM. Furgault, Le Roy, Gardin et Darragon/.

In Secundo ordine. Praesides. 1° MM. Dair Maj. et Le Meignen. 2° MM. Labour et Lestré; Arbitri, 1° MM. Guyot, Jacquin, Binet et Gueroult Major. 2° MM. Herivaux, Coger, Cerisier, Maillard./

In tertio. Praesides. 1° MM. Georget et cahours. 2° MM. Delneuf et Seigneur: Arbitri, 1° MM. Desmales, Huüy, Levesque et Cosson. 2° MM. Wallet, Derrez, Dupont, Gosse/

In quarto ordine: Praesides MM. Maupas et Lafaye: arbitrivere MM. Noguette, Charbonel, Satin et Crosser/

In quinto, Praesidas, MM Vray et Varin: arbitriverè, MM. Boutillier, Duvernoy, Marcognet, et Binard./

In Sexto, Praesides: MM. Vasse et Sotel: Arbitri, MM. Tregan, Pigan, Darragon Dumouchel/.

Fourneau un.

Anno dni 1776. die Sexta Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/. 6. Julii

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, ad Magisterii artium et quinquennii MM. Franciscus-Emmanuel Leger, Presbyter Ambianensis, Antonius de-Cambon, Presbyter Rutenensis, Petrus Ludovicus Bosta, Presbyter Parisinus, Jacobus Michael Amandus Le Vavasseur, Presbyter Rothomagensis; de quibus retulit M. Joannes Georges, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum-Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, ceteraque testimonia ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: audito Prosyndico, placuit, sua Fract. Supplicibus postulata omnia/.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant Suppositionibus in Comitiis acta et statuta/.

3° Stetit se V. C. de re Litterariâ et Academiâ praeclarè meritus M. Surgault, Litterarum Professor Emeritus in Mazarineo; atque elucubratum à se opus, in usum studiosae Juventutis, Tribunali Academico obtulit: cui quidem titulus est Dictionnaire historique, Geographique &c. Audito M. Joanne Georges, Pro-Syndico, placuit nominari V. C. MM Noguette et Darragon, Litterarum Professores in Ludovicano et Montanio, qui praedictum opus expendant ac de eo referant/.

4° Indicta est dies Lunae vigesimae nonae hujusce mensis Julii, quâ reddantur ab integerrimo Quaestore M. Le Bel, rationes accepti et expensi, per decursum anni 1775/.

5° Quod pluribus abhinc mensibus vacat Cathedra tertii ordinis in Collegio Harcuriano, per obitum V. C. M. Montlinot de Charmeneia; quâ de re ita requirente Illustrissimo Procuratore Catholico, Supremus Senatus, dato arresto die 15° mensis Junii proximi elapsi, jussit Proviser Harcurianus ad Cathedram vacantem nominaret, intrà spatium octo dierum; secus Nominationem

ficit ab ampl.o Rectore et Tribunali academico; cui quidem arresto juridicè intercessit dictus Provisor. 1.o Lectum est arrestum Supremi Senatus. 2.o instrumentum intercessionis denuntiatum M.o Lambert, Vice-Scribae. 3.o Utrumque inter manus Scribae tradetum est.

Et ita conclusit Amplissimus Rector. Guerin R.

29. Julii Anno Dni 1776, die lunae vigesimâ nonâ Julii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, ad excipiendas rationes accepti et expensi ab integerrimo Quaestore, M. Francisco-Nicolao Le Bel, Quaestore, per decursum anni 1775.

Auditis probatisque rationibus, compertum est accepta esse Majora expensis, ad summam 3608.tt 13.s 1.d

Iisdem in Comitiis, Dictum est, eadem ratione cum Collegio Sorbantino agendum esse, quâ cum fidelissimâ Picardorum Natione actum est; ut nimirum Sorbantino remittantur usurae, si sortem dissolvat, numeratâ singulis annis bis millium Libellarum summâ.

Et ita conclusit Amplissimus Rector. Guerin R.

3. Aug. Anno Dni 1776, die tertiâ Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni.

1.o Supplicarunt pro litteris nominationis, pro Magisterii artium et quinquennii MM. Antonius Chassaing, Presbyter, Claromontensis; Carolus Julliard Diaconus Lugdunaeus; Carolus-Joannes-Ludovicus Romet, Acolythus Sagiensis; Claudius Bienfait, Diaconus Parisinus; Dionysius-Mauritius Chanu Presbyter Senonensis; Florentius-Alexander-Melchior Verdure, Subdiaconus Cabillonensis; Franciscus Briquet, Presbyter Lemovicensis; Franciscus-Nicolaus Offelin, Subdiaconus Parisinus; Franciscus Bombart, Subdiaconus Sylvanectensis; Guillelmus-Franciscus-Avril de Boutigny, Presbyter Andegavus; Godefridus Fraisse, Acolythus Lugdunaeus; Guillelmus Guillon, Diaconus Leonensis; Guillelmus-Maria de la Haye, Diaconus Parisinus; Hyacinthus-Benedictus Pesme, Diaconus Trecensis; Jacobus-Alexius-Chamerois, Acolythus Trecensis; Joannes-Baptista Billy, Diaconus Senonensis; Jacobus-Nicolaus Germain, Diaconus Meldaeus; Jacobus-Nicolaus Mantel, Acolythus Ambianensis; Jacobus-Victor Prevost, Diaconus Meldensis; Joannes-Antonius Rahoux, Acolythus Albiensis; Joannes-Alexander Baroche, Subdiaconus Rothomagensis; Joannes-Franciscus-Lengaigne, Subdiaconus Boloniensis; Joannes-

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Franciscus-Laurentius Beguignot, Acolythus Parisinus; Joannes-Gabriel Mahon, Diaconus Trecensis; Joannes-Jacobus-Josephus-Fidelis Maury, clericus Vasionensis; Joannes-Ludovicus-Augustus de Bourge, Diaconus Bellovacensis; Josephus de la Noë, Presbyter Mreloviensis; Julianus-Joannes Legrellois, Subdiaconus Cenomanensis; Ludovicus Le Fort, Diaconus Claromontensis; Ludovicus Taisson, clericus Alesianus; Ludovicus-Antonius Pillon, Diaconus Bellovacensis; Ludovicus-Bernardus Laurent, Subdiaconus Senonensis; Ludovicus-Josephus d'Hennieres, Subdiaconus Sanflorensis; Ludovicus Stanislaus Pagniez, Diaconus Boloniensis; Nicolaus de Lugny, Subdiaconus Parisinus; Nicolaus Edmundus Mocqueris, Diaconus Tricassinus; Nicolaus-Franciscus Perbal, Acolythus Metæus; Nicolaus-Josephus Mouillon, Diaconus Atrebatensis; Nicolaus-Josephus Jampierre, Diaconus Catalaunensis; Albertus Maria Josephus Toffart, Acolythus Audomarensis; Andreas Perret Diaconus Matisconensis; Antonius-Josephus de Chamberlhiac de Marthey Sey: Nicolaus-Renatus Lesplu, Diaconus Abrincinus; Patricius Donwort, Subdiaconus Cloynensis; Petrus Bonfilliout, Subdiaconus Antissiodorensis; Petrus Dupuy, Subdiaconus Sanflorensis; Petrus-Andreas-Philippe, Presbyter Trecensis; Petrus-Antonius Menard, Diaconus Constantiensis; Petrus-Antonius Guy, Diaconus Parisinus; Petrus-Josephus Gregorius de Lannoy, Subdiaconus Ambianensis; Petrus Stephanus Blandin, Diaconus Matisconæus; Remigius-Franciscus Le Nain, Presbyter Trecensis; Rigalis-Antonius Mauriac, Diaconus Claromontensis; Simon-Franciscus-Meuzy, Diaconus Biscuntinensis; de quibus retulit M. Joannes Georget, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit, Sua præs. Supplicibus postulata concedi/

2.o Lecta et recognita sunt, quæ fuerant, Superioribus in Comitiis acta et Statuta/.

3.o Quod dixit Ampl. Rector, Sodalitii S.ti Caroli Magni Syndicum et administratores Libellum supplicem sibi obtulisse, quo, ut à se negligentiæ culpam omnem removeant, de nonnullis Magnis Nuntiis nostris juratis expostulant, quod Sacramenti a se præstiti immemores, expressas in Litteris suis conditiones observare ita nihili curent, ac se se adeò occultare videantur, ut sint ne adhuc in vivis, quibusve in locis habitent, ignoretur: quam obrem ab illis enixè postulari, ~~ipso~~ Rector Ampl. emittat Mandatum idem de Magnorum Nuntiorum recensione, quod die quartâ mensis Martii anni 1722. rogatus edidit: Lectis eâ de re conclusionibus Latis anno 1722, quibus constat illam ad Solos Procuratores pertinere: Digestis Sapientissimi Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani; Rector proposuit, Deliberarent Ornatissimi Nationum Procuratores, quid censerent fieri oportere: Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, dictisque sententiis, Ornatissimi Procuratores censuerunt, habendam esse

rationem postulationis factæ à Sodalitio San. Caroli Magni, et rem totam ampl.e Rectoris prudentiæ permiserunt./

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Guerin R.

5. Aug. Anno Dni 1776, die Lunæ quinta augusti, congregata est Universitas, in exterioribus Sorbonæ scholis./

Ibi sub horam quintam, V. C. M. Julianus Ludovicus Geoffroy, Eloquentiæ Professor in Regiâ Navarrâ, præsente et annuente Supremo Senatu, elegantem habuit orationem de Paradoxorum prurigine, quæ omnium plausu excepta est: deinde, Præmia Academica solemni rite distributa sunt, sequenti ordine./

Præmium Eloquentiæ Latinæ,

Ex fundatione M. Jo. B. Coignard, Magistri in artibus institutum — Cujus argumentum erat: Quantùm autoritatis et sanctitatis à Divina Religione Sapientissimis humanæ Philosophiæ præceptis et opinionibus accedat...

meritus et consecutus est J. B. Dumouchet, D. A. ad S.dum ordinem, Grammaticæ Professor, in Regiâ Navarrâ/ deinde

In Rhetoricâ.

Primum orationis latinè scriptæ Præmium, inter Recentiores, meritus est, Petrus Maria Josephus de Monceaux, è Collegio Ludovici Magni/

Præmium, inter veteranos, antonius Remigius Trelon, Dormanus, è Col. Lud. Magni/

proximè accessit, inter Veteranos/.

Petrus Maria Hippolythus Charlier, Parisinus, è Sorbonæ Plestæo/

Secundum, inter Recentiores, Carolus Duchemin, Bajocensis, è Col. Lud. Magni/

prox.e accesserunt./

Petrus Car. de St. Venant, Portu gratianus — è Mazarinæo./
Jac. An. Lud. Mar. Hypp. Deschamps, Parisinus — è [illegible]sæo./
Lud. Claud. Ant. Dubacq, Stampæus, è Montacutio./
Lud. Joachim Xaverius Bernier de Maligny, Pictaviensis, Veteranus — ex Harcurio/
Joan. Bap. Le Marchand, Rothomagensis — è Lexovæo./
Eustachius Ant. Huca, Carnutensis è Plestæo/
Carolus Sulpitius Flament, ambianensis — è Marchiano/

Primum orationis Gallicæ scriptæ præmium, inter Recentiores, meritus est Joannes Paulus Soulès, Rothomagensis, è Montacutio/.

Præmium, inter veteranos, meritus est Petrus Laurentius Carré, Parisinus, è Marchiano/.

Secundum, inter Recentiores, meritus est Antonius Maria Duval, Constantinus — è Grassinæo/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

proximè accesserunt./

Ludo. ferd. Le villain, Parisinus — é Mazarinæo./
Jd. Lud. ant. Claudius Dubacq, Stampæus — é Montacutio./
Claudius. franc. Cyp. Le Gendre, altissiodorensis, é Montacutio./
Jd. Petrus. Maria Jacob. Suppol. charlier, Veteranus — é Plessæo./
Arnaldus Castandet, san. Severino Politanus, — é Montacutio./
Jd. Joan. Bapt. Le Marchand, Rothomagensis — é Lexovæo./
honor. franc. dobignie, Laudunensis — é col. Ludovici Magni./

Primum carminis latinè scripti Præmium meritus est, inter Recentiores, — Joan. Petrus Lescallico, Vapincensis, é Plessæo/

Secundum, inter Recentiores, Emmanuel andreas Castillon, Bolbecæus, é Regiâ Navarrâ./

proximè accesserunt./

Joan. Bap. franc. henrion, Carnutensis — é Grassinæo./
Maria. Petrus. Bonav. de Targny, Noviomæus, Veteranus, é Col. Ludovici Magni./
Lud. Le Grand, Senonensis — é Grassinæo./
Jacob. Maria Binet, Bellovacus — é Col. Lud. Magni./
Jd. ant. Maria Duval — é Grassinæo./
Renatus. Richardus. Lud. Maria Castel, Viræus, é col. Lud. Magni./
Jd. ant. Remigius Trelon é col. Lud. Magni./
Jd. Lud. ant. Claud. Dubacq, Stampæus é Montacutio./

Primum orat. Latinæ in Gal. conversæ Præmium, inter Recentiores, meritus est Jd. Arnaldus Castandet, é Montacutio./

Secundum, inter Recentiores, Jd. ant. Maria Duval, Constantinus, é Grassinæo/

proximè accesserunt./

Nicolaus Fronchon, Meldensis, é Grassinæo/
an. Joan. Carol. Blondel, Parisinus, é col. Lud. Magni./
Maxim. Maria Jsid. de Robespiere, atrebas, Veteranus, é col. Lud. Magni./
franc. Maria caché, altissiodorensis — é Montacutio./
Jacobus. Guil. Dalaurent, Ponticerianus — é Regiâ Navarrâ./
Jd. Maria Petr. Bon. de Targny, Noviomæus, Veteranus é col. Lud. Magni./
Lud. Claud. Boulard, Joviniacus — é Grassinæo/
Jd. Ren. Rich. Lud. Mar. Castel, Viræus é col. Lud. Magni./

Primum orationis Græcæ Præmium (in Gal. Conversæ, meritus est, Idem. Petrus Maria Jos. de Monceaux, Laudunensis, é col. Lud. Magni./

Secundum, inter Recentiores, meritus est, Ludovicus anna Maria de Beffroy, de Reigny, Laudunæus, é col. Lud. Magni/

Aug°

proximè accessuri./

Jr. Joan. Bapt. Le Marchand, Rothomagensis — é Lexovico/
Jr. S. M. J. L. Otrebier — é Plesseo.
Jd. Bon-fr. Dobignie — é col. Lud. M./
Jd. L. A. a. Dabacq — é Montacutio/
Jd. Th. C. Dubuisson, Bajo — é col. Lud. M./
Jd. L. J. X. Bernier de Maligny — ex harcurio/
Jd. Jo. S. Lescalier — é Plesseo/
Jd. M. P. B. de Targny, — é col. Lud. M.
Jd. Lud. Le Grand, Senonensis — é Grassinco/

In Secundo ordine/

Primum orationis Gallicæ in latinam conversæ Præmium meritus est Franciscus Cyprianus Lud. Carré des Marrais, Rupellæus, é Grassinco/.

Secundum, Julianus Ludovicus Burgis, Constantinus, é Grassinco/

proximè accesserunt./

Augustinus-Carol. Patch. Lambert, Andegavensis, — é col. Lud. Magni/.
Joan-Bodnett, Hibernus — é col. Lud. Magni/
Guillelmus Chevelin, Disuntinensis — é col. Lud. Magni/
Joan-Nicol-Lud. de Bras, Parisinus — ex harcurio/.
Jos. Lud. Gregoire de Destigny — é Grassinco/
Bernardus-Julianus Dubois, Guisiacus — é col Lud-Magni/

Primum Carminis Latinè scripti Præmium meritus est Claudius Thiery, Cinnamchildæus, è Plesseo/.

Secundum, D. Joannes Bodnett, Hibernus, é col. Lud. Magni/

proximè accesserunt./

Alexius Dutot, Portensianus. — é Monacutio/
Lud. Natalis Chambry, Parisinus, — é Plesseo./
Jr. Joan. Nic. Lud. de Bras, Parisinus, — ex harcurio/
Matthæus Petrus Lugot, altesiodorensis, — é Plesseo/
Claudius-Franc. Chanveau, Carnutenus — é Plesseo/
Claudius Michael Boyou, Coisopitensis — é col. Lud. Magni/

Primum Orat. Græcæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Jr. Joannes-Nicolaus-Hubertus de Bras, Parisinus, ex harcurio/.

Secundum, Carolus Sanson de Lance, Parisinus ex harcurio/

proximè accesserunt/.

Jr. J. Bodnett, Hibernus/ — é col. Lud. Magni/
Eustachius Gasnier, Orbecæus/. — é Lexovico/
Jr. Jul. Leon. Burgis, — é Grassinco/
Jr. Lud. Nat. Chambry, — é Plesseo/
Jr. A. C. P. Lambert, Andegavensis/ — é col. Lud. Magni/
Joan-Amatus Gerbier, Rhedonensis, — é Col. Lud. Magni/

GEN. DE PARIS

Primum Orat. Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Jd. Jul. Leon. Turgis, Constantinus — é Grassinæo/.

Secundum, Jd. Aug. Carol. Paschalis Lambert, Andeg, é col. Lud. Magni/.

proxé. accesserunt/.

Nicol. Severinus Anquetil, Constantiensis, ex harcurio/.
Lud. Jo. Bapt. Questin, Constantiensis, é Grassinæo/.
Joan. Franc. amabilis Daumale, ~~Guisiacus~~ ambilis é Montacutio/ — ~~é col. Lud. Magni~~ Grassinæo/.
Jd. Bernardus Jul. Dubois, Guisiacus — é col. Lud. M./.
Jd. claudius Michael Royou é col. Lud. Magni — é col. Lud. M.
Joan. Gosselin, Lupariæus — é Lexovæo/.

In Tertio Ordine./.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Joan. Josephus Gautier, Parisinus, ex harcurio/.

Secundum, Antonius Dingé, Aureliacus, é Mazarinæo/

proximé accesserunt./.

Lud. Josephus Labouret, Suessionensis — é col. Lud. Magni/.
Lud. Petrus Gautier, Carnutæus — é Lexovæo/.
Michael claudius Brulard, Carnutæus — é Regiâ Navâ/.
Carol. Augustinus Auger, Rothomagensis é Lexovæo/.
Ambrosius Franciscus Perrin, Parisinus — é Mazarinæo/.
Petrus Lud. Duplessis, Laudunensis é col. Lud. Magni/.

Primum Carminis latiné Scripti Præmium meritus est Augustinus Sageret, Parisinus, é Plessæo/

Secundum, id. Petrus Lud. Duplessis, Laudunensis, é col. Lud. Magni/.

proximé accesserunt./.

Michael Lud. Jullien, Parisinus. é Grassinæo/
Franc. Bartholomæus Petrus Darches Burdigalus, é Plessæo/
Jd. Lud. Josephus Labouret, Suessionensis, é col. Lud. Magni/.
Joan. Augustinus Nicol. Reignier, Bellovacus — é Plessæo/
Augustus Lud. henricus Desmonceaux, Parisinus, ex harcurio/
Jd. Ambrosius Franciscus Perrin, Parisinus, é Mazarinæo/.

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Petrus Chéron, Eraldi-Castrensis, é Montacutio/.

Secundum, Felix Marcellus Cordier, abbavillæus, é Grassinæo/

proximé accesserunt./.

Jd. Michael Lud. Jullien, Parisinus, — é Grassinæo/
Jd. Lud. Jos. Labouret, Suessionensis, é col. Lud. Magni/
Joan. Bapt. Josset, Bajocensis é col. Lud. Magni/
Lud. Carol. Maxim. Chanin, Carnutensis, é Montacutio/
Jd. Joan. Nicol. Aug. Reignier, é Plessæo/
Carolus Dominicus Nicolle, Rothomagensis — é Plessæo/

Aug°

Primum orationis Græcæ in Latinam conversæ Præmium meritus est idem — Michael Lud. Jullien, Parisinus, é Grassinæo/.

Secundum, Ludov. Carolus-Max. chanin, Carnutensis, é Montacutio/

proximè accesserunt/.

Jd. Michaël Lud. Brulard, Carnutoeus, é Regiâ N. — é Reg. Navarrâ/.
Petrus Adrianus chenin, Drocoeus, — ex Harcurio/
Joan. Bapt. Jumet, Lexovoeus — é Lexovoeo/
Jd. ambr. fr. Perrin — é Mazarinæo/
Jd. Car. Dom. Nicolle — é Plessæo/
Jd. Car. Aug. Cuger, — é Lexovoeo/

In quarto ordine/.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Augustinus Letandart, Catalaunensis, é Montacutio/.

Secundum, Petrus-Joseph-Baptista de Launay de Villiers, Parisinus — é cardinalitio/

proximè accesserunt/.

Maria-Franc. Sallin, Vesuntinensis, — é col. Lud. Magni/.
Dion. An. Ferdin. Hodenger, Carnutensis, — é Montacutio/.
Franc. Ant. Bertrand, Ebroïcensis, — é Lexovoeo/
Adrianus-Franc. Pillon, Laudunensis, — é col. Lud. Magni/.
Stephanus Pelletier, Carnutensis, — é Lexovoeo/
Josephus Simon Planche, San-Florensis — — é Plessæo/.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est, Ludovicus de La Court, Ambianensis, é Grassinæo/.

Secundum, Franciscus-Antonius Bertrand, Ebroïcensis, é Lexovoeo/

proximè accesserunt/.

Max. Franc. Le Turquier de Longchamps, Rothomagensis, — é Lexovoeo/
Jd. Stephanus Pelletier — é Lexovoeo/
Guillelmus Joan. Leger, Rothomagensis — é Lexovoeo/
Jd. Adrianus-Franc. Pillon, Laudunensis — é col. Lud. Magni/.
Edmundus-Felix Guillerault, altissiodorensis — — é Montacutio/.
Jd. Maria-Franc. Sallin, Vesuntinensis — é col. Lud. Magni/

In quinto Ordine/.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Petrus-Franciscus-Marcialis Lomenie, Massiliensis, é Grassinæo/

Secundum, Julianus-Nicolaus Bertrand, Parisinus, é Regiâ Navarrâ/

GEN. DE PARIS

proximé accesserunt /.

Florianus franc. Gab. Le Canuc de Coetanfao, é Grassinaeo /
Joan. B. Victor Simon, Gisortianus — é Montacutio /
Nic. Lud. Dai[illegible], Constantiensis — é Lexovaeo /
Joan. franc. Drouet, Parisiensis — é col. Lud. Magni /
Michael Maria Auger, Rothomagensis — é Montacutio /
Ant. Gilbertus Gabriel Mayet, Senonensis é col. Lud. Magni /

Primum orat. Latinae in Gallicam conversae Praemium meritus est, Jd. Paulus Nic. Bertrand, Parisinus, é Regiâ Navarrâ /

Secundum Jd. Petrus franciscus Martialis de Loménie, Massiliensis, é Grassinaeo /

proximè accesserunt /.

Carolus Josephus andreas Turlin, Parisinus — é Mazarinaeo /
franc. Augustinus Cussy de Vouilly, Constantiensis é Regiâ Navarrâ /
Joan. franc. Langlois, Trecensis, é Plessaeo /
Jd. Joan. Bapt. Victor Simon é Montacutio /
Laon. Claud. Edm. Joan. Bapt. Bauselet, altissiodorensis — é Col. Lud. M. /
Lud. Nicolaus Rihouet, Constantiensis é Regiâ Navâ /

In Sexto Ordine /

Primum orat. Gallicae in Latinam conversae Praemium meritus est Petrus Peuchot, Tullensis, é Regiâ Navarrâ /.

Secundum Jacobus Lud. Jullien, Parisinus, é Grassinaeo /

proximé accesserunt /.

Joan. Bapt. Carolus Matthieu, Compendiaeus, é é col. Lud. Magni /.
Gabriel cheval é Montacutio /
Carolus Meignein, Vesuntinus é col. Lud. Magni /
Josephus Dufour, Matisconensis, é Grassinaeo /
Nicol. Alex. Vattemare, Lexoviensis — é Lexovaeo /
Jacobus Flavius Dautheman, Aqui-Sextanus — é col. Lud. Magni /

Primum orationis Latinae in Gallicam conversae Praemium meritus est idem Joan. Bapt. Carolus Matthieu, Compendiaeus, é col. Lud. Magni /.

Secundum, Jd. Nicol. Alexander Vattemare, Lexoviensis, é Lexovaeo /

proximé accesserunt /.

Rochus Alex. chevallier, Bellovacus é col. Lud. Magni /.
Jd. Josephus Dufour, Matisconensis — é Grassinaeo /
Marcus Antonius chollet, Parisinus — é Plessaeo /.
franc. Michael Vetillard, Cenomanensis é col. Lud. Magni /.
Petrus Phil. Duriquet, altissiodoraeus é Lexovaeo /
Jd. Carol. Meignen, Vesuntinensis é col. Lud. Magni /

Fourneau Guerin R.

Aug.

14. Aug.

Anno dni 1776, die decimâ quartâ Augusti, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Praeclarae Artium Facultatis, ad eligendos examinatores Licentiandorum in artibus/.

Primum omnium, indictâ ab Ampl. Rectore Comitiorum Causâ, V. C. M. Sepher, Socius Sorbonicus, et M. Bernard, Socius Navarricus, Uterque Doctor Theol. et Procancellarius, alter B. Mariae, alter B. Genovefae, hinc et inde stantes ad Latera Ampl. Rectoris sedentis, appellaverunt Octo Magistros in artibus ab annis sex et amplius magistertum adeptos, à Dignissimis Cancellariis designatos ad tentandam peritiam Licentiandorum in artibus; Nimirum, pro honorandâ Natione, M. Petrum-Franciscum Tinthoin, Bac. Theologum; et M. Hieronymum Tonnellier, Bac. Theol, Doct. Aggregatum ad primum ordinem; pro fidelissimâ, M. Petrum-Adrianum Chopart, in artibus Magistrum. et M. Carolum-Ludovicum-Albertum de Lestré, Professorem Grammaticae in Cardinalitio; pro venerandâ, M. Franciscum Poirot, Bac. Theol, Doctorem Aggregatum ad primum ordinem; et M. Le Moine, Prof. Emeritum Grammaticae; pro Constantissima, M. Joannem Bapt. Terniere, Bac. Theol; et M. Aherne, Lic. Theol, Philos.ae Prof. in Regiâ Navarrâ. Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, Rector dimisit Nationes, ut deliberarent. Quae Regressae per suos Procuratores retulerunt, eligi à se ac nominari in examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, quos clar. Procancellarii designaverunt. Et ita conclusit Ampl. Rector./.

Continuò Novi examinatores solitum praestitere Sacramentum inter Manus Ampl. Rectoris./.

Digressis Pro-Cancellariis, factâque supplicandi potestate, supplicarunt Josephus-Stephanus Andravi, Senecensis, ut ne sibi noceat, quod nomen in uno è Catalogis non inscripserit, ob gravissimum morbum, quo laboravit, testante M. Portal, Professore Regio, et Doctore Medico: Franciscus-Remigius Prin, Suessionensis, ut ne sibi noceat, quod nomen inscriptum in quatuor Catalogis apud Professorem suum M. Royau, in uno Physicorum apud scribam inscriptum non fuerit: Antonius-Franciscus-Norbertus Dubrulle, clericus Atrebatensis, ut biennium in Universitate Duacenâ confectum sibi pro uno anno Parisiis imputetur. Audito M. Joanne Georget, Pro-Syndico, dimisse Nationes ut deliberarent retulerunt per procuratores. 1.o à se duobus prioribus supplicibus unanimiter indulgeri. De Duaceno, Gallicana et Germanica pariter indulsere, eâ lege ut afferat Diploma rité subsignatum; cum quibus concluset Ampl. Rector. Jamno. Normanica postulavit ab aliis Nationibus nominari Deputatos, qui rem maturius expendant, atque memorialem libellum praenuntiavit/.

Andravi

Prin

Dubrulle

Guerin R.

Digressis Tribulibus, habita sunt Comitia Deputatorum Praeclarae Artium Facultatis de rebus ad concursum et aggregationem pertinentibus/.

Supplicarunt, pro conservando sibi inter aggregatos Doctores ordine et stipendio, Novi ex Provinciis reduces in Urbem Professores, M. Fertel, Professor Nanceianus secundi ordinis, et MM. Sorion et Clement, Philosophiae Professores apud Flexienses; Audito M. Joanne Georget, Prosyndico, rogatis Dictisque sententiis, placuit sua supplicibus postulata concedi; adeoque MM. Sorion et Clement, inter Doctores aggregatos primi ordinis: M. verò Fertel inter aggregatos Sdi ordinis, solitis conditionibus/ Et ita conclusit Ampl. Rector/.

Guerin

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1776, die trigesimo primo Augusti, habita sunt Comitia in antecessum, Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovico Magni /. Pro-Syndici Vices gessit M. Petrus Adrianus Turquet, Prof. Phil. Emeritus /. 31. Aug°

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Alexander-Dionysius Duquesne, Augustinus-Fredericus Clement, Presbyter Catalaunensis. Bernardus Benignus L'Homme, Acolythus. Joannes Forcy, Presbyter Cabilonensis. Joannes-Chrisostophorus Frotier. Ludovicus Franciscus Chevallier, Presbyter Remus. Ludovicus-Josephus Le Brun, Presbyter Remus. Petrus Stephanus Bourdos, Presbyter Senonensis; de quibus retulit M. Petrus-Adrianus Turquet, Pro-Syndicus, ac dixit, se videsse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Pro-Syndico, Placuit sua Præf. Supplicibus postulata concedi /.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3° Ad diem octobris septimam indictæ sunt generales Universitatis supplicationes.

Et ita conclusit amplissimus Rector /.

Guerin

Anno dni 1776, die quintâ octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovico Magni. Ibi Ego Pro-Syndici absentis vices gessi / 5. Octob.

1° Audita est relatio Virorum Clarissimorum M.M. Noguette et d'Arragon, de Opere à M. Furgault, in usum studiosæ juventutis conscripto, In recensendo Gallico opere, cui titulus, Dictionnaire historique, Geographique et Mythologique. Portatif, à Clar. Viro Nicolao Furgault, nostræ Universitatis Emerito Professore, concinnato, quod opus nostro examini subjectum voluistis, deprehendimus, hoc volumine contineri res tum Græcos tum latinos autores evolventibus necessarias, ex immensis voluminibus, quæ habere et adire cuivis homini non contingit, studiosè collectas: Stylum autem esse rebus miré accommodatum, id est, purum, simplicem ac nitidum. Denique omni laude ipsum operis autorem dignum censuimus, qui quum juventutem numerosam, in celeberrimo Collegio, per annos complures voce edocuerit, eandem scriptis edocere pergat Emeritus. Audito Pro-Syndico, Placuit, 1° opus tum Professoribus cum Academicæ juventute commendari. 2° gratias agi Deputatis, eorumque relationem inscribi /.

Octob.

2° Supplicavit, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Christophorus-Dominicus de Reynaud, de Beauregard, Presbyter Claromontensis; Claudius-Eustachius-Franciscus Marolle, Subdiaconus Noviomensis, Stephanus Stephanus Dumontel, Presb. Claromontensis; Renatus-Petrus Dubos, Presbyter Parisiensis. De quibus retulit Pro-Syndicus nihil desiderari. Quo audito, Placuit Sua præfati Supplicibus postulata concedi.

3° Supplicavit etiam pro Litteris Nominationis, jure quinquennii in Juridica facultate confecti, et Baccalaureatus in Theologica consecuti, Justu Regis. ~~Audita Supplicatione et recognitis Procedendis, Decr. et~~ M. Joannes-Franciscus Brewart, Presbyter Atrebatensis, Religiosus abbatiæ S. Vedasti, ordinis S. Benedicti. Audito super eâ re Pro-Syndico, Placuit Supplici dari actum Suæ postulationi, ac de eâ consuli Consiliarios Universitatis forenses.

4° Lecta et recognita sunt quæ Sacræ Supplicationibus in comitiis alta et Statuta.

Et ita ab ampl° Rectore conclusum est. Guerin, R.

7. Octob. Anno Domini 1776, die Septimâ octobris, habita sunt Comitia generalia Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni, ad Sacras Supplicationes.

Primum consultum est in aulâ Tribunalis Academici, ubi Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Jacobus Courtois, Clericus Carnotensis; Petrus-Augustinus Le Febvre, Diaconus Bellovacensis; Joannes Guiot, Diaconus Sablatensis; Franciscus Le Mouton de Boisdeffre Diaconus Sagiensis; Gabriel-Petrus Boyshu, Diaconus San-Florensis; Josephus-Briare, Presbyter Rutenensis; de quibus retulit M. Franc. Michael Le Bel, Pro-Syndicus, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cætera quæ Instrumenta ad Sanc. Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito Placuit Sua Supplicibus postulata concedi.

Item in deinde in Comitiis, ubi omnes Ordines rata et grata habuerunt quæ gessit ampl. Rector, Litteras illi decrevere Commendatitias, amplum que comitatum policiti sunt ritè processuro ad ædem Dei sacram sub invocatione S. Victoris.

Pontificem egit M. Negret, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus; Orationem habuit ad populum M. Genet, Doctor Theol. et Socius Sorbonicus; Eucharisticam ad Pontificem M. Formage, Doctor Aggregatus ad eumdem ordinem.

Guerin, Rector.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1776, die decimâ Octobris, habita sunt Comitia generalia Praeclarae artium facultatis, in Collegio Ludovici-Magni /.

Post habitam ab ampl.° Rectore orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, franciscus Remigius Prin, Suessionensis, ut ne sibi noceat quod nomen in Catalogis perperam inscripserit; Ludovicus-Antonius Gouslard de Champigni, Constantiensis, clericus, quod in inscribendo nomine gentilitio omiserit litteram S. / Prin /. Gouslard. /

Audito de his supplicibus M. Joanne Georget, Syndici vices gerente, amplissimus Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, confirmarent que Quatuor-viros privatis in Comitiis electos, simul que petiit, ut rata et grata haberentur, quae gessit in suo trimestri Magistratu, et sibi litterae commendatitiae decernerentur /.

Nationes digressae ac deinde reversae per suos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu et litteras Commendatitias decernere; indulgere omnibus supplicibus, denique confirmare Quatuorviros, nimirum in honorandâ Natione, M. Fourneau Exprocuratorem, antiquum Rectorem; in fidelissima Mgrum Masse, Exprocuratorem Baccalaureum Theologum; in Venerandâ, M. Desrez, humanitatis Professorem in Grassinaeo; in Constantissimâ, M. — Baccalaureum Theologum /.

Quatuor-viri, dicto priùs Sacramento, inter amplissimi Rectoris manus, Conclave subierunt; unde post brevissimum temporis spatium digressi, per Mgrum Desrez retulerunt, à se unanimi suffragiorum consensu electum esse in Rectorem Virum Clarissimum Mgrum Petrum Duval, Baccalaureum Theologum et Philosophiae Professorem in Harcurio. Quae quidem electio ab omnibus Nationibus statim probata et confirmata est /.

Deinde accessit novus Rector togâ rubrâ indutus, et praestito sacramento, ritu antiquo ab amplissimo Rectore inauguratus est: mox que habitâ ad Praeclaram facultatem oratiunculâ, deductus est frequenti comitatu ad aedes suas Harcurianas /

Guerin / Rector /

Anno dni 1776, die undecimâ Octobris, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Collegio Ludovici-Magni Comitia Deputatorum Universitatis, à novo Rectore pro more indicta, ad ipsius sive instructionem, sive confirmationem /. 11. Octobr. Incipit Rectoratus M. Petri Duval.

Postquam peroravit Clarissimus Ex-Rector, ad Latus amplissimi Rectoris sedens, Audito M. Lambert, Syndici vices gerente, omnes tum sapientissimi Decani, tum oratissimi Procuratores dixerunt se gratam et acceptam habere electionem Viri Clarissimi M. Petri Duval in Rectorem, eique consilium et operam polliciti sunt /.

Et ita conclusit Amplissimus Rector /. Duval

Rector /.

Octob — Nov

26. Octob./ Anno dni 1776, die sabbati vigesimâ sextâ Octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Praeclarae artium Facultatis./

Blondel. Le clerc. de Rei. Cauchois J. B. Pipelet et fr. M. Pipelet Poterlot

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi, Guillelmus Blondel, Presbyter Rothomagensis, quod gravissimo impeditus morbo codices Philosophicos excipere non potuerit anno superiore, testante M. Belleteste, doctore Medico Parisiensi: Maria Le clerc, Lemovicensis, ob pectoris debilitatem, quam testatur idem M. Belleteste./ Joannes Baptista Hercules de Rei, ob pectoris infirmitatem, quam testatur M. Crosnier, Doctor Medicus Parisiensis: Michael Cauchois, Ebroicensis, propter pectoris et stomachi infirmitatem, quam testatur M. des-essarts, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes Baptista Pipelet, et Franciscus Maria Pipelet, fratres, alter propter pectoris pressionem et respirandi difficultatem, alter propter oculorum infirmitatem; pro utroque testante M. Columbier, Doctore Medico Parisiensi, Denique Carolus Poterlot, clericus Catalaunensis, propter pectoris et oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Garnier, Doctor Medicus Parisiensis/

Audito M. Guerin, Syndico, dimissae Nationes ad deliberandum, ac nominatim ad Creandos Censores, postquam in Comitium reversae sunt, per singulos Procuratores retulerunt se indulgere omnibus supplicibus; creatos autem à se fuisse Censores, nimirum ab honorandâ Natione M. Desmoles, humanitatis Professorem in Collegio Ludovici-Magni: à fidelissimâ, M. Capin, Philosophiae Professorem in Cardinalitio: à Venerandâ M. Desrez, humanitatis Professorem in Grassinaeo: à Constantissimâ, M. Herford, virum Procuratorium. Qui quidem Sacramentum solemne praestiterunt inter manus ampl.i Rectoris/

Et ita conclusit amplissimus Rector/. Duval

Rector.

9. 9bris Anno dni 1776. die nonâ Novembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis primum Consessit M. Joannes Carolus des-essarts, Lingonensis, novus Medicinae Decanus./

1.o Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Stephanus Armandus Mignot, Subdiaconus Laudunensis; Joannes Petrus Houssart, Diaconus Laudunensis; Ludovicus Josephus Poulet, Subdiaconus Laudunensis; Simon Rivot, Presbyter Trecensis; Carolus Melchior Gregoire, Subdiaconus Laudunensis; Petrus Ludovicus Piot, Presbyter Parisinus; Claudius Travayon, Presbyter Matisconensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus

GEN. DE PARIS METRAORDINAIRE

nihil desiderari; Audito Syndico Placuit, sua praefatis supplicibus postulata concedi /.

2° Lata et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /

3° Quod, mense augusto proximè elapso supplex se stitit M. Simon Rivot, Presbyter Trecensis, idem que supplicavit pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii; quod que, cum ipsi deessent litterae testimoniales M. Du Voisin, Theologiae Professoris, Placuit non concedi, donec exhibuerit; Praesentibus in Comitiis, M. Petrus Audreau, Diaconus Senonensis, exhibitis quae deerant M.ri Du Voisin Litteris testimonialibus, supplicavit pro M. Simone Rivot; Audito que Syndico, Placuit ejus postulationi annui /.

4° Supplicavit, pro Licentiâ aperiendi hac in Urbe Paedagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis M. Joannes-Baptista Victor Le Bon, Parisinus, Doctor aggregatus ad secundum ordinem. Audito Meritissimo Syndico, nominati sunt Ornatissimi Picardiae et Normaniae Procuratores, qui de supplicis vitâ, moribus ac peritiâ inquirant, et ad proxima Comitia referant /

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est /

Praeterea indictae sunt in antecessum generales Univ.tis supplicationes, ad diem undecimum mensis decembris /. Duval

Anno dni 1776 die vigesima sexta 9bris, Rector, Decani, Procuratores, cum officiariis Majoribus, et quatuor Praeclarae artium facultatis apparitoribus, minoribus in talis ornatis ~~praeeunte Universitatis Cursore~~, congregati sunt in Collegio Ludovici-Magni, per schedulas pridie missas. Inde quatuor-cursoribus vati, praeeunte Universitatis Cursore, se contulerunt ad aedes Illustrissimi aerarii Praefecti: ibi que Rector amplissimus, Viro Illustrissimo DD. Taboureau Desreaux, commissam recens rei aerariae Praefecturam Universitatis nomine gratulatus est. Universitatem summo honore excepit, Vir Clarissimus, summâ que benignitate respondit /. Fourneau Univ. Scriba /

26. Nov.

Anno dni 1776, die septimâ mensis decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. /

7. dec.

1° Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Petrus Paugan, Diaconus Leonensis; Ludovicus Franciscus-Doussineau, Diaconus Carnotensis; Petrus Cadot, Diaconus Senonensis; Guillelmus Blondel, Presbyter Rothomagensis; Alexander Victor Duminy, Subdiaconus Ambianus; Alexander Prache, Subdiaconus Bellovacus; Carolus de Fontalard, Diaconus Catalaunensis; Paulus-Antonius Gomot, Subdiaconus Ambianensis; Alexander-Ludovicus-Josephus de Bryc, Subdiaconus Ambianus; Eustachius-Ferdinandus Prevot, Diaconus Atrebatensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin,

Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi./

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3°. Auditâ relatione Arnatissimorum Picardiæ et Normaniæ Procuratorum de vitâ, moribus et Peritiâ M°. Le Bon; auditis, tum M. Hurtault, Pædagogorum Academicorum agente, tum M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit fieri potestatem M°. Joanni-Baptistæ-Victori Le Bon, Parisino, in artibus Magistro et Doctori aggregato ad secundum ordinem, aperiendi hac in Urbe Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis./

4°. Quod Vir Clarissimus M. Auger, in artibus Magister, Rhetoricæ antehac Professor in Regio Urbis Rothomagensis collegio, Omnes Demosthenis orationes è Græco in Gallicum sermonem convertit, exemplarque totius operis Universitati obtulit in ipsum Bibliothecæ Academicæ; datâ in id ad amplissimum Rectorem Epistolâ Latinè scriptâ, grati et benè memoris erga almam matrem animi plenissimâ: Placuit epistolam in Cartophilacio servari, mandari que M°. Guidoni-Antonio Fourneau, scribæ, ut nomine amplissimi Rectori et totius Tribunalis Academici gratias agat Dilectissimo Academiæ Parisiensis alumno, egregii operis autori./

5°. Quod M. Couanier de la Genais, Doctor ad secundum ordinem aggregatus Libellum memorialem à se conscriptum Saluberrimæ facultati obtulit, quo postulat sibi ab illâ fieri potestatem in ipsius amphitheatro instituendi, statisque horis ac diebus publicas de linguâ Græcâ habendi Lectiones, quas quidem medicæ artis alumnis autumat fore utiles immò necessarias; Quod que Saluberrimo ordini visum est rem Tribunali Academico, ad quod pertinet, remitti; Primùm Lectus est prædictus Libellus Memorialis à Sapientissimo Medicinæ Decano in manus scribæ traditus; deinde auditus est M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus; Demum Rogatis sententiis Placuit, amplissimas Saluberrimo ordini Academicæ disciplinæ observantissimo gratias agi; propositas que Lectiones improbari./

5°. Ad diem Martii undecimum hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis supplicationes./

6°. Ad Tribunal Academicum accessit Vir Clariss. M. Borde de Charmois, ab illo postulans, ut quam sibi non semel præstitit operam, eandem apud Supremum Regis Consistorium, gallicè Conseil des Dépêches adhibere porrò pergat; factâ que sibi Legendi potestate, Legit elucubratum à se hanc in rem supplicem Libellum; ac petiit Universitas faceret suum, juberet que suo nomine Regi offerri, typis mandari ac distribuit; et postea è Comitio discessit. Tum super eâ re auditus est

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

M. Franciscus Nicolaus Guerin Syndicus: Quo audito, Dictum est, 1°. concessam non semel M°. Borde de Charmois, adversus Monachos ordinis S. Benedicti accessionem et operam, non esse revocandam sed renovandam. 2°. accessionem tamen intra praescriptos Limites esse coercendam, nimirum, ad hanc unicam Juris quaestionem; Quinquennium à Religiosis ordinis S. Benedicti viris intra privata Monasteriorum suorum claustra non rite fieri, Concessasque ipsis nominationis Litteras nullas esse et irritas. 3°. Lectum modo Libellum inter manus meritissimi Syndici esse tradendum, ut si quid forte in illo occurreret, quod excederet dictos Limites, illud ab eo pro solita sua prudentia resecaretur. Demum, Solitis conditionibus ad hanc causam accedendum esse, ut sumptus in se recipiat M. Borde de Charmois./.

Et ita super his sex Capitibus, audito super singulis Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est / Duval

Praeterea placuit Epistolam M. Le Beau de opere à M. Gardin Rector accubrato, in Tabulario Unionis deponi / Duval

Die septimo ejusdem Mensis Rector et Praeclara artium facultas interfuere Solemni-Sacro de Spiritu Sancto, apud FF. Praedicatores / Fourneau Scriba / 7. decemb

Anno dni 1776, die undecima decembris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni Comitia Universitatis Centuriata et supplicatoria./. 11. dec.

Primum in aula Tribunalis academici consessum est, ubi, supplicavit pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii, M. Josephus Herardus Victor Cauzé de Nozette, acolythus Catalaunensis; huic, audito prius super ejus supplicatione meritissimo Syndico, annui placuit./.

Tum M. Le Bon, novus Paedagogus solitum inter manus amplissimi Rectoris Sacramentum praestitit./.

Postea fidem academiae inter amplissimi Rectoris manus dedit Claudius Josephus Dare, à Consultissima facultate recens electus, qui vicariam et gratuitam Thomae Alexandro Blondeau, minori Bidello, praestet operam, sitque coadjutor, cum spe futurae successionis./.

Demum, Quod vir honestus Coignard, Posteriorum ad Illust. Ducem de Luynes pertinentium exactor in urbe Hosdanensi, dato ad Ampl. Rectorem et Tribunal academicum Libello supplice, gravem instituit querimoniam adversus unum è Majoribus Nuntiis nomine Robillard: Re cum academicorum Nuntiorum communicata, Dictum est, aequam videri dicti Coignard expostulationem: Judicibus tamen, ad quos pertinet, remittendam./.

Praeterea, Lecta est Epistola à Rectore Universitatis Tolosanae, ut videtur, ad Ampl. Rectorem data; eo nimirum consilio, ut Omnes Galliae Universitates, inter quas primum Locum Parisiensis tenet, consociatis viribus ac consiliis, communi nomine ab Optimo Rege, sub auspiciis Senatus Tolosanensis, postulent; Jus graduatorum, quod superioribus temporibus completum est in Beneficiis Sexcentarum Librarum annui ac certi reditus, integrum permanere in posterum, nisi graduatus in Beneficiis mille

et ducentas habeat Libras annui ac certi reditus. Audito Syndico, Placuit, 1º gratias haberi et agi Academiae Tolosanensi, quod Parisiensem consilii sui participem fecerit. 2º Parisiensem pro omnibus vigilem stare in excubiis: Negotium illud jam tentatum, datâque opportunâ occasione promotum iri/

Deinde itum est in Comitium, ubi omnes ordines rata et grata habuerunt quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, Litteras commendatitias decreverunt, amplumque Comitatum polliciti sunt rite procedenti ad aedem Deo sacram sub invocatione B. Virginis in harcurio/

Pontificem egit M. de Villevielle, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, Loco M. Louvet, Provisoris et Primarii harcuriani: Orationem habuit ad Populum, M. Asseline, Doctor ibidem Theologus ac Socius Sorbonicus: Eucharisticam ad Pontificem M. J. Truffer, humanitatis Professor, in harcurio/ Duval

Rector

16. dec. Anno Dni 1776, die decimâ sextâ mensis decembris, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni/

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem elegantem et nitidam de rebus gestis in suo trimestri Magistratu, factâ supplicandi potestate; supplicabit Illustrissimus abbas S. Vincentii Metensis, Ludovicus de Bourbon, clericus Parisinus, pro immunitate ab oscere scribendi codices philosophicos: Pro eadem immunitate supplicarunt, franciscus-henricus Theodorus Cazette, Parisinus, propter oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Cosnier, Doctor Medicus Parisiensis: Petrus-Jacobus-hippolitus Charlier, propter pectoris infirmitatem, quam testatur M. Mison, Doctor Medicus Parisiensis; Conjunctissimi fratres Guillelmus-Augustinus Molin et Josephus Molin, Parisini, ob eandem pectoris infirmitatem, testante M. Dupuy Doctore Medico Parisiensi; ob eandem causam, Joannes-Franciscus Pacros, clericus Claromontensis, testante M. Philip, Doctore Medico Parisiensi; Joannes-henricus Salbert, Presbyter Sanflorensis, ob perpetuos capitis dolores, quos testatur M. desbois de Rochefort, Doctor Medicus Parisiensis; Josephus-Petit-Beau, Turonensis, propter oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. Jacquet, Doctor Medicus Parisiensis; Adrianus-Julianus Dubourg, clericus Ambianensis, propter haemophtisim et oculorum debilitatem, testante M. Sigaut, Doctore Medico Parisiensi; Nicolaus Desbernard, Subdiaconus Lingonensis; ob debilitatem Pectoris, quam testatur M. Dupuy: eandem ob causam Josephus Prunis, Presbyter Sarlatensis, testante M. Jean-Roy, Doctore Medico Parisiensi; Claudius Animé, clericus Matisconensis, ob infirmitatem pectoris, testante eodem M. Dupuy; Joannes-Ludovicus Borde, clericus Parisinus, manu et capite Laborans, quod testatur M. Sigaut: Joannes-Baptista humani, Vesuntinus-

de Bourbon/ Cazette, Charlier. Molin Pacros Salbert Petit-Beau Jacquet Dubourg Desbernard Prunis Animé Borde

+ V. pag. seq.

GEN. DE PARIS

propter oculorum infirmitatem quam scripto testatur M. Cosnier, Doctor Medicus Parisiensis. Denique Joannes-Nicolaus-Trusson, Tullensis, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Bosquillon, Doctor medicus Parisiensis./ humain. Trusson

Audito super Supplicibus M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Ampl. Rector nationes dimisit ut deliberarent, de Supplicibus, Quatuor-Viris, et ratihabitione eorum quae gessit./

Nationes digressae ac deinde regressae per ornatissimos Procuratores retulerunt 1º à se indulgeri omnibus Supplicibus, ac praesertim Illustrissimo abbati de Bourbon; rata et grata haberi quaecumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, ei que decerni Litteras commendatitias; confirmari Quatuor-Viros-matutinis horis electos, nimirum, pro honoranda Natione, M. Redon, Philosophiae Professorem in Marchiano; pro fidelissima M. d'Arragon, Litterarum Professorem in Montacutio; pro Veneranda, M. Gardin Dumesnil, antiquum Collegii Ludovici Magni Primarium; pro Constantissima M. Lallemand, Rhetoricae Professorem Emeritum./

In iisdem comitiis, nominati sunt à singulis nationibus Deputati ad Concursum; nimirum ab honoranda Natione, MM. Varin et Carré, Uterque Grammaticae Professor in Marchiano: à fidelissima, M. Vicaire, antiquus Rector, et M. Despreaux, Philosophiae Professor in Marchiano: à Veneranda, M. Maistret, antiquus Procurator, Licentiatus Theologus, et M. Le Seigneur, Litterarum Professor, in harcurio: à constantissima M. Macdonogh, Philosophiae Professor Emeritus; et M. Jacquin, Rhetoricae Professor, in Marchiano./

Praeterea singulae Nationes amplissimum Rectorem rogaverunt, solitam adhibere velit diligentiam propter revocandum Supremi-Senatus Tolosanensis arrestum ante aliquot annos latum adversus jura Septennii Parisiensis./

Quatuor-Viri, praestito inter manus Ampl. Rectoris Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Magistrum Gardin retulerunt, prorogatos à se, unanimi consensu/ fuisse fasces Rectorios M. Petro Duval, Philosophiae Professori in harcurio./

Quae Prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata, probata, et confirmata fuit. Et ita conclusit Ampl. Rector/ Duval

Rector

// Solutis Praeclarae Artium Comitiis, habita sunt Comitia Deputatorum ad Concursum, in aula academica./

Postquam consessum est, supplicavit M. Joannes-Franciscus de Noyelles, Dator aggregatus ad secundum ordinem, et antea Litterarum Professor in Collegio Flexiensi; ac petiit in gremium aggregatorum Parisiis degentium restitui. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit suum praefato supplici postulatum concedi. Et ita conclusit Ampl. Rector/. Duval

Rector/

decembri

18. dec. Anno dni 1776, die decimâ-octavâ decembris, habita sunt Comitia Pædagogorum academicorum in aulâ Tribunalis academici, postu amplissimi Rectoris, convocata, ad eligendum agentem, et excipiendas rationes accepti et expensi./

Primum auditæ, expensæ et approbatæ sunt rationes accepti et expensi, à M. hurtault, agente, per decursum annorum 1775. et 1776; ex quibus compertum est; Accepta in gratiam tenuiorum majora esse expensis, nimirum ad summam 146tt. accepti vero in usus communes, expensa esse minora, nimirum ad summam 263tt. 11s. 6d./

Deinde Ampl. Rector, in locum M. Petri-Thomæ-Nicolai hurtault, agentis, elegit ac nominavit M. Ludovicum-antonium Natalem Grandvallet, qui res quæ ad Pædagogos academicos pertinent per biennium gerat./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

Præterea nominati sunt adjuncti Novo Agenti MM. hurtaul et Genay./ Duval

30. dec. Anno dni 1776, die trigesima decembris, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis, de rebus Choletæis./

Auditis, expensis et approbatis rationibus accepti à M. Le Bel, Universitatis Quæstore, et expensi per ultimum semestre; Compertum est ex reditibus Choletæis supereste summam quatuor millium librarum; quam quidem placuit, ineunte anno, distribui Primariis ac Professoribus/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

Die 9a. novembris indictum est argumentum Præmii eloquentiæ latinæ, in hæc verba quam iniquè de litteris sentiant, qui viros litteratos arceant à tractatione rerum publicarum/ Coram amplissimo Domino Rectore, et integerrimo quæstore/

Die vigesimo sexto Julii Duval
millesimo septingentesimo septuagesimo nono.

Ex Rector

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Index Beneficiariorum, Officiariorum Apparitorum et Clientium per decursum anni millesimi Septingentesimi Septuagesimi Sexti

Beneficiarius Universitatis /.

Die 15a aprilis, M. Claudius Maske, Diaconus ambianensis, Baccalaureus Theologus, et Doctor aggregatus ad primum Ordinem à Fidelissimâ Picardorum Natione designatus, ab Universitate Nominatus est, et missus in possessionem realem et corporalem unius è Capellaniis Savoësianis, vacantis per obitum M. Antonii Le clerc, Viri Procuratorii.

Apparitor Minor. /.

Die 11. decembris, Josephus Dar, à Consultissimâ Jurium Facultate electus ac Nominatus in adjutorem Thomæ-Alexandri Blondeau, cum spe futuræ Successionis, Sacramentum præstitit /.

Librarii. /.

Die 19. Junii, Sacramentum præstitere, novi Librarii.
Joannes-Carolus desaint
Antonius Ludovicus Catharina La porte

Magni Nuntii

Ex Natione Gallicanâ

Die 5a Januarii /.

Antonius de Vaux, pro diœcesi et Episcopatu Cabilonensi, per obitum Henrici-Philippi Testart des Tournelles /.

Die 6a Martii, Renatus-Jacobus-Thomas Drouyneau, pro Diœcesi et Episcopatu Tarbiensi, per obitum Joannis-Nicolai Cannchant /.

Die 16. ejusdem Martii, Joannes-Ferry, pro diœcesi et Episcopatu Regiensi, propter Liberam abdicationem Caroli Viot /.

Die 20. aprilis, Jacobus Bernard, pro diœcesi et Eprchi-Episcopatu Granatensi, per obitum Antonii Guillelmi Moinery. /.

Die 24. Maii, Joannes-Claudius Gerard, pro diœcesi et Episcopatu Santonensi, per obitum Claudii Ludovici Le Boutillier de chavigny. /.

Pro diœcesibus recens institutis in Corsicâ

Die 22. Augusti, Carolus Le-Bastier, pro diœcesi et Episcopatu aleriensi / — aleriâ /

Die 23. Augusti, Philippus Bernard, pro diœcesi et Episcopatu ajacciensi / — ajaccio. /.

Die 27. Augusti, Michaël Franciscus Gosselin, pro diœcesi et Episcopatu Sagonensi. / — Sagone /

Die 7a Septembris, Claudius Circaud de Seully, pro diœcesi et Episcopatu Nebiensi. / — Nébio /

Eadem die, Joannes-Jacobus-Ludovicus-Alexius Le Marchand de Wauval, pro diœcesi et Episcopatu Marianensi /. — Mariana /

Ex Natione Gallicanâ/

Die 6ª. decembris./ Joannes-Nicolaus-Josephus Maubert, pro diœcesi et Episcopatu Montalbanensi, per Liberam abdicationem Claudii Ludovici d'Allemagne/

Ex Natione Germanicâ

Die 15. Januarii, Amandus Fidelis Vourgere de La Tuillerie, pro diœcesi et Episcopatu Insularum, per liberam abdicationem, Claudii Roberti Dugon/.

Die 6ª. Februarii, Laurentius Prudentius Doucau, pro diœcesi et Episcopatu (Ratzebourg) Hauburgensi, per obitum Nicolai Martin/

Die xª. Februarii, honoratus Berard, pro diœcesi et Episcopatu (Limerick) Limericensi, per obitum Michaelis Aubert/

Die 9ª. Junii, Petrus Le Gay, pro diœcesi et Episcopatu (Bergenhus) Bergensi, per obitum Simonis Claudii Grassin/

Die 15. Junii, Philibertus Terrel, pro diœcesi et Episcopatu (Cujavie) Cujaviensi, per obitum-Joannis-Touton/

Pro diœcesibus recens institutis in Lotharingiâ./

Die 11. octobris, Ludovicus Mosqueron de Préfontaine, de Billancourt, pro diœcesi Nanceianensi/

Die eâdem 11. octobris, Petrus Cornisset, pro diœcesi (St. Diest)

Die 22. Octobris, Jacobus Laulinge, pro diœcesi et Episcopatu Albajuliensi, per obitum Arnaldi-Bartholomæi de la Brisse/.

GEN. DE PARIS MANUSCRITS

Acta, Commentarii, Conclusiones

Universitatis Parisiensis

per decursum anni millesimi septingentesimi septuagesimi septimi

Anno Dñi 1777, die quartâ Mensis Januarii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. 4 Jan.
Quibus in Comitiis consederunt ipse amplissimus Rector, M. Petrus Duval; MM. Joannes Certain, Ludovicus Laburcey, Joannes Carolus Desessarts, Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani; MM. Dionysius Claudius Duval, Petrus Ludovicus Renatus Lange . . . Sonnet, Guillelmus Carrol, Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratores: M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus: M. Guidone Antonio Fourneau, Scribâ: M. Franciscus Michaele Le Bel, Quæstore generali.

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Franciscus Nicolaus Canard, Aculytus Trecensis, Eligius Baudun, Subdiaconus Bellovacensis, Guillelmus Josephus Dieu, Petrus Ludovicus Gervais, Subdiaconus Bellovacensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constare Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, Suæ præf. Supplicibus postulata concedi.

2°. Supplicavit, pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis M. Hyeronimus Morard, Bellovacus: Audito merito Syndico, Nominati sunt Ornat. Picardiæ et Normaniæ Procuratores, qui de Supplicis vitâ, moribus et peritiâ inquirant, et ad proximos Tribunalis Academici Comitia referant.

3°. Quod dictum erat postulare Pædagogos Academicos, sibi ab Universitate fieri potestatem accedendi ad causam M. Lambin, unius é suis, nunc pendentem apud Magnam Cameram; occasione Judicii ab Ecclesiæ Parisiensis Procuratore dati, quo quidem Regiæ Manus injectio, facta apud dictum Lambin à Syndico Minorum, utpote Scholarum, non approbatur solùm et confirmatur, sed etiam ipse M. Lambin, contumax librarum multâ plectitur, quasi nullum prorsùs haberet jus exercendi Rem in urbe Pædagogii; a quo judicio ad Supremum Senatum rité provocavit: De eâ re, audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit accersiri M. Grand Vallet, Pædagogorum Academicorum

Procuratorem, seu agentem, ipsique mandari, ut illos quamprimum convocet: atque juxtà conclusionem latam die 2ª Maii 1739; eorum sententiam roget, tùm super negotio suscipiendo, tùm super conferendâ in id pecuniâ; ac demùm traditam sibi scripto suorum deliberationem affectat ad Tribunal Academicum, extrà ordinem convocandum, si ita visum erit amplissimo Rectori, quid de prædictâ postulatione ab Universitate judicatum fuerit, auditurus /

4º Quòd Rector Universitatis Cadomensis, acceptis à Tolosanensi Litteris, super Libello supplice, ut huic videtur offerendo Regi, sub nomine communi Universitatum Galliæ; ut amplificetur reditus annuus Beneficiorum, quæ à Concordatis adscribuntur Graduatis; Epistolam dedit ad ampl. Rectorem; quâ palam profitetur Academia Parisiensis, se non esse discessuram ab almæ matris suæ vestigiis: Dictum est rogandum esse ampl. Rectorem, ut pro suâ singulari urbanitate et prudentiâ responsum adornet præsentis rei difficultati consentaneum, et antiquæ necessitudini Academiam inter Parisiensem et Cadomensem /

Et ita conclusit amplissimus Rector / Duval
Rector

Præterea lecta et subscripta est tabula Virorum academicorum, qui Tributum viritim impositum apud urbis Basilicam solvere tenentur / Duval
Rector

14 Janu. Anno dni 1777, die decimâ quartâ Januarii, habita sunt Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici Magni /

Dixit ampl. Rector convocatos fuisse Pædagogos Academicos ad deliberandum de causâ Mi Lambin, juxtà conclusionem postremis in Comitiis latam; ab iis verò deliberatum esse causam Mi Lambin esse suam; adeò, que negotium illud esse suscipiendum communibus Pædagogorum academicorum sumptibus. Audito super eâ re Mo Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Visis instrumentis ad illam pertinentibus, in quibus dictum est nihil desiderari; Placuit, Magistris in artibus Pædagogium sub nomine ac Patrocinio Universitatis habentibus fieri potestatem accedendi sumptibus suis ad causam Mi Lambin, Pædagogi Academici, in magnâ camerâ pendentem ad versus minorum Scholarum Præfectos. Et ita conclusit amplissimus Rector / Duval
Rector

28. Die vigesimâ octavâ ejusdem mensis Januarii, ampl. Rector et Præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quòd ad Memoriam Divi Caroli Magni, quotannis celebrari solet, in Regiâ Navarrâ, ex Institutione V. C. de academiâ præclarè meriti, M. Egaste Duboullay, antiqui Rectoris, et Universitatis, dum viveret, scribæ et historici /

Fourneau

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Die trigesimâ ejusdem mensis Majores Universitatis officiarii cereos de more detulerunt Minoribus Magistratibus/ 30. Janu.

Fourneau

Vide ad Calcem/ Die vigesimâ nonâ, extrà ordinem, ac deinde, juxtà consuetum morem, Die trigesimâ primâ, Rector, Decani, Procuratores, Singuli cum adjunctis, Majores Universitatis Officiarii, Majoribus infulis ornati omnes, cum quatuordecim apparitoribus et Universitatis Cursore, congregati sunt, in Collegio Ludovici Magni; unde, post gentaculum, octo Curribus vecti cereos de more detulerunt 1° ad Serenissimum aurelianensium Ducem, et Illustrissimum Regiorum sigillorum custodem, 2° ad Illustrissimum Archi-Episcopum Parisiensem, Singulos que Supremarum Curiarum Praesides./ 29 et 31 Janu.

Fourneau

Antequam procederetur, Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. franciscus Ludovicus de la Roche-foucauld de Peyrousseau, Acolythus Lucionensis; Dionysius Michael franciscus Salesius Collin de Gevaudan, Acolythus claromontensis; franciscus Jalenques, Presbyter Sanflorensis, Stephanus antonius Blotterie, Presbyter Claromontensis; de quibus retulit M. franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, Quo audito, Placuit, Sua praefatis Supplicibus postulata concedi. Et ita conclusit ampl. Rector/ 29. Janu.

Duval
Rector

Die primâ februarii, iidem Ampl. Rector, cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, officiariis Majoribus, apparitoribus et cursore ut alias se contulerunt, Cereos de More Regi et Reginae oblaturi./ 1. Feb.

Ubique Rector ampl. orationes habuit tersas et nitentes, praesertim verò, apud Regem, Reginam, et aurelianensium Ducem: eos enim allocutus est eâ brevitate ac Dignitate quâ decet Magnos Principes: Ubique Universitatis nomen egregié sustinuit: ubique honorificé et cum plausu exceptus est./

Fourneau

Die tertiâ februarii, amplissimus Rector et Praeclara artium facultas, horâ decimâ matutinâ, interfuerunt solemni sacro quod apud F.F. Praedicatores celebrari solet pro Magistris Academicis vitâ defunctis/ 3. Feb

Fourneau

Februario

4 Feb Anno dni 1777, die quarto Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis ad Concursum./

1° ex singulis tribus ordinibus Philosophorum, Rhetorum, et Grammaticorum designati sunt decodecim Magistri, inter quos Illust. Senatus Princeps, cum Illustmis Viris Regiis, de Consilio ampl. Rectoris, sex Magistros seligat ex unoquoque ordine ad tentandam Candidatorum industriam.

Pro ordine Philosophorum MM. Basset, Turquet, Marcas, Georget, Hamelin, Vallé, Camyer, Macdonogh, Professores Emeriti: et MM. Lange, Beguin, Guyart, et Despreaux./

Pro secundo ordine MM. Lallemant, Le Beau, Lambert, Furgault, Genien, Le Roy, Le Bel, Gardin, Maltor, Vicaïre, Sanson, et Binet./

Pro tertio ordine, MM. Sencier, Vray, Quervelle, Cahours, Maupas, Cahours, Jacquin, Cerisier, Cabochu, Aubry, Marcognet, et Sejan./

2° Sacta enumeratione Doctorum in artibus aggregatorum Parisiis degentium, Compertum est Loca viginti quinque esse vacua: nimirum in primo ordine novem, in secundo decem, in tertio sex/

3° Placuit indicit diem decimam quintam Martii, qua Meritissimus Syndicus referat de Candidatorum nominibus, eorum Litteris Baptisterii et Magisterii artium vitaeque laudabiliter actae testimoniis. 2° quidem mensis vigesimam secundam, ad audiendas Deputatorum relationes de vita et moribus Candidatorum. 3° diem octavam mensis Aprilis ad aperiendum concursum/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

8. Feb. Anno dni 1777, die octava Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/

1° Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Dionysius Renatus Quidy, Diaconus Parisinus; Ludovicus Nicolaus Verdun, Diaconus Ambianensis; Nicolaus Gofridus Alexius Louvard, Presbyter Rothomagensis; Ludovicus Philippus Augustinus de la Rouzé, Diaconus Ambianensis; Hervaeus Carolus Dohin, Presbyter Bajocensis; Philippus Georgius Le Chien Doisnel, Presbyter Rothomagensis; Petrus Bardin, Presbyter Bajocensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierant, testimonia, quibus constat, Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: audito Syndico, Placuit Sua praef. Supplicibus postulata concedi./

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

3° Auditâ relatione Ornatis Picardiæ et Normaniæ Procuratorum de vitâ, moribus et peritiâ M. Monard, Bellovaci: auditis tum M. Grandvallet, Pædagogorum agente, tum Meritissimo Syndico, Placuit M° Hieronymo Monard, Bellovaco, in artibus Magistro fieri potestatem aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et clientela Universitatis /.

4° Quod dixit Meritissimus Syndicus, sibi à Viro Clarè Litterarum Græcarum Scientissimo et academiæ nostræ amantissimo traditum esse in manus exemplar typis egregiis impressum operis novi cui titulus est Assuluta Veterum Poetarum Græcorum, quod quidem Doctissimus Editor Bibliothecæ academicæ consecratum esse voluit: Placuit illud cum summâ grati animi significatione accipi: adeóque Mandari M° Francisco Nicolao Guerin, Syndico, ut ampl. DD. Rectoris et totius tribunalis academici nomine gratias agat DD. Brunck, alumno Universitatis Carissimo, de re litterariâ præclaré merito /

Et ita conclusit ampl. Rector / Duval
Rector

Anno dni 1777, die vigesimâ quintâ mensis Februarii, horâ septimâ matutinâ, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Deputatorum Universitatis, ad aperiendum ~~[illegible]~~ rotulum pro more Majorum. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit aperiri nominationum rotulum, pro more Majorum. / Duval
Rector

25. feb.

Anno dni 1777, die primâ Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. Quibus in Comitiis primùm adfuit M. Bouchaud, novus Jurium Decanus /

1° Martii

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Stephanus Nicolaus Tribou, Diaconus Boloniensis; Petrus Maria Florentius Dirmand, Presbyter Suessionensis; Carolus Antonius Bouteillier, Presbyter Rothomagensis; Joannes Franciscus Duflocq, Presbyter Meldensis; et Claudius Bertrand Presbyter Æduensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil omnino desideraret: audito M° Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit sua singulis supplicibus postulata concedi /.

2°. Supplicavit pro licentiâ aperiendi hic in urbe Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis M. Lamoche, Laudunensis: Audito Syndico, nominati sunt Ornat. Gallice et Picardiæ Procuratores, qui de Supplicis vitâ moribus et peritiâ inquirant, et ad proximum Comitia referant./

3°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

4°. Quòd Vir Clar. M. Bouchaud, Juris-Decanus, Rectori et Tribunali Academico obtulit exemplar operis à se conscripti, cui titulus est Théorie des traités de Commerce entre les nations, in usum Bibliothecæ Academicæ. Placuit gratias agi Sapientissimo Decano, egregii operis autori, unde redundat magna in rem publicam utilitas et in Universitatem gloria./

5°. Accessit M. Grandvallet, Pædagogorum agens, deliberationem quæ attulit, Universitatis calculo, si ipsi ita visum fuerit, approbandam: Cujus tenor sequitur,

Extrait des Registres des deliberations des Maitres
és-arts de Pension de l'université: page. 130./

4°. ont nommé pour Le Clerc de La Compagnie Louis Moutonnier, premier appariteur de La Nation de Picardie, auquel ils ont accordé le droit exclusif de la distribution de tous billets de convocation quelconque, aux emoluments de la somme de deux sols dix sols pour chaque convocation générale, et de deux sols pour chaque billet pour l'assemblée des deputés; et de la distribution de tous autres papiers et Catalogues, concernant lad. Compagnie; à La charge par lui d'aller une fois la semaine, chez M. L'Agent, prendre ses ordres, de tenir la salle propre, de se trouver dans lad. Salle tous les jours d'assemblée generale et particulieres, et d'y executer toutes les fonctions de son ministere. Et ont signé les d. jour et an. Genay. adj. Hurtaut. 1er adj. Lambin Dep. Malvaux Dep. Imbert, Fontaine de Frouille, Crequel, de Bar, de Vitry, Moutonnier, Grandvallet adjoint./

Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit Pædagogorum Academicorum petitioni annuì./

5°. Ad diem decimam octavam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./

6°. Dictum est Libellum Supplicem Universitatis nomine Regi oblatum in causâ M. Borde de Charmois, typis non esse mandandum ac publicandum antequam à Supremo Regis Consistorio admissus fuerit./

Et sic super his sex capitibus, audito
Super singulis Syndico, Conclusum
Amplis Rectore./. Durut

Rector

GEN. DE PARIS ENTRAORDINAIRE

Anno dni 1777, die Vaimâ Septimâ Martii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ Artium facultatis ad concursum./ 17. Martii.

1º Lecta est tabula virorum academicorum, quos Ill. Senatus Princeps et Viri Regii selegerunt, de consilio Rectoris, in arbitros proximi Concursûs./ Pour la Philosophie MM. Turquet, Mazeas, Georget, Hamelin, Vallé et Camyer./

Pour la Rhetorique, seconde et troisieme: MM. Le Beau, Lambert, Le Roy, Le Bel, Gardin et Sanson./

Pour la Quatrieme, Cinquieme et Sixieme MM. Sencier, Quervelle, Cahours, Jacquin, Caboche et Aubry./.

2º Retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ad proximum Concursum sistere se novem supplices; tres nimirum ad singulos ordines./.

3º Nominati sunt, qui de testimoniis vitæ et morum inter Syndici manus traditis inquirant et ad Comitia die vigesimâ quartâ hujus mensis habenda referant, pro primo ordine MM. Hamelin et Vallé: pro secundo MM. Le Roy et Gardin pro tertio MM. Caboche et Aubry./

Et ita conclusit ampl. Rector./ Duval

Actor

Anno dni 1777, die decimâ octavâ Martii, habita sunt Comitia generalia Universitatis, in Collegio Ludovici Magni, ad Sacras Supplicationes./ 18. Martii

Primùm in aulâ tribunalis academici consessum est ubi supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Guillelmus Ô-carrol, Presbyter Casseliensis, in Hiberniâ, et Jacobus Adrianus Bellart, Diaconus Ambianensis; de quibus retulit meritissimus Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua præf. supplicibus postulata concedi./

Deinde Sacramentum præstitere inter manus ampl. Rectoris, novus Pædagogus, M. Monard; et Novi Librarii, Franciscus Belin, Venantius Rochus Moureau, Duny-Voland/

Inde ad aulam Universitatis processum est, ubi, post habitam ab Ampl. Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu, Litteras commendatitias decreverunt honorificas, amplum que polliciti sunt Comitatum rite procedenti ad ædem Deo Sacram sub invocatione S. Germani veteris.

Pontificem egit M. Petrus Guillelmus Le Cordier, Doctor Theologus, Eal. Pastor; Orationem habuit ad populum M. . . . itidem Doctor Theologus, Socius Sorbonicus: Eucharisticam verò ad Pontificem M. Bonus Daireaux Grammaticæ Professor in Grassinæo/ Duval

Actor

Martio

22: Martii. Anno Dni 1777, die vigesimo-secundo mensis Martiis, habita sunt Comitia generalia et Rectoriae Praeclarae artium Facultatis, in Collegio Ludovici-Magni.

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem nitidam, in qua de iis quae gessit in suo trimestri Magistratu, summa fide retulit; praesertim verò, apud Illust.mum rei aerariae Praefectum, ad impetrandam plenam et integram vigesimam-octavam nuntiatam partem; et pro Paedagogis Academicis, adversus Ecclesiae Parisiensis Praecentorem, facta supplicandi potestate, supplicarunt,

Crump 1.o pro immunitate ab onere scribendi, Christophorus Crump, hibernus, ob pectoris infirmitatem, quam testatur M. Belleteste, Doctor Medicus Parisiensis.

Courant Joannes-Baptista Courant, Rothomagensis, propter haemoptisim, quam scripto testatur M. Duheaume, Doctor Medicus Parisiensis, Jacobus Quarente

Quarente Presbyter Constantiensis, propter oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Le Preux, Doctor Medicus Parisiensis; Renatus-Georgius Chabot, aurelianensis

Chabot propter capitis dolores, quos testatur M. Le Roy, Doctor-Medicus-Parisiensis;

Dubreuil Claudius Dubreuil, propter varios dolores, praesertim pectoris, testante M.o Garnier, Doctore Medico Parisiensi. 2.o Antonius Brissot, Diaconus Carnutaeus, quod nomen varie scripserit.

Audito de supplicibus M.o Francisco-Nicolao Guerin, syndico, Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, confirmarent Quatuor-viros Matutinis horis electos, sibique Litteras Commendatitias decernerent, grata et rata haberent quae gessit in suo trimestri Magistratu.

Nationes digressae ac regressae per Ornat. Procuratores retulerunt 1.o à se supplicibus omnibus indulgeri. 2.o confirmari Quatuor-viros mane electos, nimirum pro honoranda Natione, M. Thibourt, Baccal. Theologum, antiquum Procuratorem; pro fidelissima, M. Maillard, Grammaticae Professorem, in Regia Navarra; pro Veneranda, M. Sonnet, Bac. Theol. Exprocuratorem; pro Constantissima M. Farelly, antiquum Procuratorem.

Praeterea V.ae Ordinis Procurator dixit, V. C. M. Sanson, Professorem Emeritum in Nationis suae Comitiis conquestum esse, quod M. Le Sebre, è Natione-Picardica, Doctor aggregatus ad tertium ordinem, stipendio Doctoribus aggregatis Parisiis degentibus fruitur, licet Sacerdotium seu Beneficium Ecclesiasticum obtinuerit, quod residentiam, ut aiunt, annexam habet.

Quatuor-viri, praestito inter manus ampl. Rectoris-Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per M. Sonnet retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios Viro ampl.o M. Petro Duval, unanimi suffragiorum consensu. Die 26 Julii 1779 Duval Exaeron

Quae Prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata, approbata et confirmata fuit.

24 Martii. Et ita ab ampl.o Rectore conclusum est. Duval

Vide ad calam. Auor

2. Apr. bri

GEN. DE PARIS

Anno Dni 1777, die quinta mensis Aprilis, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis primum adfuere MM. Joannes Baptista Gardin-Dumesnil, et Joannes Nicolaus Lallemand, Novi Normaniae et Germaniae Procuratores. 5 Aprilis.

Adfuit quoque V. C. M. Guillelmus Josephus de L'Epine, antiquus Medicinae Decanus; ac protulit duo saluberrimae Facultatis Decreta, quorum priore illa mandat M.o de L'Epine, Doctorum in Comitiis praesentium antiquiori, ut Decani partes agat, donec M.o Joanni-Carolo Desessartz, ordinis Decano licuerit officii sui munia repetere; posteriore verò, ut roget Tribunal academicum suâ velit gratiâ, suisque officiis apud Magistratus et saluberrimae Facultati et suis Doctoribus adesse.

Tum ampl. Rector dixit, sibi eadem de re instrumentum intercessionis per accensum publicum denuntiatum fuisse, nomine M.i Guilbert de Preval illudque scribae legendum tradidit. Quo facto, M. de L'Epine, ut plenam et integram deliberandi libertatem Tribunali academico relinqueret, è comitio in proximum Rectoris conclave sponte digressus est.

Eo digresso, lectum est instrumentum dictae intercessionis: Auditoque M.o Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, super Decretis et intercessione, unanimi consensu Dictum est. 1.o Factam à M.o Guilbert de Préval intercessionem peccare tum contrà morem academicum tum contrà reverentiam Rectoriae Dignitati debitam. 2.o nullam habendam esse rationem ejusm. intercessionis, eaque salvâ sed non obstante, M. De l'Epine Decani vices acturum, donec M. Desessartz Rectoris et omnium votis repetitus Deputatorum redierit ad Ministeria quae summâ cum laude apud Tribunal academicum exercuit. 3.o nullam operam, nullum officiorum genus et Salub.ae Facultati et ejus Doctoribus ab Univ.ti esse defuturum.

Demum M. de L'Epine in Comitium regressus est: Cumque suum Decani Medicinae locum tenuisset.

1.o Stetit se V. C. M. Malhurinus Mazeas, Philosophiae Prof. Emeritus, ac dixit, conscriptum à se fuisse opus de rebus Logicis et Metaphysicis, almae matri dicandum, si tanto honore dignum ipsi videbitur. Auditto M.o Franc.o Nicolao Guerin, Syndico, placuit Duos pro more nominari Deputatos, qui opus expendant, ac de eo referant. Nominati sunt autem M. Turquet, Philosophiae Professor Emeritus, et M. Aherne, Philosophiae Professor, in Regiâ Navarrâ.

2.o Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Franciscus Laurentius Matheron, Presbyter Lugdunaeus; Joannes-Maria Franciscus Auvray, Diaconus ambianus, de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se videste, tum eorum litteras Magisterii, tum

Aprili

Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum stadii tempus ab iis fuisse rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mer.o Syndico, Placuit, sua præfatos utrique supplici postulata concedi/

3.o Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis, acta et statuta/

4.o, ad Tribunal Academicum, constantibus duobus adjunctis, accessit M. Grandvallet, Pædagogorum academicorum agens, ac petiit, Tribunal Academicum velit propria sua nomine ad causam M.i Lambin in Magnâ Camerâ pendentem adversùs minorum Scholarum Pædagogos, ac deinde è Comitio digressus est. Re in deliberationem missâ, Audito Merit.o Syndico, Placuit Pædagogorum postulationi annui; adeòque fieri potestatem M.o Basty, Universitatis Procuratori Forensi, in prædictâ causâ offerendi Libellum supplicem, Tribunalis Academici nomine, solitis conditionibus/

5.o Ad Comitium revocatus M. Grandvallet, cum suis duobus Comitiis, audivit quid de suâ postulatione judicatum fuisset; gratias que eget Ampl.o Rectori et Deputatis. Deinde, petiit fieri potestatem Scribæ Universitatis expediendi Litteras Pædagogii, MM. Genay, Cochet et Sabarot, quibus hactenùs expedire non licuit, obstantibus Tribunalis Academici Conclusionibus, ideò latis, illi domicilium non haberent, unde pueros et adolescentes fidei suæ commissos ad Scholas Universitatis publicas possent deducere. Audito Syndico, Placuit mandari M.o Guidoni-Antonio Fourneau, Scribæ 1.o quoniam M. Andreas-Simon-Henricus Genay, domicilium nunc habet in viâ S. Victoris, Pædagogii Litteras illi expediat, pro jure communi. 2.o aliis duobus, qui ejusmodi domicilium sibi comparare nondum potuerunt, Litteras quoque expediat; habitâ ratione circumstantiarum, et absque eo quòd res trahat in consequentiam; sequentibus tamen conditionibus: 1.o Ne recedant à normâ docendi apud Universitatem usitatâ. 2.o Servent Leges et statuta ab Univ.te Pædagogis Academicis dictas et senatûs auctoritate confirmata. 3.o Quas exercitationes suis in Pædagogiis adhibere decreverunt pro singulis studentium ordinibus, illas accuratè describi curent, hancque descriptionem Rectoris in manus tradant ab illo approbandam vel improbandam. 4.o abstineant ab omni exercitatione publicâ cui Rector suum non apposuerit calculum; ac præsertim à programmatibus typis mandandis, aliisque rebus quæ solis Collegiorum Scholis reservari solent. 5.o Meminerint MM. Cochet et Sabarot, Tribunal Academicum à Majorum institutis non discedere; adeòque ipsum sibi servare Libertatem revocandi concessam hanc gratiam revocandi, irritas que faciendi expediendas illis Pædagogii Litteras; si quid forte peccarent contrà Leges Academiæ et suprà positas conditiones/

6.o Quòd dixit Ampl. Rector, sibi, ab Illustrissimo Parisiensium Archi Episcopo, quem datâ occasione adiisset, significatum esse, gratum ipsi fore; si res, quæ nunc inter Magistrum Lambin, Pædagogum Academicum, et Minorum Scholarum Præfectos in Supremâ Curiâ pendet, absque forensi disceptatione per arbitros componeretur: Re in deliberationem missâ, Audito M. Franc.o Nicolao Guerin, Syndico.

GEN. DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Rogatis sententiis, Dictum est Causam quae in Supremâ curiâ pendet inter M. Lambin, academiae Pædagogum, et Minorum Scholarum Praefectos, si fieri potuerit, per arbitros componendam, propter reverentiam. Illust.o Praesuli debitam; ita tamen ut, 1.o compositio extrà causam non excurrat; 2.o M. Lambin sit liber ab injectâ manu, et ab omni damno immunis. 3.o res aliis arbitris non committatur, quam Illustrissimis in Senatu Parisiensi viris Regiis, ad quos ipse jam causa perlata est, et in quorum sapientiâ et publicae res ita et academia conquiescit. 4.o Secùs, tota res maneat apud Magnam Cameram, cui ex privilegio Universitatis pertinet. ordinariâ que juris viâ definiatur, quâ commissa est.

7.o Placuit concessam M.o Hespelle, Doctori Theologo, accessionem, propter Curionatum Urbis Dunkerkensis renovari; fierique potestatem M.o Drac, universitatis patrono apud Regis Consistorium, hac de re offerendi Libellum supplicem, Universitatis nomine/

Et ita Conclusit ampl. Rector/

Vide ad alium/

Anno dni 1777. die octavâ mensis aprilis, habita sunt Comitia generalia ~~praeclarae Artium et facultatis~~ Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici Magni, horâ septimâ matutinâ, ad Synodum academicam/ 8. Apr.

Post habitam, ab ampl.o Rectore Orationem, Qui Beneficia ex nominatione et Collatione universitatis possident appellati sunt hoc ordine/

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Joannes Franciscus de La Roüe, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Cosmae et Damiani.

M. Petrus Guillelmus Le Cordier, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Germani veteris/

M. Joannes Antonius Armand, Licentiatus in utroque Jure, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Andreae ab arcubus, inter Majores Beneficiarios ultimò nominatus, recurrentibus vicibus consultissimae facultatis/

Capellani.

M. Nicolaus Louvel, Doctor Theologus, Provisor et Primarius Harcurianus, Capel. Capel.ae B. Mariae, in Eccl.a Paroch.a S. Andreae ab arcubus/

Capellaniarum Savoësianarum/

M. Ant. Vicaire, antiquus Rector, et Rhet.ae Prof. Emeritus/

M. Jos. St. Joirre, Bac. Theol, human.is Prof. Emeritus/

M. Bertrandus Dupuy, Bac. Theologus/

M. Petrus Bitter, Bac. Theol./

M. Claudius Masle, Bac. Theol, Doct. agg. ad primum ordinem, inter minores Benef. ultimò nominatus, recurrentibus Picardicae Nationis vicibus/

Aprili

Capellaniarum de Castelleto.

M. Julianus Chabrun, Bac. Theol.

M. Alcymus Lottin, Doctor in utroque Jure.

M. Petrus Durand, in artibus Magister.

De Thesauro Regio

M. Franc. de Montchablon, Pastor in diœcesi Catalaunensi.

M. Carolus Lalourcey, clericus Senonensis.

Inter eos non comparuerunt MM. Armand, vicaire, Dupuy, Lottin, Durand, Montchablon; è quibus tres posteriores excusari se petiere. Audito M. Franc.o Nicolao Guerin, Syndico, Placuit præsentes Laudari; absentes qui sonticam causam attulerunt excusari, cæteros solitâ muletâ plecti.

Et ita Conclusit ampl. Rector. Duval

Rector

Eâdem die, horâ sesqui-octavâ matutinâ, solemne sacrum de Spiritu Sancto celebratum est in Sacello Collegii Ludovici Magni.

Inde ad aulam Universitatis processum est, ubi post habitam orationem latiné à V. C. M. Gardin, Doctore aggregato ad secundum ordinem, carmenque Latiné recitatum à M. Le Bon, Pædagogo academico et Doctore ad eundem secundum ordinem: appellati sunt Candidati ad aggregationem, sequenti ordine.

Ad Primum ordinem.

M. Albertus Maria Josephus Toffart, Audomarensis, natus die 17. 9bris 1754. Acolythus, Bac. Theologus, in Harcurio.

M. Joannes Bapt. Le Chevallier, Constantiensis, natus die 1. Julii 1752, clericus, in Harcurio.

M. Petrus Michael Hauchecorne, Diaconus Rothomagensis, natus 9. Februarii 1754., in Communitate S.æ Barbaræ.

Ad Secundum ordinem.

M. Carolus Franc. Racine, Noviomensis, natus die 26. Novembris 1753, Diaconus, Bac. Theologus, in Cardinalitio.

M. Bonus Michael Petrus Paulus Franciscus de Baudre, nobilis Bajocensis, natus die 8.o Januarii 1752. clericus, in Col. Lud.i Magni.

M. Petrus Huré, Rothomagensis, natus die 24 Maii 1752, clericus, in Regiâ Navarrâ.

Ad Tertium ordinem

M. Stephanus Bureau, Sagiensis, Presbyter, natus die 28. Septembris, in Col. Sorb.æ Flessæo.

M. Dionysius Renatus Quidy, Diaconus Parisinus, natus die 23. Aprilis 1753, prope ædes SS. Cosmæ et Damiani.

M. Edmundus Stephanus Mollereau, Senonensis, natus die 15. Augusti 1756, in Grassinæo.

Duval

Rector

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1775. die decimâ quintâ aprilis, habita sunt Extraordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici Magni, ab ampl.o Rectore per schedulas pridie datas convocata, ad celebrandas exequias V. C. M. Pauli Hamelin, antiqui Rectoris, antiqui Collegii Dormano-Bellovaci, Gymnasiarchae, Universitatis Bibliothecarii, et Ecclesiae Collegiatae S. Benedicti urbis Parisiensis Canonici, magno suo et totius Universitatis luctu demortui/. 15. Aprilis

Primum M. Le Bel testamenti à M. Hamelin instituti curator dixit, academicis legibus cautum est, ut, Mortuo Universitatis Bibliothecario, libri quibus dicta Bibliotheca constat recognoscerentur et ad catalogum conferrentur, ac si qui forte deessent ab haeredibus ejus restituerentur: id autem factum iri sumptu, per viros forenses magno, per academicos parvo. Audito Reper eâ re Merit.o Syndico, placuit rogari Viros M.o Hamelin, dum viveret, addictissimos M. Fourneau antiquum Rectorem et Scribam, et M. Cahours, Professorem Emeritum in Grassinaeo, ut hanc in se curam velint recipere/.

Deinde idem M. Le Bel dixit, se à M. Poignard, Ludovicaei Primario rogatum esse, ut tribunal academicum invitaret ad sacrum die Veneris proximâ, in Sacello dicti Collegii celebrandum ad obtinendam aeternam requiem animae M. Hamelin, Bellovaci, antequam in Ludovicaeum transferretur, Primarii. Audito Syndico, placuit invitationi annui/. 9. aprilis Vide ad cal

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval Rector

His actis, ex aulâ Tribunalis academici ad Sacellum Collegii processum est, inde quae ad Sepulturae Locum, nimirum ad aedem Deo sacram sub invocatione S. Benedicti: ubi omnia solito ritu peracta sunt, nisi quod Straguli funerei angulos non tulerunt, juxtà consuetum morem, quatuor viri Rectorii, sed quatuor Ecclesiae Collegiatae S. Benedicti Canonici/

Fourneau Duval Rector

Die Veneris decimâ octavâ ejusdem mensis, hora decimâ matutinâ, Rector Decani, Procuratores, cum officiariis Universitatis Majoribus et duobus apparitoribus, interfuerunt sacro quod à Gymnasiarchâ et Alumnis Ludovicaeis celebratum est, pro M. Paulo Hamelin defuncto/

Fourneau Duval Rector

Anno dni 1777. die tertiâ mensis Maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici-Magni. Quibus in Comitiis Locum tenuit M. Drousson, novus Picardiae Procurator/ 3.a Maii

1.o Supplicavit pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Sejourné (Martinus Alexander) Subdiaconus Parisinus; de quo retulit Mer. Syndicus se vidisse, Litteras Magisterii, Professorum testimonia, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, placuit, supplicis postulationi annui/

Maio ——

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Sapientibus in Comitiis acta et Statuta/

3°. Lecta est Sacræ Facultatis conclusio; cujus tenor sequitur: Ut omnia tollatur querimoniæ Locus, occasione libellorum Universitatis nomine offerendorum, Consessus ordo, postulandum erat per Rm. D. Dominicum Decanum, nomine Sacræ Facultatis, ut à Statutis non discedatur, quibus cautum est art8 11. Appendicis, de rebus ad academiam pertinentibus Rector nihil Statuat, invocatis superiorum Facultatum Decanis, si quid secùs fiat, id irritum habeatur. Audito Mr. Franc. Nic. Guevin, Syndico, Placuit Sacri ordinis conclusionem in commentarios inscribi, inde id fieri quod hactenus factum est, quodque Statuta præscribunt, nimirùm de rebus ad academiam pertinentibus à Rectore nihil statui, invocatis superiorum facultatum Decanis/

4°. De opere novo, quod M. Joannes-Baptista Gardin, antiquus Collegii Ludovici Magni Primarius et Rhetoricæ quondam Professor in Navarrio, ad usum Studiosæ Juventutis conscripsit, quodque singulari beneficio postulavit, ut sibi liceret Universitati dicare et sub ejus auspiciis evulgare: audita MM. Caroli le Beau et Antonii Malter, Emeritorum Rhetoricæ Professorum relatione, cujus tenor sequitur: Nos ab Academiâ Parisiensi delegati, ut Librum à Joanne Baptista Gardin-Dumesnil, Emerito Rhetoricæ Professore, cujus titulus est, Synonimes-Latins, examini nostro subjiceremus, testamur hunc librum omnibus latinæ linguæ studiosis paratilem futurum, ut nobis visum est, in cujus rei fidem subscripsimus, Parisiis die 2ª Maii 1777. Signatum C. Le Beau. A. Malter./ Audito quoque M. Franc. Nic. Guevin, Syndico: Placuit unanimi consensu, gratias haberi agique M°. Joanni-Baptistæ Gardin, quòd opus istud suscepisset, eique fieri potestatem, ut illud emittat in publicum, sub auspiciis et nomine Univ.tis/

5°. Facta est potestas M. Guidoni-Antonio Fourneau, ad revisionem Bibliothecæ Universitatis Deputato, regias manus injiciendi in illam pecuniam, quæ hæredibus J. C. M. Hamelin, Bibliothecarii, obventura est; donec recognitio Librorum facta et absoluta fuerit/

Duval Rector

Et ita ab ampl°. Rectore conclusum est/

Præterea postulavit Mr. Richard. procurator, hac Nationis nomine, Ampl. Rectorem, quâ solet diligentiâ rem Coloranam promovere/

Duval Rector

13. Maii

Anno Dni 1777, die decimâ tertiâ Maii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, ad laudandum Concursum./

Post celebratum in Sacello dicti Collegii solemne Sacrum, cantatumque hymnum Eucharisticum Te Deum, ilum est in Comitium, ubi Orationem habuit Latinè M. Germain, Doctor Aggregatus ad hunc ordinem: Carmen verò Latinè recitavit M. Formey ad eumdem Ordinem aggregatus./

Posteà lecta est tabula Doctorum in artibus aggregatorum, anno præsenti

1777., cujus tenor Sequitur -/

Tabula.

Doctorum in artibus aggregatorum die 13ª Maii 1777

ad Primum Ordinem

M. Petrus-Michael Bautezeux, Diaconus Rothomagensis, natus die 9. Februarii, anno 1754., in communitate S.ti Barbarae/

ad Secundum ordinem.

M. Carolus-Franciscus Racine, Diaconus Novicinensis, Natus die 26. novembris, anno 1753, in Cardinalitio/

M. Bonus-Michael-Petrus-Paulus-Franciscus de Baudre, nobilis-Bajocensis, clericus, natus die 8ª Januarii, 1752, in Collegio Lud. Magni/

M. Petrus Ruré, Rothomagensis, Natus die 24. Maii 1752, clericus, in Regiâ Navarrâ/

ad tertium Ordinem

M. Stephanus Dureau, Natus die 28. Septembris 1748., Presbyter Sagiensis, in Sorbonæ Alumnus/

M. Dionysius Renatus Luidy, natus die 23. Aprilis 1753, Diaconus Parisinus, propè ædes SS. Cosmæ et Damiani/

M. Edmundus Stephanus Mollereau, Natus die 15. augusti 1756, Senonensis, in Grassineo/ Luidy Dureau

Anno dñi 1777, die Veneris vigesimâ tertia Maii, habita fuit, in Collegio Ludovici Magni, extra-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, per-Schedulas pridiè datas ab amplº Rectore convocata, ad eligendum Universitatis Bibliothecarium/ 23. Maii

Primum omnium Supplicavit, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii-artium et quinquennii M. Joannes-Dulau de la corte Savignac, Presbyter Petrocorensis, Doctor Theologus. De eo retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, Suum gratiosè Supplicem-postulatum concedi/.

2º Retulit M. Le Del, testamenti à Mº Hamelin Curatore, Legatos abillo fuisse Libros quordam numero triginta novem ex Bibliotheca Elzivirianâ, alios verò 112 suæ ejus scriptos; Utrosque sub oculos posuit, ac depositionis suæ actum petiit: Lecto dicti Testamenti articulo, quo constat prafatos Libellos Universitati Legatos fuisse a Viro ad extremum usque vitæ Spiritum -

Universitatis Parisiensis amantissimo, ac de illâ praeclarè merito: Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit Legatum accipi, et testamenti Curatori Liberae manus actum dari /.

3° Lectae, expensae et approbatae sunt rationes acceptorum et expensorum ad Universitatis Bibliothecam pertinentium, per decursum annorum 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. et 1776: illas reddente eodem testamenti Curatore M° Le Bel: ex his verò compertum est accepta esse majora ad summam 507.tt 4 s.

4° Jisdem in Comitiis Lectae et approbatae sunt rationes accepti per decursum anni 1776, et expensi ab eodem M. Le Bel, Universitatis Quaestore, ad solemnem Praemiorum Academicorum distributionem; ex quibus compertum est accepta esse expensis minora ad summam 131.tt 17 s. 1 d. /

5° Dixit Meritissimus Syndicus, convocata esse hodierna Comitia ad electionem Bibliothecarii Universitatis, in locum M. Pauli Hamelin, demortui, sentire se, sentire omnes, quantam jacturam fecisset Universitas, morte improvisâ viri qui toto vitae suae tempore de Academiâ benè meritus est: Nunc verò, post factam et propemodum absolutam librorum revisionem, Bibliothecarii munus non posse sine aliquo Universitatis detrimento vacuum diutiùs relinqui: igitur, postulare se, ut illud munus demandaretur viro alicui Academico ad illud exercendum iis instructo dotibus, quas Universitas optare possit, fide imprimis ac diligentiâ: nec verò quaerendum esse longiùs; adeste hîc amplissimum Rectorem, quem nossent omnes huic obeundo muneri aptissimum, Universitati imprimis addictum, et apud omnes acceptissimum. In ejusmodi occasionibus non aliò decurrere solitam Universitatem, quoties Rectorem haberet, in quo, quod quaerebat, inveniret. Audito Syndico, Re in deliberationem missâ, unanimi suffragiorum consensu electus est in Bibliothecarium Universitatis, loco M. Pauli Hamelin, demortui, Vir amplissimus Magister Petrus Duval, Philosophiae Professor Emeritus in harcurio, tunc temporis Rector /

Et ita conclusit amplissimus Rector / Duval
Rector

Extemplò, M. Petrus Duval, Rector, Sacramentum praesutit pro munere Bibliothecarii inter manus Sapientissimi Theologiae Decani / Fourneau

7 Junii

Anno dni 1777, die Septimo Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni /.

1° 1° Supplicavit, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Franciscus-Blasius Malafoste, Subdiaconus Mimatensis, de quo retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus-

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab eo fuisse rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit suum præfato Supplici postulatum concedi./

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3° Accessit ad Tribunal Academicum M. Candidus Courent, in artibus Magister, unus è Ludi-Magistris minorum scholarum, ac petiit, sibi fieri potestatem aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub nomine et clientelâ Univ^tis. Audito M. Franc. Nicolao Guerin, syndico, priusquam de supplicis petitione deliberaretur, Placuit illum interrogari, an vellet officium sibi à Præcentore commissum abdicare, ejusque Litteras remittere. Quod cum se præstiturum dixisset, nominati sunt Ornatissimi Normaniæ et Germaniæ Procuratores, qui de ejus vita et moribus inquirerent/

4° ad diem Mercurii decimam-octavam hujus mensis, indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes/

5° Quod dicti sunt è vivis excessisse Viri Clarissimi MM. Gillet et Caillard: Ille, unus è quatuor Patronis, seu advocatis juratis, quos habet Universitas apud Supremum Senatum: hic, unus è duobus quos eadem habet in foro Castelleti. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, syndico, Placuit, in locum M^i Gillet, suffici V. C. M^grum Target; inter causidicos Parisienses fide, constantiâ, eloquentiâ et rerum publicarum amore percelebrem; et in locum M^i Caillard, V. C. M. Picard, non mediocri eloquentiæ famâ et rerum publicarum peritiâ commendabilem./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

Anno dni 1777, die decimâ-octavâ Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia centuriata, ad sacras supplicationes/ 18. Junii

Primum omnium in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi supplicarunt, prò litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Franciscus Ludovicus Josephus Doye, clericus diœcesi Parisiensi incorporatus; Jacobus Bourdon, Presbyter Bellovacensis; Jacobus Ludovicus Dauchemait, Presbyter constantiensis; henricus Alexius Teissier, clericus Carnutensis, de quibus retulit M. Franc. Nicol. Guerin, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum; cæteraque

instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua præf. supplicibus postulata concedi./

3º Sacramentum præstiterunt inter manus Ampl. Rectoris Viri Clarissimi MM. Target et Picard, novi Universitatis Consiliarii forenses./

4º Sacramentum quoque præstiterunt, à M. Simon, uno ex adjunctis rei Librariæ præsentali MM. Franciscus Joannes Baudouin: Joannes Antonius Bluet; Achilles Maximinus Philogonus Knupen, Paulus Dionysius Mequignon; Nicolaus Tussanus Mequignon; Joannes Jacobus Dionysius Valade, Jacobus Philibertus Santus; Thomas Brunet: Ludovicus Alexander de Lalain; Ludovicus Petrus Bradel, novi librarii./

5º De variis controversiarum Capitibus Universitatem inter et Præcentorem Ecclesiæ Parisiensis, Lectus est Libellus memorialis ab Ampl. Rectore conscriptus, de quo sententiam dixere MM. Target et Picard, novi Universitatis Consiliarii forenses; ex quorum sententia, Placuit rogari Illustrissimos Viros Regios, ut, revocatis ad Statuta Senatus auctoritate confirmata Majoribus ad minoribus scholis, controversias illas finiri curet./

Postea itum est in Comitium, ubi post habitam ab Ampl. Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu, Litteras commendatitias decrevere, amplumque comitatum polliciti sunt rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Sulpitii, in suburbio San-germano./

Ibi Pontificem egit M. Le Febvre, Doctor Sorbonicus: orationem habuit ad populum M. Duvoisin itidem Doctor Sorbonicus: Eucharisticam ad Pontificem, M. Guerault, sexti ordinis Professor in Grassinæo./ Duval

Rector

19. Junii Anno dni 1777, die decimâ nonâ junii, habita sunt Comitia Deputatorum Præclaræ Artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni, ad Designandos Præsides et Arbitros Concertationum in proximam Præmiorum Academicorum distributionem. Quorum quidem Tabula unanimi consensu prescripta est, in proximis Præclaræ Facultatis Comitiis palam recitanda./

Deinde M. Le Seigneur, Litterarum Professor in Harcurio, unusé duobus Deputatis, exposuit, optandum esse, ut qui de concertationibus illis in posterum judicaturi sunt, scripto declarent; eos secum neque directé neque indirecté communicatas fuisse. Audito, super hac propositione Mº Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Dictum est, disceptationem hanc non esse præsentium, Comitiorum, illam verò ad generalia quatuor Nationum Comitia esse remittendam. Et ità concluset Ampl. Rector./ Duval

Rector

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno Dni 1777, die vigesima tertia Mensis Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni generalia et Rectoria Praeclarae Artium Facultatis Comitia./ 23 Junii

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, Stephanus-ambrosius Tenaille d'ortais, clericus altissiodorensis, quod scripserit Tenaille de la Bretonniere; Philippus Maximus de Beaufort, Subdiaconus Parisinus, ut error nominum reformetur; Guillelmus de Ztenler clericus Parisiensis, ut omissam nomen in posteriore Physicorum restituatur; Laurentius Augustinus attenoux, Diaconus Arelatensis, ut nomen omissum in priore Logicorum restituatur: Bernardus Logeat, auditor ampl.o Rectoris ut nomen omissum in posteriore Logicorum restituatur: Joannes antonius Le Bée, ut ne sibi noceat quod scripserit se de Belicourt, omisso cognomine Le Bée; Josephus Carboué, ut immunis foret ab onere scribendi codices propter capitis et pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. de Laurenberg, Doctor medicus Parisiensis; Joannes-Petrus Emmanuel du Casse, Subdiaconus Bajocensis, in Universitate Palensi Artium Magister, ut biennium in utraque Tolosanensi et Palensi Universitate confectum pro uno anno parisiis imputetur: Claudius Henriot, ut biennium Nancei confectum sub Magistris ab Universitate Parisiensi missis, et octodecim menses Parisiis sibi pro biennio Parisiensi computentur. Denique Renatus de Laage, Presbyter Pictaviensis, ut duo anni in Universitate Pictaviensi, sub Magistris Saecularibus confecti sibi pro uno anno imputentur./

Tenaille d'ortais, de Beaufort, Ztenler, attenoux, Logeat, Le Bée, de Belicourt, Carboué, du Casse, Henriot, de Laage

De supplicibus retulit M. Franc. Nicolaus Guerin, Syndicus; ac dixit, de prioribus nihil esse moram quominus indulgeatur; de tribus posterioribus, qui postulant ut biennium Tolosae, Nancei, et Pictaviis confectum pro uno anno imputentur. Ad primum; Scriptum ad se fuisse Epistolam ab Illustrissimo Regni administros DD. Amelot, in favorem M. du Casse; cui, annuente Amplissimo Rectore, responsum est; id quod postulatur, non competere de jure nisi Universitatibus Remensi et Cadomensi; non pauca tamen esse exempla quibus constat hanc gratiam et olim et nostris temporibus non semel concessam; gratius tamen facturum Illustrissimum administrum, si rem Nationum indulgentiae permitteret. Ad secundum; M. Henriot dimidiam tantum gratiam postulare, ut biennium computetur pro sex mensibus; ipsum Studuisse sub Magistris Parisiensibus, in eâ urbe, de quâ vix quidquam dicere ausit, cum in eâ natus sit, quam Universitati Parisiensis litteris addictissimam ex eo constat, quod Nobilitatis jura Litteratis viris concesserit; decurum ipsum aetatem triginta fere annorum attigisse. Ad tertium ipsum postulare gratiam unius anni, quod jam Presbyter sit, jam ad Licentiam Theologicam paratus; filius patris qui decem habet liberos, duos filios, et octo filios, quorum septem militiae addicti sunt; unus qui veterani militis solitudinem consolari, senectamque curare possit./

Posteà Rector, cum retulisset paucis ea quae gessit ad obtinendam plenam et integram vigesimam octavam Nunciaturam partem, ex quo clavum Universitatis tenet; Jussit palam recitari, quam die undecimâ mensis Maii proximè elapsi, ad se rescripsit

Illust. rei erariæ Præfectus /

Cùm jussit paritèr Legi Tabulam Præsidum et arbitrorum Conclusionem quos Tribunal Prælaræ artium Facultatis designavit ad proximam Præmiorum academicorum Distributionem. Die [illegible] hujus mensis /

Cumque idem ampl. Rector Nationum deliberationi proposuisset Legem novam à Mo. de Sig nuo in iisdem comitiis rogatam: M. Franciscus Nicolaus Querin, Syndicus, hæc de re sequentem habuit orationem. A. R. P. O. L. L. P. A. Die Jovis proximè elapso, post electos à Sap. Nationum Decanis proximarum Conclusionum Præsides et arbitros, Dictum est ab uno Venerandæ Nationis Deputato, invebuisse jam diu et in annos invaluisse publicos hominum querelas de Judiciis, quibus hîc aut illîc præmia decernuntur, idque eo præsertim nomine, quòd ex iis qui pronuntiant, sæpe nonnulli Scriptiones nostras, ut potè antèa curiosè diligenterque lectitatas, adèoque jam sciant quarnam suarum sint, quarnam alienorum; unde necessariò eorum favor in suos, etiam si nolint, inclinetur. Jamne itaque ad Judicia paratos, si quid sit in suis laudabile, mirum in modum extollere, si quid mendosum, lucri aut saltem excusare; tacentibus interim aliis, aut leviter repugnantibus, et ut fit, in eorum, qui aliis disputant, sententiam aliquando concedentibus. Huic itaque malo remedium esse quærendum; quod quidem ultrò se offerret, si peritis Judiciis, in subscribendo suo nomine, omnes scripto declarassent, nullam earum de quibus pronuntiassent Scriptionem in antecessum à se lectam esse. Jam itaque rem vestræ deliberationi hodiè proponit ampl. Rector; de quâ cum jubeat à me quid sentiam declarari, pauis exequar —— Nova instituta, Proc. academici, raro inimicis et obtrectatoribus carnere. quod quidem minimum experti loquimur. Quid enim haberet hodiè novi hæc Universitas, in cujus gratiam suis et paucis ante annis tam multa et tam splendida sive Magistratuum sapientiâ, sive Regum Liberalitate indulta sunt, ne vigeret in dies magis antiqua natæ, et novo se quasi Juventutis flore induerets, nedum senectæ vitio ac rubigine deficeret? quid haberet novi, si statuissent aures novis, ut nova quæque nascebantur, criminationibus? atque hæc disceptatio ne longiùs exeurrat, ea ipsa, de quibus agitur, conclusiones quam multorum sermonibus à principio impugnatæ sunt? Equidem de optimo Viro, quo invitante ista vobis hodiè disceptatio proponitur, prò isto habeo, eum animo veré academico, et quæ audistis, et quæ in rem studiorum esse duxerit, elocutum. Verùm et nobis dicendi, quod nos hîc non mediocriter angit, eloquii: dicendi timere, ne quæsita multo remedio ne nova cautiones nihil aliud efficiant, quàm ut indies de nostris hominibus diffidentiam aut ingeniant aut augeant. Isti enim rumores, P. A, dum procurantur, agnoscuntur; et ista remedia non tam in sequentium annorum emendationem, sic emendationi locus, quàm in aliquod superiorum Judiciorum ac fortasse futurorum dedecus redundabunt. Creditè æquioribus animis fore, qui victi fuerint, cùm vos ipsos de vestris Judiciis haud obscurè diffidentes viderint? Perfidus est, quis quis suarum aut alienarum Scriptionum eo perlegit animo, ut meritis, si possit, palmam eripiat quam deferat immeritis. at cum præscripta declaratio non deterrebit, quem conscientia Religio non absterruerit. absit potius istius latrocinii, nam hoc vere latrocinium

BIBLIOTHÈQUE DE PARIS

est, quemquam nostrum suspectum habeamus. Quid quod ipsa quoque nova subscribendi forma brevi in vanam contemptamque formulam abitura sit? Ergò, inquies, scriptiones palam praelegere licebit? Intelligent viri probi, neque alios hic esse judico, id non licere: Intelligent id saltem esse suspiciosum, et abstinebunt —— haec autem à me dicta sint, P. A: non ut quemquam ab alterutrâ, quae magis ipsi placuerit, sententiâ revocem, sed ut habeatis, quae in utramque partem afferri posse judicavi — Quidquid statueritis, fortunae eventus/

Auditto Syndico, Ampl. Rector dimisit Nationes, ut deliberarent 1º de supplicib; 2º de Quatuorviris manè electis. 3º de Epistolâ Illust. rei aerariae Praefecti. 4º de subscriptione novâ ab arbitris concertationum exigendâ. denique de rati-habitione eorum quae gessit in suo trimestri Magistratu./

Nationes digressae ac regressae per ornatissimos Procuratores retulere, 1º rata à se et grata habere quae gessit Ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decerni perhonorificas. 2º Confirmari Quatuor-Viros manè electos; nimirum, in honorandâ Natione; M. Begum Philosophiae Professorem, in Collegio Ludovici-Magni: in fidelissimâ, Mrum Lange, Ex-Procuratorem, et Philosophiae Professorem in Cardinalitio: in venerdâ M. Le Tourneur, Baccalaureum Theologum, et Doctorem aggregatum primo ordinis; in Constantissimâ, M. Farelly, Virum Procuratorium. 3º inscribendam esse in Commentariis Epistolam Illust. aerarii Praefecti. 4º è re academicâ esse, ut arbitri concertationum ad solemnem praemiorum distributionem, scripto declarent, scriptiones quae eorum examini subjectae fuerunt, neque directè neque indirectè secum communicatas fuisse. 4º à se supplicibus omnibus indulgeri.

Praeterea petiit fidelissima Natio, ut ne in consequentiam trahat concessa, praesentibus in Circumstantiis, Magistris Tolosanensi, Nauianensi et Pictaviensi gratia: Veneranda verò, ut à singulis Nationibus nominentur Deputati qui expendant quae sint foederatae, quae sociae academiae/

Quatuor-Viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave habierunt, unde digressi per M. Le Tourneur retulerunt prorogatos à se fuisse fasces Rectorios M. Petro Duval, Universitatis Bibliothecario, unanimi consensu/.

Quae prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata et confirmata fuit.

Et ita concluset Ampl. Rector/ Duval

Rector

Paris ce 11. avril 1777./

J'ay rendu compte au Roy, Monsieur, des réclamations faites par l'Univté rélativem. à la fixation de la somme qu'elle doit recevoir annuellement des fermiers des portes pour lui tenir lieu du produit de

Junio

Messageries: J'ai mis en même tems sous les yeux de S. M. tout ce qui s'étoit passé précédemm.t à cet égard; et S. M. a décidé que l'Université jouiroit, jusqu'au 1er Janvier 1780, des sommes fixées par l'art. VIII. du Bail des postes du 20. fevrier 1770., attendu que les changemens qu'elle a jugé à propos de faire dans le bail des postes par l'arrêt de son Conseil du 11. 7bre 1776 n'en devoient point apporter à la fixation faite par le Bail de 1770, pour avoir lieu jusqu'au dernier decembre 1779, sauf a examiner alors le fond des représentations de l'université. Je suis, Monsieur, bien sincerement à vous, signé Taboureau / Inscriptio erat, à M. Duval, Recteur de l'Université /

Fourneau

Tabula

Praesidum et arbitrorum ad proximas Concertationes

In Rhetorica. Praesides. 1° MM. Le Meignen et Labour. 2° MM. d'arrasn et Lhermite /

arbitri. 1° MM. Lambert, Gardin, desrez, charbonnet.

2° MM. Fargault, le Roy, Sanson, Dumouchet.

In secundo ordine. Praesides. 1° MM. Bourgeois, vaste /

2° MM. Dair 1ers et Binard

arbitri. 1° MM. Guyot, Binet, Cerisier, Dupuys.

2° MM. Coger, Le vasseur, Leveque, Geoffroy /

In tertio ordine. Praesides. 1° MM. Delneuf. 2ues Marcognet.

2° MM. varin, Jouy /

arbitri. 1° MM. Raity, Rousset, Quevremont, Dupont /

2° MM. Desmales, Gaudet, Bouly, Goste /

In quarto ordine. Praesides, MM. Cahours, Le Mercier /

arbitri. MM. Noguette, Le Seigneur, Patin, Buirette

In quinto ordine. Praesides MM. Maupas, Dair 2ua

arbitri MM. Sejan, aubry, de Lestré, Gueroult 2ua /

In sexto ordine / Praesides, MM. Potel, Maillard

arbitri, MM. Germain, Grenet, Daireaux, Renoque

Et ita conclusum est /

Fourneau

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1777, die quinta Julii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni. 5. Julii

1º Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Nicolaus de Vismes, Subdiaconus Ambianensis; Josephus Fidelis Waranguien, Presbyter Ambianensis; Claudius Tussanus Longavesne, Presbyter Parisinus; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit sua præf. Supplicibus postulata concedi.

2º Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3º Supplicavit pro Litteris nominationis, jure Baccalaureatus in Juridica facultate et Septennii, M. Sebastianus Le Brun, Presbyter Lugdunensis; de quo retulit M. Franc. Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Baccalaureatus, tum Professorum testimonia, cæteraque instrumenta in quibus nihil desiderari; nisi quod supplicaverit, insolito more, scilicet, jure Septennii in Consultissima facultate confecti. Hoc audito, Placuit, suum præf. Supplici postulatum concedi, ut ne majus ei jus tribuatur, propter Septennium, more insolito supplicanti, quam cæteris, propter quinquennium rite confectum, solito more, supplicantibus.

4º Quod dictum est, ex quo mortuus est Vir honestus De Courchamp, Universitatis Procurator forensis, apud Castelletum Parisiense, neminem in ejus locum suffectum esse; audito meritissimo Syndico de probitate et rerum forensium peritia Mº Boutin, unanimi consensu Placuit M. Boutin nominari, qui sit Universitatis Procurator apud Castelletum Parisiense.

5º Quod dixit ampl. Rector, stato tempore depositum à se fuisse manus et officium Professoris, inter Manus V. C. Mº Nicolai Louvet, Provisoris et Primarii Harcuriani; ab hinc tempore, neminem fuisse nominatum, qui vacuum locum teneret. Audito super eâ re M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico, re in deliberationem mistâ, unanimiter Placuit, rogari Virum amplissimum M. Petrum Duval, Rectorem, ut ad ferias usque Academicas proxime imminentes, auditoribus Logicam Harcuriam assidue ac diligenter frequentantibus distribuat consignatas nomine suo Studiorum testificationes; nisi tamen Vig. Harcurii Gymnasiarchæ visum fuerit, novum ante ferias nominare Philosophiæ Professorem, in locum vacuum, cui jus competat Litteras Studiorum testimoniales chirographo suo muniendi.

6°. Quod dictum est apud Supremum Regis Consistorium litem perdere inter V. C. M. Langlois, Universitatis Parisiensis graduatum, in diecesi Blesensi Parochum, et Ordinem Præmonstratensem; cujus summa est, ut rum Parochiales Ecclesiæ quæ prioris temporibus dicto Ordini addictæ fuerant, ac deinde longo rerum usu ad Pastores Sæculares transierunt, nullâ præscriptione fieri possint obnoxiæ Sæcularium Graduatorum expectativæ ac possessioni: Audito mentis° Syndico, Placuit audiri ad causam M°. Langlois, adversus Præmonstratenses, solitis conditionibus/

7°. Lectus est Libellus Memorialis conscriptus à M°. Drou, Universitatis apud Supremum Regis consistorium Consiliario; occasione Privilegii, Septemarchis Theologiæ Juris et Artium Professoribus à Regibus nostris jam pridem concessi per totam totâ Galliam; quod tamen paucis abhinc annis vetuit Senatus Tolosanensis, ne in suâ Jurisdictione obtineret. Audito mentis° Syndico, Placuit dictum Libellum approbari, Laudari, à Rectore subscribi, et Illust°. Regiorum Sigillorum Custodi quam primùm offerri/

Acta conclusit ampl. Rector/ Duval

Actus

Hic peractis, itum est à Comitio in Bibliothecam Academicam, ubi Vir Amplis°. Mus. M. Petrus Duval, novus Bibliothecæ dictus Præfectus, missus est in ejus possessionem per traditionem Clavium/

Fourneau

2. Aug°. Anno Dni 1777, die Secundâ mensis augusti, habita fuit in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis, Locum suum tandem aliquando resignavit M. Decrestard, Medicinæ Decanus, ad sua Ministeria restitutus, æquis Sine Supremi Senatus judicio, brevi et eloquenti oratione gratias egit ampl. Rectori et Tribunali Academico, quam inscribi placuit ad perpetuam rei Memoriam/.

1°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii M.M. Nicolaus Bernardus Barbier, Diaconus Vesuntionensis: Joannes Bapt. Franciscus Le Grand, Acolythus Noviomensis; Jacobus Renatus Courtois, Diaconus Canonanus: Joannes Bapt. Gadois, Diaconus Suessionensis; Simon Petit jean, Prosbyter Aurelianensis; Ludovicus Antonius Philibertus Veron, Subdiaconus Suessionensis, (Jure Baccalaureatus in utroque jure et quinquennii) Franciscus Matthias Nougat, Presbyter Catalaunensis; Gabriel Theodorus Martin, clericus Novionensis; Olympius Philippus Renatus Corsin, Acolythus Lingonensis; Joannes Maria Ludovicus Petit, Subdiaconus Parisinus; Nicolaus Ludovicus Despres, Diaconus Catalaunensis; Nicolaus Augustinus Piles, Diaconus Ambianensis; Petrus Damianus de Rebaumont, Subdiaconus Ambianus; Anna Carolus Le Prevost de Glimont, clericus Ambianensis; Laurentius Hyacinthus Josephus Doulé, Diaconus Cameracensis; Petrus Patin Presbyter Trecensis/ Fourneau

Edmundus La molthe, Presbyter Senonensis; Ludovicus de la foy, Presb. Carnotensis; Carolus La molthe, Presb Senonensis; Claudius Carolus de vaux, Diaconus Suessionensis; Carolus-Franciscus-Augustinus-Liquois de Beaufort, Subdiaconus ambianensis; Joannes-Franciscus Caret, Subd. vabrensis; Franciscus-Laurentius Thibault, Diaconus Senonensis; Petrus Rey, Diaconus Lugdunæus; Nicolaus-Martinus Auger, Diaconus Senonensis; Ludovicus Loriot, Diaconus Sagiensis; Josephus-Nicolaus de champeaux, Diaconus Lingonensis; Maximilianus-Nicolaus Housset, Presb. ambianus; Petrus-Renatus Goid de Lauberdiere, Diaconus Cenomanensis; Jacobus-Blanchet, Diaconus viennensis; Joannes-Franciscus Brunoté, Presbyter Bajocensis; Claudius Henriot, Diaconus Eduensis; antonius Marty, Diaconus Ruthenensis; annæus Durif, Subdiaconus Claromontensis; claudius arvisenet, de Bellesille, Subdiaconus Lingonensis; franciscus Simon, Presbyter Noltho-magus; Carolus Simeon Crepelle (omisit nomen Patricæ, et titulum Eccl.æ) Joannes-aloysius Painel vins, acolythus Laudunensis; Maria-franciscus-Mouffle, Diaconus Parisinus; Carolus-Ludovicus-Dionysius Bernault, Subd. ambianus; franciscus Ruré, Diaconus Carnutensis; Nicolaus Cressonier, Subdiaconus Bellovacensis; Philippus-Guillelmus-Maria-alphonsus Barduin, Diaconus atrebas; Gilbertus allegre, Subdiaconus Claromontensis; Joannes-claudius Malegue, Subdiaconus anicæus: claudius-Joachimus Daveuf, Diaconus Laudunensis; Adrianus Saragne; Joannes-Franciscus Reverdin, clericus Nullensis; Nicolaus Matagrin, Diaconus Cenomanensis; Joannes-Antonius Maria Simon Bizarniere, Diaconus Suessionensis; Josephus Viel, Presb. Constantiensis; Ludovicus-Angelus Boequin, Diaconus Carnotensis; Petrus Le Sour, Subdiaconus Carnotensis; Joannes-Maria-Hanus, Subdiaconus Leonensis; Petrus Lebrun desbois, Subd. Claromontensis; Joan. alexander. Namurcy, Diac. Noviomensis; Gaspardus Dumoulin, Diac. Lugdunensis; Amra ant. de Gand, Subd. Laudunensis; Joannes-Berthon, acolythus claromontensis; Joannes-Franc. Thivial, Diac. Suessionensis; claudius Jerome, Subd. ambianus, et Stephanus Jaudet, Presb. Mimatensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii et Baccalaureatus, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, in quibus nihil desiderari. Audito mentº Syndico, Placuit, Suo præf. Supplicibus postulata concedi.

2º Lecto et recognito Statuum quæ fuerant Suppositionibus in Comitiis acta et Statuta.

3º Placuit Conclusionem latam ultimis in Comitiis circa Studiorum testimonia, addendo verante, audiendis Logicæ Baccalaureis ab Amplº Rectore subscribendo, autoritate Senatûs, si opus fuerit, confirmari. Et ita ab Amplº Rectore conclusum est. Duval

Recteur

Oratio M. desessartz Medicinæ Decani

A D. Rector, Sap. Dec., Proc. Ornat., Proc. Academici; Voluptate cum summa et justa benefacti æstimatione Saluberrima facultas a Merit.º Collega M.º de L'Epine, Decretum accepit, quo suos in sinu suo semper fovens alma Parisiensis academia, ad eorum jura deffendenda, et famam ab omni injuria protegendam, paratam se præstitit. hoc ergò mihi, ad munus tandem reduci, primum dixit mandatum ordo Saluberrimus, ut nulli parcerem sermoni, quo certiores efficerem vos turpi nunquam oblivioni dandum esse illud æquitatis vestræ atque benevolentiæ monumentum, suis inscribendum commentariis. At Medicorum Parisiensium bene memores sensus exprimere tentanti desunt verba; desunt et magis cogitanti, quantum tibi, amplissime Rector in æternum colende, quantum vobis debeam omnibus, Proc. Academici, quam dulci me calumniantibus furoribus agitatum gaudio recreavit, quantas dimicanti vires addiderit constans usque favor vester. Dum litis iniquæ difficultatibus impedirer, vos amicos habui atque Patronos. Nunc ab omni criminatione liberum, in hoc venerando Tribunali cum laude sedentem, vobis singulis et academiæ toti devinctissimum habeatis, acceptaque vestra beneficia perpetuò recordantem/. Fourneau

7. Aug.º Anno dni 1777, Congregata est Universitas in Sorbonâ ad Solemnem Præmiorum academicorum distributionem/

Antequam in aulam Exteriorem procederetur 1º Supplicarum, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Michael henry, Presbyter Leonensis; Josephus Goullioud, Presb. Lugdunensis; Joannes henricus Jalbert, Presb. Sanflorensis; et Philippus Bouloy, Subdiaconus Boloniensis, de quibus retulit M. Franciscus nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præf. supplicibus postulata concedi/

2º Lecto Libello supplice, quem V. Clar. M. hardouin de La Reynerie, in Consultissima facultate Doctore aggregatus Tribunali academico obtulit, ut ab eo obtineret universitatis accessionem in causâ quam habet pendentem in supremâ subsidiorum curiâ propter academicam suam immunitatem a vectigali plebeio, gallice La Taille: audito M.º Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit M.º hardouin petitioni annui, ad dictam causam Univ.lis nomine accedi, solitis conditionibus/. Duval Rector

Eadem accessio concessa est M. longchamp Nuntio Jurato/ Die 26 Julii 1779 Duval Ex rector

His peractis, processum est ad Scholas Sorbonicas, ubi post habitam, præsente ac plaudente supremo senatu orationem elegantem à M.º Gueroult Rhetoricæ Professore in harcurio, Præmia academica, solemni ritu distributa sunt, hoc ordine/

GEN. DE PARIS

Proemium Eloquentiae Latinae
ex fundatione M. J. B. Coignard, Magistri in artibus institutum
cujus quidem argumentum erat, quam iniquè de litteris sentiant, quo
viros litteratos arceant à tractatione rerum publicarum: meritus est
Joan. Bapt. Dumouchet, Litterarum Prof. in Marchiano/
proximè accessit.
Joannes Franciscus alex. Le Febvre, Doct. agg. ad tertium ordinem

In Rhetorica.

Primum Orationis Latinae Scriptae Praemium meritus est, Augustinus
Parolus Paschalis Lambert, andegavensis, inter Recentiores, è Col. Lud. Magni/
Secundum, inter Veter.os Joan. Bapt. franc. henrion, Carnutensis, è Grassinaeo/
proximè accesserunt inter Veter./

Emmanuel And. Castellon, Rolf.sis — è Reg. Nava.
Lud. Claud. ant. Dubacq, Stampaeus — è Montauctio.

Secundum, inter Recent., Philippus Desid. Gautier, Rupellaeus, è Lexovaeo/
prox.e accesserunt/

Alex. Bintot, Pontesianus — è Montauctio.
Joan. Bapt. Mar. Ant. Bulard, Pontesianensis — è Montauctio.
Arnaldus Castandet, Sansevero-Politanus — è Montauctio.
Simon, Nicol. Guyardin, Lingonensis — è Plessaeo.
Joan. Hodnett, hibernus — è Plessaeo.
Lud. Questin, Constantiensis — è Grassinaeo.
Joan. Gosselin, Ebroicus — è Lexovaeo/

Primum Orationis Latinè Scriptae, inter veteranos, meritus est, Idem
Castandet, è Montauctio.
Secundum, inter Vet., Lud. Le Grand, Senonensis, è Grassinaeo/
Primum, inter, Recent., Nic. Severinus Anquetil, Constantiensis, ex Harcurio/
Secundum, idem A. C. P. Lambert, andegavensis, è Col. Lud. Magni
proximè accesserunt/

Idem henrion — è Grassinaeo/
Jac. Anna Deschamps, Parisinus Vet. — è Plessaeo/
Idem L. C. A. Dubacq. Vet. — è Montauctio/
Jac. Maria Binet, Bellovacus, Veteranus, — è Col. Lud. Mag.
Id. J. B. M. A. Bulard — è Montauctio.
Petrus Maria Josephus de Monceaux, Laudunensis — è Col. Lud. M./
Franc. Renatus de la Coux, Americanus, — è Plessaeo/
Ren. Richardus, Lud. Maria Castel, Virvens, Vet. — è Col. Lud. Magni/

Aug

Præmium Carminis latinè scripti, inter veteranos, meritus est Idem
J. B. f. henrion, Carnutensis, è Grassinæo/
Primum, inter Rec, Lud. Natalis chambry, Parisinus, è Plessæo/
Secundum, Eleon-ant-Mar-Claud. Nic-Thierry, San Manech. è Plessæo/
proximè accesserunt/.

Jac. Nic-Bailly, Parisiensis — è Plessæo/
Ant. hucher, Rolh. — è Reg. Navª.
Joan-Lud. franc. Maria Petit, Rolh — ex harcurio/
Julianus Leon-Turgis, — è Grassinæo/
Joan-Jac. Le Comte, Tolosanus — ex harcurio
Ludov. hil. fagnan, Paris. — è Mazarinæo/
Joan-franc. Daumale, ambᵇˢⁱˢ — è Montacutio/
Lud. desmarets, Bellovacensis — è Plessæo/
Jd. L. C. A. Dubacq — è Montacutio/

Præmium orationis Latinæ in Gallicam conversæ meritus est, inter Veterᵃˢ
Ren. Rich. Lud. Maria Castel, Viræus, è Col. Lud. Magni/
~~Secundum~~ Primum, inter Rec, Joan-franc Daumale, ambᵇˢⁱˢ, è Montacutio/
Secundum, franc. Lud. Mi. chemin de forgues, Viræus, è Col. Lud. Magni,
proximè accesserunt/.

Mich. Lud. Brulard, Carnutæus — è Reg. Navª.
Jd. J. L. Turgis — è Grassinæo.
Laz. Nic-Boudin, — è Montacutio
Jd. Em-and. Castillon, — è Reg. Navª.
Jd. Lud. C. A. Dubacq — è Montacutio/
Jd. J. B. M-a. Bulard — è Montacutio/
Joan-Nic-hubertus Debras, Parisinus — ex harcurio
Jd. Phil. Des. Gautier — è Lexovæo/
Jd. Joan. Gosselin — è Lexovæo/

Præmium orationis Græcæ, in Latinam conversæ meritus est, inter Veteranos,
Jd. Em-and. Castillon, Rolh., è Regiâ Navarrâ,
Primum, inter Recent, Lud. Mar. Parize de hardy, Guadalupensis, ex harcurio/
Secundum, Jd. aug. Car. Pasch Lambert, and. è Col. Lud. Magni/
proximè accesserunt/.

Jd. Nic-Sev. anquetil — ex harcurio/
Jd. Joan Gosselin — è Lexovæo/
Eustachius Gasnier — è Lexovæo/
Joan-Lud. Gibon, Parisinus — è Montacutio/
Jd. M. L. Brulard — è Reg. Nav.
Jd. L. J. B. Questin — è Grassinæo/
Jd. J. B. f. henrion — è Grassinæo/
Jd. J. L. M. F. Petit — ex harcurio/
Ant. Joan. Car. Blondel, Parisinus — è Col. Lud. Magni/

In Secundo Ordine

Primum orat. Lat.ª in Gallicum conversæ Præmium meritus est Michael-Lud-Julien, Parisinus, è Grassineo/
Secundum, Guil-franc-Mar-Jos. de la Place, atreba, è Col-Lud. Magni/
proxᵉ accessᵗ

Anna-Mich. Le Coq, Constantiensis — ex harcurio/
Felix Marcellus Cordier, Ambᵉⁱˢ — è Grassineo/
Urb. Jac-Jos. Le Vavasseur, Cenomanensis, — è Plessæo/
Petrus-Lud-Duplessis, Laudunensis, — è Col-Lud. Magni/
Robertus David, Rothᵍᵉⁿˢ — è Col. Lud. M.
Lud. Laurentius Barbier, Suessionensis, — è Cardinalitio/

Primum Carminis Latini Scripti præmium meritus est idem Guillelmus Franciscus-Maria-Josephus de La Place, atreba, è Col-Lud. M./
Secundum Lud. Franç Brunet, Rothᵍᵉⁿˢ, è Lexovio/
proxᵉ accesserunt/

Joan-Jos-Gautier, Parisinus, — ex harcurio/
Cyprianus, anna pudus-Angles, narbonensis, — è col-Lud. M./
Jo. M-Lud. Julien — è Grassineo/
Joan-franc-Balthasar-Marie de Dieu de Bordeaux, Briocensis — è Grassineo/
Maria Julianus Michy, San-Dom- — è Plessæo/
Joan-Bapt-Bordé, Metensis, — è Marchiano/

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Jo. M. L. Julien, Parisinus, è Grassineo/
Secundum, Joan-Bapt. Bordé, Metensis, è Marchiano/
proxᵉ accesserunt/

Joan-Ch. Jamet, Lexovius — è Lexovio/
Amb-franc-Perin, Parisinus — è Magnᵒ
Idem-A-f-M-Le Coq — ex harcurio/
Petrus franc. Cuiez ambᵉⁱˢ — è Montaultio/
J.B.M-L'evêque de Maricourt, Suessionensis — è Plessæo/
Idem, Petr. Lud. Duplessis, — è Col-Lud-M.

Primum orat. Latᵉ in Gal. conᵉ Præmium meritus est Carolus-Felix Hervieux, Carnotensis, è Regᵃ Navᵃ/
Secundum, Jo. M-L. Julien, Parisinus, è Grassineo/
proxᵉ accessᵗ/

Petrus Dupeyrat, Petrocorensis, — ex harcurio/
Jo. Le Dieu de Bordeaux — è Grassineo/
Lud. Petrus Gautier, Carnutensis, — è Lexovio/
Jo. G. f. M. J. de la Place — è Col-Lud-M.
Jo. Urb. Jac. Jos. Le Vavasseur — è Plessæo
Jo. L. T. Brunet, — è Lexovio/

Aug°

In Tertio Ordine.

Primum orationis Gall^ae in Lat^m versae Praemium meritus est Carolus-Dom^ca Nicolle, Rothom^tis, è Plessaeo/

Secundum, Guil. Joan. Leger, Rotho^tis, è Lexovaeo/

prox^e access^t/

Petrus Meau, Versaliaeus — è Montauctio/
Nic. Guil. Septavaux, Roth^gus — è Plessaeo/
Steph. Pelletier, Carnutensis — è Montauctio/
Lud. M. Toussaint, Parisinus. — è Plessaeo/
Val. Aug. Letendardy, Catalaunensis — è Montauctio/
Dionysius-Anna Ferd. Rodanges, Carnut^tis — è Montauctio/

Primum Carminis latine Scripti, Jd. Valerianus-Augustinus Letendardy, Catalaunensis, è Montauctio./

Secundum, Joan. Bapt. Fresnois, Sanquintiniensis, è Montauctio/

prox^e access^t

Jd. Carol. Dom. Nicolle — è Plessaeo/
Aug. Chandelier, Caledoboecaeus — è Lexovaeo/
Paul. Aug. Jos. Lambert du Fresne, Andeg^tis — è Col. Lud. M./
Joan. And. Mayer, Parisinus, — ex Harcurio/
Jd. Nic. Guil. Septavaux — è Plessaeo/
Lud. Gilbertus Cayer, Suessionaeus, — è Col. Lud. M.

Primum orat. Lat^ae in Gal. versae, Jacobus-Franc. Josephus Chumelle, Cumer=acensis, è Montauctio/

Secundum, Jd. J. B. Fresnois, S. Q. è Montauctio/

prox^e access^t

Joan. Bapt. Le Vasseur, Bellovacensis. — è Plessaeo/
Jd. Guil. Joan. Leger, — è Lexovaeo/
Joan. Franc. Madaye — è Plessaeo/
Jd. C. D. Nicolle, — è Plessaeo/
Lud. de La Court, amb^tis — è Grassinaeo/
Ant. de L'Hermile, — è Cardinalitio/

Primum orat. Graecae in Gal. versae Edmundus-Felix Guilleraulx, altissiodorensis, è Montauctio/

Secundum, Lud. de La Court, amb^tis, è Grassinaeo/

prox^e accesserunt/

Jd. Petrus Meau, — è Montauctio/
Ant. Jos. Texier, altissiodorensis — è Montauctio.
Jd. Stephanus Pelletier, — è Lexovaeo/
Jos. Simon Planche, Sanflor. — è Plessaeo/
Jd. Jac. Franc. Jos. Victor Crumelle, — è Montauctio/
Caz. Boucher de Francfossé, Bellovacensis — è Grassinaeo/

GEN. DE PARIS BIBLIOTHÈQUE ORDINAIRE

In quarto Ordine

Primum orationis Galæ. in Latinam conversæ Præmium meritus est Nicol. franc. Carolus Daireaux, Constantiensis, é Lexovæo/

Secundum, Joannes. Bapt. Lallemand, Vesuntinensis, é Collegio Ludovici Magni/.

proxé. accesserunt/

Petrus-Franciscus-Martialis de Lomenie, Massiliensis é Grassinæo/
Michael Maria Auger, Rolt. é Montacutio
Joan-franc-Daveluy, amb. é Montacutio.
Claudius la Motte, altissiodorensis é Mazarinæo/
franc-Cazimirus de Bonnafoux, aginnensis é Col-Lud-Mag.
henricus-Joan-Bapt. fauvelet, Dormanus, é Col-Lud-Magni/

Primum orationis Latæ. in Gallicam conversæ Præmium meritus est henricus-Joan-Bapt. fauvelet, Dormanus, é Col-Lud-Magni/.

Secundum, Joan-Bapt. Lud-Lessore, Parisinus, é Grassinæo/

proxé. accesserunt/

Petrus-Franciscus-Martialis de Lomenie é Grassinæo/
Julianus-Joachim Pichon, Ebroicensis, é Plessæo/
Leonardus-Claud. Edmundus-Joannes. Baptista Bachelet, é Col-Lud-Mag
Lud-Nic-Joan-Bapt. Rihouet, Const. é Reg-Navª.
Lud. franc-Cathy, Parisinus, é Montacutio/
alanus-Maria Duparc, Trecorensis é Col-Lud-Magni/

In quinto Ordine

Primum Orat. Galæ. in Lat. convæ. Præmium meritus est Nicol. Alexander Vattemare, Lexoviensis, é Lexovæo/

Secundum, Petrus Peuchot, Tullensis, é Regª. Navarrã/

proxé. accesserunt/

Joan-Barthelemot Sorbier ex harcurio
Maria-Jos. Petrus Rouzée-Ebroicus é Lexovæo/
Petrus-Nicol. Richard, Bellofortensis é Lexovæo/
Josephus Dufour, Matisconensis é Grassinæo/
franc-Adrianus Poirée, Parisinus é Montacutio/
Carolus Maignien, Vesuntinus, é Col-Lud-Magni/

Primum orat. Latæ. in Gall. versæ, Marcus-Antonius Clulet, Parisinus, é Plessæo/

Secundum, Carolus-Franc. Maria Jacquin, Martinicanus, é grassinæo/

Aug°

prox.e accesserunt./

Jd. Maria Jos. Rouzée — é Lexovaeo/
Joan. Jos. Mar. Amedaeus de Montanico de Genissiaz, Bellicensis, — é Mazarinaeo/
Lud. M. Aubert, Versaliaeus — é Montacutio/
Joan. Lud. Vincentius Gaudin, Versaliaeus — é Cardinalitio/
Salvator-Josephus Gandolphe, Parisinus, — é Plessaeo/
Joan. Bapt. Nic. Bureau, Senonensis — é Montacutio./

In Sexto Ordine

Primum orat. Gal.ae in Lat. Conversae Praemium meritus est Julia Balthazar Perracho, é Montacutio/

Secundum, Car. Lud. Asselineau, é Montacutio/

prox.e accesserunt/

Lud. Petrus Corbye — é Montacutio/
Petr. Joan. Jac. du Bruel de Broglio, Burdigalus — é Plessaeo/
Franc. Maria Fenoz Parisinus, é Grassinaeo — é Grassinaeo/
Ben. M. Boyer, — é Lexovaeo/
Maria Phil. Isid Le Vaillant, — é Montacutio/
Joan. Bapt. Villemont, Laudunensis — é Montacutio/

Primum orat. Lat.ae in Gal. conversae Praemium meritus est Patricius de Lée, Venetensis, é Col. Lud. Magni/

Secundum, Petrus Franciscus Giraud, Rothomagensis, é Lexovaeo/

prox.e accesserunt/

Theod. Lud. Bruno Rameau, Atrebatensis, — é Col. Lud. Magni.
Andreas Grasset de S.t Sauveur — é Reg. Nav.a
Carolus Thomas Morice de la Rue, Meduanus, — é Col. Lud. Magni/
Samuel Joan. Bapt. Sevené, Parisiensis — é Montacutio/
Joan. Lud. Benoni Gontier, Laudunensis, — é Col. Lud. Magni/
Carolus Mart. de Riviere, Nivernensis — é Montacutio

/ Fourneau

9 Aug.° Anno Dni 1777. die nono mensis Augusti, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum et Adjunctorum Universitatis ad excipiendas rationes accepti et expensi à M. Le Bel, Universitatis Quaestore generali, per decursum anni 1776./

Auditis, expensis, et approbatis dictis Rationibus, compertorum est summam acceptorum Majorem esse. 15085 lt. 5. 4 d. Die 26 Julii 1779 Duval

Cujus quidem summae Placuit partem quamprimum recondi in arca Univ.tis, ita postulante M. Le Bel; alteram verò remanere inter ejus manus, in usu de quotidianos./ Et ita Consulerit Ampl. Rector/. Duval

Rector

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1777, die decimâ quartâ Augusti, horâ Septimâ Matutinâ, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Praeclarae Artium Facultatis, ad eligendos examinatores Licentiandorum in artibus/. 14 Aug°

Post habitam ab ampl° Rectore Orationculam de causâ praesentium Comitiorum, V. C. M. Sepher, Socius Sorbonicus, et V. C. M. Bernard, Socius Navarricus, Uterque Doctor Theologus, et Procancellarius; alter B. Mariae, alter B. Genovefae; hinc et inde Stantes ad Latera Rectoris Sedentis; appellaverunt Octo Magistros in artibus a Dignissimis Cancellariis designatos ad tentandam peritiam Licentiandorum in artibus: nempe, pro honorandâ Natione, M. Petrum Bertrandum de Koniam de Kesel, Baccalaureum Sorbonicum; et M. Hieronymum de La Lande, Professorem Regium: pro fidelissimâ, M. Antonium Guy, in artibus Magistrum, et anteà Matheseos Professorem in Rexiensi: et M. de Lange, Philosophiae Professorem, in Cardinalitio; pro Venerandâ, M. Cocatrix, Baccalaureum primi Ordinis, Socium Sorbonicum; et M. Massif, Baccalaureum Primi Ordinis; pro constantissimâ M. Petrum Jacquin, Rhetoricae Professorem, in Marchiano; et M. Dally, Baccalaureum Theologum./

Audito M° Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Rector dimisit Nationes ut deliberarent. Quae regressae per Ornat. Procuratores retulerunt, eligi à se ac nominari in examinatores Licentiandorum in artibus, eosdem Magistros quos Clarissimi Procancellarii appellaverunt. Et ita ab Ampl° Rectore conclusum est/

Continuò novi examinatores solitum praestiterunt Sacramentum inter manus amplissimi Rectoris/

Digressis Pro-Cancellariis, factâque supplicandi potestate, supplicarunt Joannes Franciscus Brunet, clericus abrincensis, quod nomen in uno Catalogo non inscripserit; Joannes Eustachius de Barois de Layat, claromontensis, ut quod erroris in inscribendo nomine irrepsit, reformetur. Gaspardus Raphael Josephus Maria de Siochan, hispalensis, ut corrigatur inscriptio nominis varié scripti/. Brunet de Barois de Layat de Siochan

Audito de Supplicibus Syndico; Nationes digressae ac deinde regressae per procuratores retulerunt se supplicibus omnibus indulgere.

Et ita concluset ampl. Rector/ Duval
Rector

Digressis Nationibus, ampl. Rector, cum Ornat. Procuratoribus et Officiariis Universitatis se contulit in aulam Collegii Lud. Magni inferiorum, ubi posita est arca Universitatis; in quam fidelissimus Quaestor M. Le Bel deposuit ac condidit summam 12200 ll. ; cujus depositionis actus ei ab Ampl° Rectore, Procuratoribus et officiariis praesentibus datus est/ 17. Aug° Vide ad Calcem

Fournier

Aug° — Octobri —

30. Aug.

Anno dni 1777, die trigesimo Augusti, habita sunt, in antecessum, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/

1° Supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Philippus-Joannes-Ludovicus Desjardins de la Perriere, Diaconus Aurelianensis; Audomarus-Martialis Renatus de la Peyriere, subd. Aginnensis; Jacobus Bonthoure, Presb. Claromontensis; Joannes-Eustachius de Baron de Layac, Presb. Claromontensis; Josephus-Maria Codentia, Diac. Lugdunensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua præf. Supplicibus postulata concedi/

2° V. E. M. Boutin, Praefectus in locum M.° de Courchamp, ante aliquot annos fato functi, Sacramentum præstitit inter manus ampl.° Rectoris, pro officio Procuratoris Universitatis apud Castelletum Parisiense/

3° ad diem Mercurii octavam mensis octobris indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./

4° De opere novo, quod V. E. M. Joannes-Matthurinus Mazeas parat in vulgus edere super rebus Logicis et Metaphysicis, quod que die 5.a Aprilis postulavit, ut sibi liceret Univ.ti Parisiensi dedicare. Audita relatione MM. Turquet et Aherne, Philosophiæ Professorum, ad expendendum præf. opus Delegatorum; visâque eorum sententiâ scripto datâ, quæ sic habet: Nos infra scripti, [illegible] Jussu Amplissimi Rectoris et Tribunalis academici, Legimus no[illegible] opus latinæ [illegible] scripturæ, cui titulus, Institutiones Philosophicæ, seu Elementa Logicæ et Metaphysicæ, autore M. Mazeas; Quo quidem in opere videtur nobis Clarissimus autor intentum scopum assecutus; dum stili nitore, methodi concinnitate, propositionum nexu, rationum vi et pondere argumentorum, non modò ad Universam Philosophiam, sed ad ipsam Theologiam quam Scholasticam vocant, sternit iter Studiosæ Juventuti, ut facillimum, sic et tutissimum. In cujus rei fidem subscripsimus, Parisiis die vigesimâ Augusti 1777. Signatum, Turquet. Aherne./ Placuit oblatam dedicationem admittere/

Et ita conclusit ampl. Rector/. Duval

Rector

4. Oct.

Anno dni 1777, die quarto octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis/

1° Nullus stetit se supplex pro Litteris nominationis/

2° Supplicavit pro Licentiâ aperiendi hac in Urbe Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis. M. Franciscus Nicolaus Aubert, Tullensis, in artibus Magister, et unus è Præfectis minorum Scholarum. Audito M. Franc.° Nicolao Guerin, Syndico, Dictum est, priusquam de Supplicis petitionibus deliberaretur, illum esse interrogandum, an vellet officium sibi à Præcentore commissum abdicare, et

ejus litteras emittere; quod ——— cum ~~S.~~ præstiturum pollicitus esset; Nominati tunc ornatissimi ——— Picardiæ et Germaniæ Procuratores qui de ejus vitâ, moribus et gravitâ inquirerent/

3°. Quod vir honestus Joannes Lucas-Nyon, Mathe-Major, Universitatis Bibliopola, de Operis cui titulus, Selecta Latini Sermonis exemplaria è Scriptoribus probatissimis ad Christianæ Juventutis usum collecta, novâ editione diligenter recognitâ et non parum adauctâ Tribunalis Academici judicium rogavit: Audito M.e Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Censuit Universitas, prædictam Collectionem Studiosis puræ et antiquæ Latinitatis adolescentibus magnæ utilitati fore, præsertim in provinciis, ubi majoris est impensæ et operæ sit iis integros Scriptores sufficere/

Et ita concluxit Amplissimus Rector/. Duval

Rector

Anno Dni 1777, die octavo octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Centuriata Universitatis ad Sacras Supplicationes/ 8. octob

Primum in aula Tribunalis Academici consessum est, ubi Supplicavit pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii Mtr. Joannes-Baptista Barriere, Protestes-Vincennis, et Claudius-Petrus Petitjean, Subdiaconus Parisinus, de quibus retulit M. Franc-Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, audivisteis eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; ceteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit Suo præf. Supplicibus portulatas annuere/

Stetit Vir honestus Nicolaus Jouard, Supplicavit pro uno è duabus officiis Scriptoris apud Universitatem. Audito Syndico, Placuit petitioni ejus annuii; ac continuò solitum Sacramentum ab eo præstari/

Tum Sacramentum præstitere inter manus amplissimi Rectoris, novi Librarii, à M. Lottin ejus Librariæ Syndico præsentati, nimirum, Nicolaus Natalis Henricus Tilliard, Parisinus; Franciscus Dupuis; Petrus Michael Lamy, Trevirensis, Claudius Antonius L'Eclapart, Parisinus; Julianus Grangé Parisinus; Michael Sorin; Joannes-Hilarius Petrus Laurentius Brault, Parisinus, Ludovicus Severon/.

His actis, à Comitio in aulam Universitatis processum est, ubi, post habitam ab amplo. Rectore adversus obtrectatores Universitatis Orationem gravissimam, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gesta in hoc trimestri Magistratu amplissimum que comitatum pollicti sunt ritè processuros ad sedem Dei Sacram sub invocatione Sanctæ Annæ apud Eremitas S.ti Augustini — ad sortem novum

Octobri. ——————

Ibi, cum praesentem se non stitisset M. de Villeville, Doctor Sorbonicus, à Duano Theologiæ rogatus qui Sanctificum ageret, Locum Pontificis tenuit S.M.N. Eschinardi. orationem habuit ad populum M. antiquum Doctor Theologus nulla ad Sanctificum habita est oratio Eucharistica. / Duval

Rector

10 Oct. Anno Dni 1777, die decimâ mensis octobris, habita fuit Comitia generalia Procuratorum Artium Facultatis, in Collegio Ludovici magni /

Primum ab amplo Rectore habita est oratio, in quâ summâ fide ac ordine retulit de iis quæ gesserit in suo trimestri Magistratu; præsertimque de Libello memoriali quem Illmo Regiorum Sigillorum Custodi obtulit de Litteris Patentibus datis die 30. Augusti proximè elapsi; atque de quarumdam quas in disciplinam academicam obtrectatores Universitatis spargunt; quam in rem proposuit renovari Decretum latum anno 1725., postquam à Senatu Artium Facultate recognitum fuerit /.

Deinde facta Supplicandi potestate. Supplicarunt 1o pro immunitate ab onere sorbendi Michael Felicitas allais, clericus Rothomagensis, ob gravem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Cosnier, Doctor medicus Parisiensis. allais

2o Joannes-Carolus d'arnaud, clericus Senonensis, ut cognomentum de Chamarpersèrem ad datum delatum / d'arnaud

Auditus est M. Franc. Vic. Guerin, Syndicus, primùm de Supplicibus, deinde de Libello Memoriali, Universitatis nomine, oblato Illmo Regiorum Sigillorum Custodi in Litteras Patentes die 30. Augi datas, propter quem dixit gratias Rectori amplissimo esse agendas; demùm de Decreto in disciplinam lato anno 1725, ad cujus recognitionem requisivit binos in singulis Nationibus nominari Deputatos /

Audito Syndico, Rector dimisit Nationes, ut deliberarent 1o de Supplicibus. 2o de confirmandis Quatuor Viris. 3o de Nominandis Deputatis in recognoscendum Decretum anno 1725. latum. 4o de ratihabitione eorum quæ gesserit in suo Trimestri Magistratu /.

Nationes digressæ ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores edixerunt 1o Supplicibus indulgere. 2o Confirmari à se Quatuor Viros matutinis horis electos, nimirum, in honorandâ Natione, M. Guiart, Licentiatum Theologum ac Philosophiæ Professorem in Grassinæo: in fidelissimâ, M. Jean Caboche, Primarium Magistrandum; in Normanâ Venerandâ, M. Lenard, Litterarum Professorem in Regia Navarræ; et in Constantissimâ M. Loiret, Baccalaureum Theologum, et Virum Procuratorium. 3o Nominatos à se fuisse in Deputatos ad recognoscendum Decretum anno 1725 latum ac

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

retinendam disciplinam antiquam — in honorandâ Natione, M. Le Roy, Eloquentiæ Professorem Emeritum, et M. Coger, antiquum Rectorem, in fidelissimâ, M. Le Bel, antiquum Rectorem; et M. Vallé, Philosophiæ Emeritum Professorem; in Venerandâ, M. Le Seigneur, Litterarum Professorem in Harcurio, et M. Cerisier, Rhetoricæ Professorem in Grassinæo; in Germanicâ, M. Jacquin, Rhetoricæ Professorem in Marchiano, et M. Aberne, Philosophiæ Profess. in Regio Navarrâ. 4° denique, rata à se et grata habere quæ gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, ei Litteras commendatitias decernit; gratias que amplissimas agi propter indefessum suum Studium in juribus academicæ suendis/

Præterea addidit fidelissimâ Natio, Rectorem rogavit, ut quam adhibuit fidem ac diligentiam adversus Litteras Patentes Versaliis datas die 30. augusti proximè elapsi, eandem adhibere porrò pergat; re ad Tribunal academicum delatâ./

Quatuor Viri, præstito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt, unde digressi per M. Binard retulerunt, prorogatos à se fuisse fasces Rectorios M° Petro Duval, Philosophiæ Professori Emerito in Harcurio, unanimi consensu/

Quæ prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata, et confirmata fuit./

Præterea Veneranda Normannorum Natio dixit se in sententiam fidelissimæ descendere; ut ampl. Rector Universitatis Jura, per Litteras patentes die 30. augi datas Læsa tueatur ac vindicet./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

Digressis Nationibus habeta sunt Comitia Deputatorum ad Concursum; in quibus M. Porion, Doctor aggregatus ad primum ordinem, antea Philosophiæ Professor primùm in Collegio flexiensi, ac deinde in atrebatensi, ad urbem redux supplicavit, ut sibi concederentur, Locus inter aggregatos sui ordinis vacuus, stipendia que Doctoribus aggregatis attributa: Audito M. Fran. Nic. Guerin, Syndico — Placuit suæ præf. Supplici postulata concedi/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

Anno Dni 1777, die decimâ-quartâ octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Præclaræ artium facultatis./ 14 octob.

Dixit amplissimus Rector, quæ, pro sedulitate suâ et ardentissimo Magistrorum academicorum Dignitatis ac famæ Studio postremis in Comitiis de Scholarum Disciplinâ dixisset, ea non voluntati, sed temporibus esse imputanda; scilicet, reperiri multos, qui proceres Academicos super feriis, Scholarum tempore, et induciis academicis, datâ qualibet occasione, maledictis insectarentur. Id autem

eò promptiùs declarandum sibi visum esse, quòd ut necessarium, ita facillimum esset omnium Calumniantibus obtrectationis ansam adimere /.

Nimirùm, anno 1725, Præclaram Artium facultatem Scholarum tempora, feriasque, et inducias academicas eâ conclusione definiisse, quæ paulò post Supremæ Curiæ Decreto comprobata fuisset, atque confirmata. Non absre futurum existimare se, si typis iterùm mandaretur ea conclusio, cujus exemplaria non solùm in omnibus Collegiis distribuerentur, sed in omnibus Palæstris, et Seminariis, ut vocant, unde solent ad Scholas Universitatis commeare Juvenes Academici. Sic manifestum fore Universis Civium ordinibus Proceres Academicos quod debent et aperté profiteri, et seduló præstare. Nihil futurum quod ipsis in crimen vertere possit invidia; et id laudi fore apud optimos, quòd honestæ famæ cupidi; vel iniquis multorum querelis obviam eundum censuissent /.

Illud tamen observavit ampl. Rector, ab anno 1725 factam esse aliquam rerum ac temporum mutationem. Tunc enim nondùm institutam, et Academicæ Juventuti propositam fuisse solemnem illam Præmiorum distributionem; quâ quidem peractâ, neminem esse qui ignoret quàm difficile sit adolescentes in Scholas continuò revocare, et eosdem habere documentis intentos, quàm inertes ad laborem torpeant, ubi transvectum est quidquid erat incitamenti; quàm avidè inferiores ordines erumpendi tempus increpitent, ubi jam superiores evolarunt -/.

Quapropter illud ita constitui posse, si modo Supremæ Curiæ Magistratus annuerint, ut in posterùm omnes humaniorum litterarum Scholas claudat cujusque Collegii Præmiorum distributio; quæ tamen ipsa fieri non posset, nisi post solemnem Præmiorum Universitatis distributionem /.

Quod ad Philosophiam spectat, nihil videri incommodi futurum, si Logica pariter et Physica vacarent die primâ augusti, horis Pomeridianis, modò nulli concederentur à Professoribus litteræ testimoniales, nisi qui seduló ad hanc usque diem affuisset /.

Posteà jussit amplissimus Rector, primùm Legi Decretum anno 1725 latum, deinde articulos ad præsentem rerum et temporum conditionem accommodatos. Audito M.o Franc. Nicolao Guerin, Syndico, singulis tribus prædicti decreti articulis ventilatis, diligenterque discussis; Placuit 1.o Articulorum indiculum ad præsentem rerum statum accommodatum laudari et approbari. 2.o ejusdem exemplaria fieri Manu-Scripta cum Ornatissimis Procuratoribus, Meritissimo Syndico, et scribâ communicanda proximis in Comitiis die Veneris 17. hujus mensis habendis. 3.o ad illa comitia invitari Sapientissimos Collegiorum Gymnasiarchas /.

Et ita Conclusit ampl. Rector / Duval
Rector

17. Oct. Anno dñi 1777, die decimâ septimâ octobris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Præclaræ Artium facultatis, quibus adfuerunt Vigilantissimi Collegiarum Gymnasiarchæ, ab ampl. Rectore per schedulas invitati /.

Primùm omnium Indiculus articulorum, quos Præclaræ artium facultatis Deputati postremis in Comitiis comprobarunt, et cùm Vigilantissimis Collegiorum Gymnasiarchis communicandos esse censuerunt, distributus est quatuor Nationum Procuratoribus, Universitatis Syndico et scribæ /.

Deinde Lectis et Decreto anni 1725, et Novis articulis ad præsentem academiæ statum accommodatis, declararunt omnes et singuli Gymnasiarchæ se habere in votis, ut una et eadem Scholarum, feriarum et induciarum forma, quantùm fieri potest in omnibus Collegiis instituatur ac servetur: atque hanc in rem sibi vehementer

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

placere Indiculum modo Lectum, — ventilatum ac discussum./

Quo audito Placuit novum Articulorum indiculum, ab Academico Praeclarae Artium Facultatis Tribunali conscriptum, praesentibus et annuentibus Vigilantissimis Collegiorum Moderatoribus, ad Singulas nationes per Ornatissimos Procuratores deferri, ante diem Veneris proximam, quâ habebuntur Comitia deputatorum Praeclarae Artium Facultatis, in quibus audiantur Ordinum Sententiae./

Et ita conclusit ampl. Rector Duval

Rector

Anno dni 1777, die veneris vigesimo-quarto mensis-Octobris, habita sunt Comitia Deputatorum Praeclarae Artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni./ 24. Oct.

Primùm Singuli Procuratores nationum suarum Sententias retulerunt de novis articulis; Deinde cùm aliquantisper discreparent, nimirum, de Comitiis Rectoriis in diem feriatum transferendis, et de induciis academicis ante vel post festum assumptionis tractandis: Placuit rem remitte ad Comitia Censoria proximè habenda./

Et ita conclusit ampl. Rector./ Duval

Rector

Anno dni 1777, die vigesimo-Septimo octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, horâ Septimâ matutinâ, Comitia generalia Praeclarae Artium Facultatis, ad creandos novos Censores./ 27. Oct.

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, factâ Supplicandi potestate Supplicarunt Franciscus Xaverius Wasilouski, Polono-Varsoviensis, ut omissum in uno Loquorum nomen restituatur: Franciscus-Renatus-henricus Bertrand, ut immunis esset ab onere scribendi, ob gravem pectoris infirmitatem; et M. Petrus Petrus-Andreas Josephus de Toulouse-Lautrec, Castrensis, propter gravem oculorum infirmitatem, testante M.o Cosnier, Doctore Medico Parisiensi pro utroque Supplice./ Wasilouski Bertrand Lautrec

Posteà Lecti sunt articuli, quos ordinum Deputati, cum Academico Tribunali, et Collegiorum moderatoribus conscripserunt temporibus et praeclarae Artium Facultatis decori consentaneos./

Audito super Supplicibus et Articulis M.o Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Rector dimisit nationes, ut de utrisque deliberarent./

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornatissimos Procuratores retulerunt 1.o se indulgeri Supplicibus. 2.o dictos articulos, Galliâ Scriptos comprobari; eosque Supremis Magistratibus, qui confirmarent, offerendos.

Et ita conclusit amplissimus Rector./ Duval

Rector

Nov ——

8. Nov. Anno Dni 1777, die octavo Novembris, habita sunt, in Collegio Ludovico-Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis./

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Guillelmus Rochette, acolythus Sanflorensis; Nicolaus Le Vasteur, Diaconus Ludovicus-Joannes Amabilis Haechot, Diaconus Ambianensis; Petrus Eugenius Josephus Lochtembergh, Diaconus Audomarensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus, abiis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit quatuor Supplicibus sua postulata concedi./

2° In argumentum Praemii Eloquentiae Latinae, pro anno sequenti 1778, proposuit Ampl. Rector sententiam his conceptam verbis: Quid sentiendum sit de publicis moribus, ubicumque debitam seriis artibus existimationem invaserunt artes frivolae: quam declararunt Deputati sibi arridere./

3° Quod ornatissimi Picardiae et Normaniae Procuratores dixerunt, sibi à Nationibus suis Mandatum esse, ut Libellus Memorialis ab Ampl° Rectore adornatus, postremis in Comitiis praeclarae artium facultatis Lectus, et ejus suffragio probatus, omnium ordinum Academicorum nomine quam primum offeratur Illustriss. Regiorum sigillorum custodi ~~[illegible]~~, nec à sollicitationibus absistatur, donec juxta Litteras Patentes 1. Julii anni 1769, duo Viri Academici inter Administros Collegii Ludovici-Magni annumerentur, quod quidem postulare videntur et Academiae dignitas et suorum alumnorum commoda, Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Dictum est id ita fieri oportere./

4° Ad Tribunal Academicum venerunt Bibliopolarum Deputati; quorum Syndicus concionem habuit brevem, sed summae erga Academiam pietatis affectibus plenam. Exposuit Bibliopolas Parisienses fidem dedisse Academiae, cui propensissimâ animorum voluntate profitentur se esse devinctos. Cum autem sua jura, sua privilegia, suas fortunas in discrimen venisse dolerent, se ad Academiam almam bonarum artium Parentem confugere, eâ quâ par est reverentiâ, rogantes, ut clientes suos suâ benevolentiâ completi non dedignetur, et eâ quâ valet autoritate apud Regem augustissimum, et Illust. Regni Administros tueri ac deffendere velit/ ---

Digressis rei Librariae Deputatis, Re in deliberationem missâ, Audito Merito Syndico, Dictum est opem Bibliopolis Parisiensibus non esse denegandam, et eò cautius providendum esse ne opprimantur, quod in viros litteratos redundaret haec calamitas/

Revocatos ipsos Deputatos, sic compellavit Ampl. Rector: Universitas declarat res vestras sibi cordi fore, et gnavam vobis et officiosam pollicetur operam.

Peractis gratiarum actionibus recesserunt Deputati

Fournera

5°. ad tribunal Academicum accessit franc. Nicol. Aubert, Tullensis, ac petiit licentiam aperiendi — Bac in Urbe Pedagogii, sub nomine et clientelâ Universitatis: audito Syndico, Plaudit ejus postulationem effectûm non passi/ Et ita super his quinque capitibus conclusit Amplissimus Rector/ Duval Rector

decima nona Die 26 Julii 1779 Duval 29. Nov. Facultas

Anno dñi 1777, die vigesimâ quartâ novembris, habita fuit in Collegio Ludovici Magni, Comitia extraordinaria Deputatorum universitatis. Quæ Universitas quatuor turribus vulta se contulit ad ædes Illustrissimi Regiarum sigillorum Custodis; in quibus Ampl. Rector, habitâ brevi sed elegante oratione, de re Librariâ, Viris litteratis, quam pollicitus fuerat operam præstiturus, benevolè exhib. hyppol. pro admissione Virorum auctor. Inter administratores fol. Ludovici Magni; Statuta disciplinæ recens condita, et verba fecit de re Tolosanâ/. Duvernoy Univ. Syndicus

Anno dñi 1777, die sexto mensis decembris, habita fuit, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis/ 6. Dec.

1°. Supplicarunt, pro litteris Nominationis, pro Magisterii artium, et quinquennii MM. Franciscus Dubois, Diaconus Laudunensis; Joannes-Baptista Chavinier, Diaconus Claromontensis; Petrus Franciscus Merlier, Presbyter Rotomagensis; Simon Antonius Brissot, Presbyter Carnutensis; Petrus-Josephus Prevost, Presbyter Parisinus, de quibus retulit M. Franciscus-Nicol. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tam eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab iis ritè confecto, et in aliis instrumentis nihil desiderari. Quo audito, Plaudit Supplicibus sua postulata omnia/

2°. Quod Mortuo Montonnier, Majore Picardiæ Nationis Apparitore, de ejus successore exorto est controversia inter Procres fidelissimos; Appellato in eorum causa; quam audito Syndico, Plaudit remitti ad proximum Comitia/

3°. Ad Tribunal Academicum accesserunt Syndicus et adjuncti rei Librariæ, Amplissimus que gratias egerunt Rectori et Deputatis, quod sedulam et officiosam præstitissent operam Bibliopolis Laborantibus, illud que enixè rogavêrunt, ut quam eandem sibi operam adhibere porrò pergat/

4°. Ad diem duodecimam hujus mensis decembris indicta sunt generales Universitatis Supplicationes/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval Rector

Die nono ejusdem mensis decembris, ampl. Rector et Procuratores artium Facultas interfuerunt solemni Voto de Spiritu Sancto apud Fet. Prædicatores/ Duval Rector Duvernoy

Decembri

11. dec. Anno Dni 1777, die undecimo decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia extra-ordinaria Deputatorum Universitatis.

1°. Supplicavit, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Jacobus Ludovicus-Laurentius Olivier, Presbyter Noviomensis; de quo cum retulisset meritissimus Syndicus nihil desiderari: Placuit supplicii sum postulatum concedi.

2°. Inde processum est ad Sacellum Collegii Ludovici Magni: ubi magno apparatu celebratum est solemne sacrum ad obtinendam aternam requiem animæ Eminentissimi Cardinalis de la Roche-Aymon, Magni Franciæ Eleemosynarii, eòque nomine Præsidis Administratorum dicti Collegii.

Fourneau Duval
Uno verbo Rector

12. dec. Anno Dni 1777, die duodecimâ decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, generalia Universitatis Comitia, ad sacras Supplicationes.

Primùm in aulâ Tribunalis Academici conventum est, ubi supplicarunt pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Petrus Dubois, Acolythus Sanflorensis; et Petrus Judan, Presbyter Lemovicensis, de quibus retulit M. Franciscus Nic. Guerin, Syndicus, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, cæteraque ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Deo audito, Placuit hac utrique supplicii postulata concedi.

Deinde, Placuit fieri potestatem Mo Basly, Universitatis Procuratori forensi, accedendi ad Causam M. Long-champ, Nuntii Juratî, in hymenæa Lutetiæ celebrandorum pendentem, cum dejerandi reditum redemptoribus.

Posteà processum est ad aulam Academicam, ubi post habitam ab ampl. Rectore elegantissimam orationem, omnes Ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu; eòque nomine litteras commendatitias ipsi dederunt; gratum insuper comitatum polliciti sunt ritè procedenti ad eam Deo sacram sub invocatione Sancti Ludovici in Regiâ Navarrâ.

Ibi Pontificem egit Sap. M. N. Du Laurens de la Barre, Magnus Regiæ Navarræ Magister novus, antiquus Academiæ Rector. Orationem habuit ad Populum M. Dranet, Doctor Navarricus, Novus Pastor Sti Nicolai à Cardineto: Eucharisticam ad Pontificem M. Chivot, Doctor aggregatus ad Rhetorum ordinem.

Duval
Rector

16. dec. Anno Dni 1777, die decimâ sextâ decembris, habitus est, in Collegio Ludovici Magni, generalis et Rectoria Procuratorum artium facultatis Comitia.

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Post habitam ab amplis.º Rectore orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi Stephanus-Franciscus Triboudet, clericus Bituricensis, propter myopiam, qua laborat ab ipsis incunabulis, quam testatur M. Philip, D. M. P.; Petrus Gabriel Porrat desgiroux, graviter oculis et pectore laborans. testante M. Dupuy, D. M. P.: Marcus Burais, Constantiensis, propter frequentissimam hæmmoptysim, quam testatur M. Marinier, Doctor Medicus Parisiensis; Joannes Bap. Loret, clericus Carnutensis, visus hebetudine laborans, testante eod. M. Dupuy: Joannes-Bapt. albaret, clericus claromontensis; propter visus debilitatem, quam testatur M. Fumée, Doct. Med. Parisiensis; Franciscus Le chevalier, Acolythus Constantiensis, ob frequentem sanguinis sputationem testante M. Mauduit, D. M. P.; Maria-Josephus-Gabriel-Joannes-Baptista du Roseau de Montigny, Parisinus, ob graves infirmitates ex calculo inciso, testante eodem M. Mauduit: Augustinus d'harcourt, Parisinus, ob pectoris debilitatem, quam scripto testatur M. Coutavox Doct. Medicus Parisiensis; Franciscus Broutin, Diaconus Laudunensis, propter pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Cornier, Doct. Med. Parisiensis; Joannes-Baptista L'archevêque, Constantiensis; propter intestinorum et ventriculi debilitatem, quam scripto testatur M. Le Thuillier, Doctor Medicus-Parisiensis; Claudius-Maria Tegras, clericus claromontensis, propter immodicam pulmonum irritabilitatem, quam scripto testatur M. Philip, Doctor Medicus-Parisiensis; Petrus Morel, Diaconus Ebroicensis, propter oculorum debilitatem, quam scripto testantur M. Grand-jean, chirurgus, et M. Cornier Doctor Medicus Parisiensis; Petrus Josephus demonceaux, Laudunensis; ob oculorum imbecillitatem, testante M. Desbois de Rochefort, Doctore Medico-Parisiensi; Hubertus Lucianus Peuchot, clericus Tallensis, propter pulmonum debilitatem, testante M. Mallouët, Doctore Medico Parisiensi; Guillelmus Habbot Kebecensis, ob frequentes sanguinis sputationes, quas testatur M. Corte, D. M. P.: Ludovicus-Emmanuel Regnault, ob pectoris debilitatem, quam scripto testatur M. Thaureaux, Doct. Medicus Parisiensis; Franciscus Tellier, Clericus ambianensis, ob contractam ex longo morbo pectoris debilitatem, teste M. Garnier D. M. P. denique Josephus Shinsor, Limericus, propter gravem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Mac-mahon, Doctor Medicus Parisiensis./.

Triboulet. Porrat desgiroux Burais Loret albaret Le chevalier du Roseau d'harcourt Broutin L'archevêque Tegras Morel demonceaux Peuchot halbot Regnault Tellier Shinsor

Audito de supplicibus M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Ampl. Rector dimisit Nationes, ut deliberarent de supplicibus, de quatuor viris, de ratihabitione eorum quæ gessit, ac de binis Deputatis, a singulis Nationibus in proximum concursum nominandis./.

Nationes digressæ ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores,

retulerunt 1° à se indulgeri omnibus supplicibus. 2° grata et rata haberi quae gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine litteras commendatitias ei decerni. 3° confirmari Quatuor Viros mane electos, scilicet pro honorandâ natione, M. Georget, Philosophiae Professorem Emeritum; pro fidelissimâ M. Proyart, Baccalaureum Theologum; pro venerandâ, M. Sonnet, Baccalaureum Theologum; pro Constantissimâ M. Harford, Virum Procuratorium. 4° nominatos fuisse in deputatos ad proximum concursum, in Gallicanâ Natione, MM. Lambert et Fargault, Professores Emeritos; in Picardicâ M. Guy, et M. Capin, Philosophiae Professorem; in Normanicâ MM. Chapelle et Desrez, Professores in Grassinaeo; in Germanicâ M.rum Cafaxe, Prof. Emeritum, et Aherne, Philosophiae Professorem in Regiâ Navarrâ/

Quatuor Viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt unde digressi per M. Sonnet retulerunt, prorogatos à se fuisse fasces Rectorios unanimi consensu, M. Petro Duval, Universitatis Bibliothecario. Quae Prorogatio ab omnibus nationibus summo plausu excepta est, approbata et confirmata./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval
Rector

29. dec. Anno dni 1777, die vigesimâ nonâ decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis, de rebus Choletaeis. In his, postquam rationes accepti per posterius semestre et expensi à M.° Le Bel, Quaestore, lectae et approbatae sunt; Compertum est inter ejus Manus superesse summam 5215.tt 13.s 4.d, quam placuit in duas partes dividi; ita ut summa 4015.tt 13.s 4.d, ineunte anno proximo, distribuatur Primariis et Professoribus; quod supererit nimirum 1200.tt relinquatur inter ejus Manus, ad solvendum Tributum Regium domibus impositum/

Et ita Conclusit amplissimus Rector. Duval
Rector

30. dec. Anno dni 1777, die trigesimo decembris, habita sunt, extra ordinem in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Praeclarae Artium facultatis de rebus ad Concursum et aggregationem pertinentibus/.

Dixit ampl. Rector convocata à se fuisse, extra ordinem, Comitia, occasione libelli cujusdam supplicis, typis impressi, et nomine M.° Louvet, Provisoris Harcuriani nuper in vulgus editi, qui his verbis incipit, A nos Seigneurs de Parlement en la Grand chambre, supplie humblement Nicolas Louvet, Proviseur du College d'Harcourt, et desinit in illa, et vous ferés bien, Signé Louvet: M.e Duclazeau de Cheneviere, Procureur. Deinde Legit quaedam loca inde selecta ac dixit, Ex his sibi videri gravem illatam esse universitati ejusque Magistris injuriam; simulque aggregationi à Rege institutae

GEN. DE PARIS

et in Senatûs tabulas relatae contumeliam; demùm rogavit quid ornat. Procuratoribus et clar. Deputatis in re tam luctuosâ faciendum./. Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, rogatis singulorum Procuratorum ac Deputatorum Sententiis, Dictum est, Libellum modò lectum esse Universitati ejusque Magistris injuriosum et calumniosum; nec non Aggregationi ab optimo Rege institutae per Litteras patentes, in Tabulas Supremi Senatûs, frequenti omnium Camerarum Consessu relatas, contumeliosum. Rem ad Supremos Magistratus ab academico Praeclarae artium facultatis Tribunali, quam primùm deferendam; apud eos expostulandum de illatâ non solum Universitati et ejus Magistris, sed ipsimet Regis et Senatûs autoritati injuriâ; eosdemque rogandos, uti dictus Libellus supprimatur; simulque inhibeatur ejus autori, ne quid deinceps ejusmodi facere praesumat./

Et ita conclusit amplissimus Rector/

Duval
Rector

Anno dni 1777, die trigesimo primo decembris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis. In quibus, Ampl. Rector legit Libellum Memorialem à se conscriptum, et Supremis Magistratibus offerendum, cujus tenor sequitur./ 31. dec.

Pour L'Université.

Le Tribunal de la Faculté des Arts concernant le Concours, ayant été legalement assemblé le 30. dec. 1777; après avoir pris communication de la Requête imprimée du S. Louvel, Proviseur du College d'Harcourt, addressée à Nosseigneurs de Parlement en la Grand chambre, n'a pu voir sans la plus vive douleur, que led. S. Louvel oubliant de nouveau le respect dû a un établissement formé par la loi la plus solemnelle, et enregistrée par la Cour, à de plus osé recidiver sur les injures et calomnies, qu'il avoit deja repandues contre L'Université dans un précédent Memoire; en consequence led. Tribunal à déclaré lad. Requête injurieuse et calomnieuse contre la Faculté des arts, et à arrêté que le Recteur accompagné des Procureurs des Nations et des officiers Principaux de L'Univté, se retireroit par devers la Cour, pour la supplier de supprimer lad. Requête, et faire défense aud. S. Louvel de plus récidiver/

Extrait de la Requête

Les gens de Lettres, qui voient les choses de prés, n'ont regardé le concours, que comme une ressource introduite en faveur de cette espece de sujets, qui, n'ayant rien à risquer, n'ont d'autre esperance pour être placés, que dans la Necessité ou sont les principaux de les nommer aux chaires: aussi cet établissement n'a til pu prendre faveur./

Ainsi le Concours subsisteroit, non pas pour forcer les Principaux à confier l'enseignement a des sujets qui peuvent n'avoir d'autre merite que celui d'être aggrégés; et que les Principaux connoissent trop ou trop peu, pour leur confier des fonctions aussi importantes/.

Decembri

Le but des Lettres-Patentes du 3. Mai 1766 n'étant point rempli, ni rélativement au nombre des aggrégés, ni rélativement aux qualités qu'ils doivent avoir, ainsi que le Suppliant l'a plus amplement demontré dans son mémoire imprimé l'année derniere, Le Suppliant n'est nullement dans le cas de la loy./

Ces trois propositions suffisent pour faire connoitre l'esprit dans lequel la Requête est rédigée. On observera seulement que sur 82. Professeurs dans la faculté des Arts, l'aggregation en a deja donné 45. outre un Principal de College./

Libellum modo Lectum Placuit ex tempore deferri ad Illustrissimum Senatûs Principem, Illustrissimumq Procuratorem Catholicum. Et ita conclusit ampl. Rector./ Duval Rector

Extemplo Rector, Procuratores, et officiarii Majores Universitatis Libellum memorialem ab ampl. Rectore conscriptum, et ab ornat. Procuratoribus approbatum ad Supremos Magistratus detulerunt./ Duval Rector

Arret de la Cour de Parlement

Louis, par la grace de Dieu, Roy de France et de Navarre, au premier huissier de Notre Cour de Parlem.t, ou autre huissier ou sergent sur ce requis, Sçavoir, faisons que, Vû par Notred. Cour la Requête à Elle présentée par le Recteur de l'Université de Paris, et les Procureurs des quatre Nations de France, Picardie, Normandie et Allemagne, fondées en lad. Univ.té; à ce que, pour les causes y contenues, il plut à Notred. Cour ordonner, que la Conclusion faite en l'assemblée des Supplians, le 27 oct. 1777, sera homologuée en Notred. Cour, pour être exécutée: Vû aussi lad. Conclusion attachée à lad. Requête, signée Barty, Procureur, dont la teneur s'ensuit/

Extractum è Commentariis Universitatis/

Anno dni 1777, die decimo mensis octobris, horâ decimâ Matutinâ, habeta sunt in aedibus Academicis Collegii Lud.i Magni, gnalia Praecl.ae Artium Facultatis Comitia, in quibus dixit ampl. Rector: ..... Quae pro sedulitate suâ, et ardentissimo Magistrorum Academicorum dignitatis ac famae studio dicenda superessent, ea non voluntati, sed temporibus imputanda: Scilicet, reperiri multos qui ~~super feriis academicis~~, Procures Academicos, super feriis, scholarum tempore et induciis academicis, datâ qualibet occasione insectarentur. Id autem eo promptius declarandum videri, quod ut necessarium, ita facillimum esset omnium calumniantibus obtrectationis ansam adimere/ ... Nimirum, anno 1725, Praeclaram artium facultatem scholarum tempora, feriasque et inducias academicas eâ conclusione definivisse, quae paulo post supremae curiae Decreto comprobata fuisset, atque confirmata. Non absre futurum existimare se, si typis iterum mandaretur ea conclusio; cujus exemplaria, non solùm in omnibus Collegiis distribuerentur, sed in omnibus Palestris et seminariis, ut vocant, unde solent ad scholas universitatis commeare Juvenes academici; Sic Manifestum fore omnibus Civium ordinibus, Procures academicos quod debent et aperté profiteri, et sedulò praestare. Nihil futurum quod ipsis in crimen vertere posset invidia; et id Laudis fore apud optimos, quod honestae famae cupidi, vel iniquis quorumdam querelis obviam eundum censuissent/ - Illud tamen observavit ampl. Rector, ab anno 1725, factam esse aliquam rerum ac temporum mutationem. Tunc enim nondum institutam et Academicae Juventuti propositam fuisse solemnem illam Praemiorum distributionem, quâ quidem peractâ, neminem esse qui ignoret quam difficile sit adolescentes in scholas continuò revocare, et eosdem habere documentis intentos; quàm inertes ad laborem torpeant, ubi transvectum est quidquid erat incrementi; quàm avidè inferiores Ordines erumpendi tempus increpitent, ubi jam superiores evolarunt. Quapropter illud ita constitui posse, si modo Curiae Supremae Magistratus annuerint, ut in posterum omnes humaniorum litterarum scholas claudat cujusque Collegii Praemiorum distributio; quae tamen ipsa fieri non possit, nisi post solemnem Praemiorum Univ.tis distributionem. Quod ad Ph.ram spectat, nihil videri incommodi futurum, si logica pariter et Physica vacent, die primâ Augusti, horis pomeridianis, modò nulli concedantur à Professoribus litterae testimoniales, nisi qui sedulò ad hanc usque diem affuerit./

De quibus, postquam auditus [illegible] Suit-Mer-Syndicus, diversi ordines Nominarum Deputatos, qui cum Academico Tribunali conscriberent articulos temporibus et Procell.as Artium facultatis decori consentaneos. Scrutando affuerunt Vigil. Colleg. Moderatores, atque ordines cùm separatim in Privatis Comitiis, tùm conjunctim in Comitiis Censoriis, habitis die 27. oct. 1777, in ædibus Academicis Collegii Lud.i Magni, dictos articulos, Gallicè scriptos, comprobarunt, eosdemque Supremis Magistratibus offerendos censuerunt. Et cum iis concluxit Amp. Rector. Sequuntur Articuli:

Articles Premier

L'uniformité des congés de chaque semaine sera telle, que, dans les semaines ou il ne se rencontrera point de Fêtes, on n'aura congé, dans tous les Colleges, que les deux après-midi du Mercredi et du Samedi.

Si une fête arrive le Mercredi, il ne pourra y avoir congé que le Samedi après-midi.

Si la fête arrive le Samedi, il n'y aura congé que le Mercredi après-midi.

Si la fête arrive le Vendredi, il n'y aura pareillement congé que le Mercredi après-midi.

Si elle arrive le Jeudi, il n'y aura congé que le Mardi après-midi.

Si elle arrive le Mardi, ou le Lundi, il n'y aura congé que le Jeudi après-midi.

S'il y a deux Fêtes dans une même Semaine,

Lorsqu'elles arriveront, le Mercredi et le Samedi: le Mardi et le Vendredi: le Mardi et le Jeudi, ou le Lundi et le Jeudi, il n'y aura point d'autre congé dans la même Semaine.

Si elles arrivent le Lundi et le Samedi, ou le Lundi et le Vendredi, il y aura congé le Mercredi après midi.

Si elles arrivent des Fêtes, Le Lundi et le Mardi, comme à Pâque: et à la Pentecôte, il n'y aura de congé que le Jeudi après-midi.

On entend ici par Fêtes, celles mêmes des Patrons de chaque College, les Fêtes des paroisses ou ils sont situés; les Jours de S.t Charlemagne, de S.t Nicolas en hiver et en Eté, de S.te Catherine, et les Jours de Procession de l'Université.

Les Principaux pourront donner un jour entier pour leurs fêtes; mais sans pouvoir les diviser.

De plus, il y aura congé le Samedi de la semaine de la rentrée des classes; La Veille de la Toussaint; la veille de Noël; Le Mardi après-midi de la Semaine de la Sexagesime et le Jeudi entier: Les trois premiers jours de la Semaine de la Quinquagesime: Le Samedi de la Quinquagesime: Le Mardi après midi de la Semaine ou se trouve le Jeudi de la Mi-Careme, et le Jeudi entier de la Mi-Careme, en Cas qu'il n'y ait point de Fête; les quatre derniers jours de la Semaine Sainte; et la veille de la Pentecôte.

Defenses, dans toutes Colleges, de donner autres congés, si ce n'est en Vertu de Mandement du Recteur, publiquement affiché.

Desormais, il sera congé l'après-midi du jour de chaque assemblée de l'élection du Recteur, et ce congé sera reputé congé ordinaire.

Defenses, que, dans le cours de l'année, il y ait, sous quelque pretexte que ce puisse être, des classes qui vaquent dans un College, Lorsque les autres du même College tiendront; même sous pretexte qu'il y aura été fait un exercice, dans les classes d'humanités, ou soutenu une These, dans les classes de Philosophie.

Il y aura cependant un Congé general dans toutes les classes du même College, le lendemain du premier acte public qui aura été soutenu sur toute la Philosophie, et ce congé, comme celui du Landit, ne prejudiciera point aux congés ordinaires/

Article Second.

La durée des classes, sans aucune distinction, tant du matin que du soir, dans tous les Colleges, sera pendant tout le cours de l'année, de deux heures et un quart comptettes sans aucune diminution; si ce n'est dans les jours d'assemblées, ou de Messes de l'Univ.té ou dans les froids trop rigoureux: ce dernier cas seulement, demeurant suivant l'usage à la disposition des Principaux./

On entrera le Matin à huit heures un quart, et le soir à deux heures un quart, sauf l'usage du College Mazarin, pour le matin seulement/

Si les jours de classe, on soutient quelque Thèse de Phie, ou si l'on fait quelque exercice dans les humanités, les Professeurs, dans les classes desquels se seront lesdits actes, entreront à la même heure que les autres Professeurs, et chaque Professeur des autres classes sera tenu de demeurer dans sa classe avec ses Ecoliers tout le tems ordinaire

Article Troisieme

À l'égard des vacances, les Physiciens et les Logiciens iront en classe jusqu'au premier jour du mois d'aout; et n'auront vacance que l'aprés-midi dud. jour./

Les Rhetoriciens vaqueront le lendemain de la distribution particuliere des prix de leurs Colleges, de sorte néanmoins que cette distribution ne puisse se faire, ni avant celle de l'Univ.té ni avant le 9. du mois d'aout/

Les classes inferieures ne vaqueront, qu'à la fête de l'assomption de la S.te Vierge/

Enfin la rentrée des classes demeurera fixée au premier du mois d'octobre, quand ce jour tombera le Lundi ou le Mardi; sinon, elle sera renvoiée au Lundi suivant, conformem.t à l'ancien usage/

Le Présent Reglement obligé tous les Principaux et tous les Professeurs de tous les Colleges, signé Fourneau & univ. Scriba. avec Paraphe/

Conclusions de notre Procureur-Général: Oüi le rapport de M.r Pommyer, Conseiller; tout considéré; Notreditte Cour à homologué et homologue lad. Conclusion, pour être exécutée. Si Mandons mettre le présent arrêt a éxecution; de ce faire te donnons pouvoir. Donné en Parlem.t, le vingt quatre novembre, l'an de grace mil sept cent soixante dix sept, et de notre Regne le quatrième./ Collationné, Luton avec Paraphe: Par la chambre, Ysabeau, avec Paraphe/—

Fourneau Duval
Rector

20. Novemb. Anno dni 1777, die vigesimo mensis novembris, habita sunt Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in Collegio Ludovici-Magni/

Primum omnium dixit ampl. Rector, Comitia à se fuisse extra-ordinem convocata, ita requirente Sap. Medicinae Decano: ex ipso audituros quid afferret/

Tum M. Desessarts Saluberrimae Facultatis Decanus exposuit, cum ex ordine ab Universitate instituto recurrant suae Facultatis vices in jure designandi ad Majora

beneficia, (Curias nimirum) quorum Nominatio et Presentatio ad ipsam Universitatem pertinent, cumque contigerit, Curionatum S. andreæ ab arcubus, in hac civitate, per obitum Joannis Antonii Armand, ultimi illius possessoris parisici, vacare, prædictam suam facultatem die octobris, solemnibus Comitiis, designavisse, per Universitatem nominandum et præsentandum, ad pred. S. andreæ ab arcubus Curionatum, V. C. M. Eleonorium Mariam des bois de Rochefort, Doctorem Theologum, Socium Sorbonicum, et Illust-Gpi. Aspellensis Vicarium Generalem. Cumque pred. Venerandus Decanus Legisset hujus designationis Decretum, ab ipso subscriptum, ac deinde Archivo Universitatis traditum, postulavit, ut consequenter prædictus M. Des Bois de Rochefort admitteretur, et ab Universitate præsentaretur.

Audito M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Vilâ conclusione facta die 11. Augusti anni 1774, quâ constat ultimam designationem in ordine 1mo Majorum Beneficiorum, seu Curiarum, factam fuisse à Consultissimâ Juriùm Facultate, ac proinde jus designandi in eodem Beneficiorum ordine pertinere ad Salubérrimam Medicinæ Facultatem, rogatis dictisque Sententiis, Unanimiter Placuit, M. Eleonorium Mariam Des bois de Rochefort, Presbyterum Parisinum, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctorem Theologum, Socium Sorbonicum, à Salubérrimâ Medicinæ Facultate designatum, ad Curionatum S. Andreæ ab arcubus in hac Civitate vacantem per obitum Joannis Antonii Armand ultimi illius possessoris parisici ab Universitate nominari et præsentari. Et ita Conclusit Amplissimus Rector.

Eisdem in Comitiis prædictus M. Des bois de Rochefort solitum Sacramentum præstitit inter manus Amplissimi Rectoris. Duval

Die 24. ejusdem Mensis, Ampl. Rector, Rector Procuratores, Seleti Viri academici, cum officiariis Universitatis se contulerunt ad ædes Illustrissimi Erarii Regii Directoris, Libellumque Memorialem de Vigesimâ octavâ nostra parte in redditus tunc tantum oblatâ, habitâ deò orationeculâ rei quam maximè accommodatâ, ait quidem benignè respondit Vir Illustrissimus, his verbis, nous serons bien aises de pouvoir faire tout ce que nous devrions, mais davantage tout ce que nous pourrons. Idem, se acturum esse, cum Illust. Viro D.D. de Lestart, Libellorum Supplicum Magistro, sibi amicissimo. 24 nov.

Inde Rector ampl. eodem Comitatus se contulit ad ædes Illust. D.D. de Lestart, ipsi Universitatis nomine gratias acturus quam maximas. Duval

Rector 26. Nov.

Die 26. mensis novembris, ampl. Rector, cum Ornat. Procuratoribus, et officiariis Majoribus, minoribus insolis ornatis, se contulit ad Palatium Serenissimi Principis Ludovici de Rohan, Magni Francie Eleemosinarii, ipsi novam dignitatem gratulaturus. Orationem habuit Ampl. Rector tam Serenissimo Principi, tum omnibus astantibus maximè acceptam; ait quidem perhumaniter, et cum magnâ proximissimæ voluntatis significatione respondit Princeps Serenissimus. Vir Clar. D. Georget, Principi a Secretis,

ad Rhedam usque deduxit Rectorem amplissimum / Duval

29. nov. Die vigesimo nono ejusdem mensis Serenissimus Princeps Ludovicus de Rohan, Rector ad aedes ampl. Rectoris ornat. Procuratorum et officiariorum Universitatis se contulit /

Duval

17. Aug.º Anno Dni 1777, die decimo septimo augusti, ampl. Rector, assumptis, Rector secum tribus Comitibus, MM. Guerin, Fourneau et Lambert, versalias se contulit, oblaturus Catalogum alumnorum academicorum, qui hoc anno praemia consecuti sunt in solemni distributione, Regi optimo, augustissimis ejus fratribus, Illustrissimo Regiorum sigillorum Custodi, et Illustrissimis Regni administro / Coram ampl. Rectore Ex integerrimo quaestore Die 26 julii 1779 Duval Exercitor

Die 29. Januarii, cerei delati sunt ad Serenissimum Aurelianensium Ducem, et Illustr. Regiorum sigillorum Custodem / Coram amplissimo D. Rectore Ex integerrimo quaestore. Die 26 Julii 1779. Duval Exercitor

Nota. Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis ad Concursum, habita diebus 24. Martii, 2ª et 3ª Aprilis, pro quibus ad Calcem apponitur Clausula vide ad Calcem inscripta sunt in Registro Exercitationum concursûs à die 12ª Novembris 1778 /

Eodem modo ac supra Duval

Nota. die 2ª augusti factam esse potestatem Mº Fourneau Scribae, haeredibus Mº Hamelin liberae manus actum dari / Ex eodem die ac supra Duval Exercitor

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Index Beneficiariorum Conciliariorum et clientium Universitatis, per decursum anni millesimi septingentesimi septuag.mi septimi.

Beneficiati.

Die vigesimâ Novembris, M. Leonorius-Maria Derbois de Rochefort Presbyter Parisinus, Doct. Theologus, Socius Sorbonicus, à Salubertimâ Facultate designatus, ab Universitate nominatus et presentatus est ad Cardonatum S. Andreæ ab Arubus, vacantem per obitum Joannis-Antonii Armand. demortui.

Consiliarii.

Die septimâ Junii M. Guido-Joa. Bap. Larget nominatus est Patronus Academicus in curiâ Parlamenti, Loco M. Petri Gilles, demortui. Sacramentum quæ præstitit die 18.a

Eâdem die, M. Lud. Claudius Picard, Nominatus Patronus Academicus, apud Castelletum Parisinum, Loco M. Caillard, demortui, Sacramentum præstitit die decimo octavo ejusd. Mensis.

Die quinto Julii, M. Boutin, factus est Universitatis Procurator, apud Castelletum Parisienses, Loco M. de Courchamps, demortui.

Librarii.

Die decimâ octavâ Martii, Sacramentum præstitere Franciscus Delin, Vincentius-Rochus Moureau, et Dionysius Voland.

Die octavâ decimâ Junii, Sacramentum præstitere, Franciscus-Joannes Baudouin; Joannes-Antonius Bleuet; Achilles-Maximinus-Philogonius Knapen: Paulus-Dionysius Mequignon: Nicolaus-Ouslanus Mequignon; Joannes-Jacobus-Dionysius Valade; Jacobus-Philibertus Santus; Thomas Brunet: Ludovicus-Alexander Delalain; Ludovicus-Petrus Bradel.

Die octavâ octobris, Sacramentum præstitere Nicolaus-Natalis-Hilarius Tilliard; Franciscus-Dupuis: Petrus-Michaël Lamy: Claudius-Antonius Desclapart: Julianus-Grangé: Joannes-Hilarius; Petrus-Laurentius Prault; Ludovicus Severon.

Scriptores.

Die octavâ octobris, Nicolaus Soucart, Sacramentum præstitit pro uno è duobus officiis Scriptoris Academiæ.

Magni Nuntii

Ex Nationes Gallicanâ

Die 15.a Januarii, Petrus Antonius Cariel, pro diœcesi et Episcopatu Vapatensi, Loco Petri Claudii Sauvagé Liberé abdicantis.

Die 21. Januarii, Joannes-Claudius Gilles, pro diœcesi et Episcopatu Nupellensi, Loco Ludovici Le Comte, demortui.

Die 16. Aprilis, Jacobus de Ganay, pro diœcesi et Episcopatu Eboracensi, Loco Joannis-Baptistæ Le Nourry, demortui.

Die 29. Aprilis, Franciscus-Hyppolitus Saugnin Marchio de Livry, pro diœcesi et Episcopatu Cenomanensi, Loco Ludovici-Antonii Francisci Comitis de Loc-Roche-Aimon, Liberè abdicantis.

Die 19. Novembris, Nicolaus Pecoul, pro diœcesi et Episcopatu Carcassonensi, Loco Claudii Chol de Clervy./

Die 31. decembris, Gabriel amandus Toloze de la Garenne, pro diœcesi et Episcopatu Aurelianensi, Loco Francisci le Grand, Liberè abdicantis./

Ex Natione Picardicâ./

Die 7a. Februarii, Ludovicus-Adrianus Maitre, pro diœcesi et Episcopatu Audomarensi, Loco Andreæ Baudry de Coulmier Liberè abdicantis./

Die 8a. Septembris, Stephanus-Augustinus Bourdeau, pro diœcesi et Episcopatu Laudunensi, Loco Ludovico-Andreæ de Moustaux demortui./

Die 10. Octobris, Jacobus-Gilbertus Butard, pro diœcesi et Episcopatu Antuerpiensi, Loco Joannis-Jacobi de Lisle de Marivault, demortui./

Die 19. Novembris, Petrus-Lucianus de la Jennevriere, pro diœcesi et Episcopatu Atrebatensi, Loco Antonii Renard, ~~demortui~~ Liberè abdicantis./

Ex Natione Germanicâ

Die 25o. Februarii, Paulus-Petrus Kolly, pro diœcesi et Episcopatu Cliviensi, Loco Joannis-Petri Kolly, Liberè abdicantis./

Die 12. Aprilis, Quintinus-Souquier de Lanchy, pro diœcesi et Episcopatu Kilmoriensi, Loco Petri Daniel, demortui./

Die 18. Aprilis, Jacobus-Antonius Rouveau, pro diœcesi et Episcopatu Salisburiensi, Loco Ludovici Ducy, demortui./

Die 23. Maii, Patricius Comes de Wal, pro diœcesi et Episcopatu Genevensi, Loco Joannis-Caroli Queau, demortui./

Die 1a. Junii, Jacobus-Matthæus Augeard de Petitmont, pro diœcesi et Episcopatu Cicestriensi, Loco Petri-Antonii Blondel, Liberè abdicantis./

Die 1a. Augusti, Athanasius-Joannes-Baptista de Long-champ, pro diœcesi et Episcopatu Emanensi, Loco Petri Bourdeau, demortui./

Die 14a. Augusti, Nicolaus Alexandre, pro diœcesi et Episcopatu Midelburgensi, Loco Josephi-Augustini Comitis de Mailly-d'Amours./

Bibliothecarius Universitatis

Die vigesimâ tertia mensis Maii, Magister Petrus Duval, Presbyter-Rotomagensis, Baccalaureus Theologus, et Philosophiæ Professor Emeritus in Collegio Harcuriano, Universitatis tum Rector, communi omnium Suffragio electus est à Tribunali Academico Universitatis Bibliothecarius, in Locum Veri Clarissimi M. Pauli Hamelin, antiqui Rectoris./

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Acta
Commentarii et Conclusiones Universitatis Parisiensis per decursum anni millesimi — Septingentesimi Septuagesimi-octavi /.

Anno dñi millesimo septingentesimo-septuagesimo-octavo, die decimo Januarii habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovico-Magni. Quibus in Comitiis consederunt, ipse amplissimus Rector D. Petrus Duval: M. Joannes Certain, Theologicæ: M. Bouchaud, Juridicæ, et M. Joannes-Carolus Desessartz, Saluberrimæ Facultatis Decani: M. Marcus Treguer, Galliæ: M. Eustachius-Blimondus de Roussen, Picardiæ: M. Joannes-Baptista Gardin-Dumesnil, Normaniæ: M. Joannes Nicolaus Lallemand, Germaniæ, Procuratores: Mº Francisco-Nicolao Guerin, Syndico-seu Procuratore-generale: M. Guidone-Antonio Fourneau, Scribâ: M. Francisco-Michaele Le Bel, Quæstore Generali /. 10. Januarii /.

1º Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes-Franciscus Champagne, Subdiaconus Æduensis, et Laurentius-Josephus Cossart, Presbyter Boloniensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus, ab iis fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua duobus supplicibus postulata concedi /

2º Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta /.

3º Appellata est causa Nationis Picardicæ, de Nominatione novi apparitoris; eam que Placuit iterum remitti ad proxima Comitia /.

4º Quod dixit M. Franc. Michael Le Bel, Quæstor, è re academicâ sibi videri, ut prospiciatur conservationi tectorum in domibus academicis, eâdem viâ, quam sequuntur viri academici pro domibus Choletæis, non sine emolumento; nimirum inita cum honesto redemptore Licitatione in singulos annos: Audito Meritissimo-Syndico, Placuit, eâ de consuli M. Le Camus, Universitatis architectum /.

5º Quod M. J. Carolus Desessartz, Saluberrimæ Facultatis Decanus, sui ordinis nomine, + singulis Tribunalis Academici Deputatis obtulit Libellum-Memorialem cui titulus, Res Gestæ in Saluberrimâ Facultate Parisiensi circa Sectionem Symphysicos ossium Pubis, suprâ muliere dictâ Souchot, celebratam: quo quidem multis justisque gratulationibus ab omnibus accepto, Placuit, Medicorum Parisiensium, in inveniendis humanæ infirmitati subsidiis, insigne tum peritiæ, tum industriæ monumentum, in publicâ Universitatis Bibliothecâ diligenter asservari /. + Amplissimo Rectori /

Et ita conclusit amplissimus Rector /. Duval

Autor

Januario — Februario

28 Jan. Die Mercurii vigesimâ octavâ ejusdem mensis Januarii Amplissimus Rector et Praeclarae artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-magni in aede Navarricâ celebrari solet, ex institutione V. C. Caesaris Egasti du boulay/

Fourneau Duval Rector

30. Jan. Die Veneris trigesimâ, Majores Universitatis officiarii cereos pro more detulerunt Minoribus Magistratibus/

Fourneau

31. Jan. Die Sabbati trigesimâ primâ, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis officiariis majoribus et omnibus apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo Aurelianensium Duci, singulisque supremarum Curiarum Principibus/ Quum Illustr. Archi-Episcopus in villâ suâ Confluentianâ esset, cereus ad aedes ejus Parisinas per majores officiarios delatus est et apud ostiarium relictus/

Fourneau Duval Rector

1a. Feb. Die primâ Februarii, iidem amplissimus Rector, Decani Procuratores, cum adjunctis, officiariis majoribus et omnibus apparitoribus, contulerunt se versalias; ibi que cereos Regi, Reginae, et Illustrissimo Regiorum Sigillorum Custodi obtulerunt. Ubique amplissimus Rector orationes habuit tersas ac nitentes, personis ac rebus apprime appositas. Augustissima Regina Laeto ac ridenti vultu Rectori annuit, et ipsa nos abeuntes oculis humanissimè deduxit/

Fourneau Duval Rector

3. Feb. Die tertiâ ejusdem mensis Februarii amplissimus Rector et Praeclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit, pro magistris academicis, vitâ defunctis, apud Fratres Praedicatores/

Fourneau Duval Rector

4. Febr. Anno dni 1778, die quartâ Februarii, habita sunt Comitia Deputatorum Praeclarae artium facultatis ad Concursum, in Collegio Ludovici-Magni./

1° ex singulis tribus ordinibus PPhorum, Rhetorum et Grammaticorum, designati sunt duodecim Magistri, inter quos Illustrissimus Senatus Princeps, cum Illustrissimis Viris Regiis, de Consilio amplissimi Rectoris sex Magistros seligat ex uno quoque ordine ad tentandam Candidatorum peritiam/, nimirum.

Pro ordine PPhorum MM. Basset, Turquet, Georget, Vallé, Camyer, Macdonogh, Asselin de Vaulegeard, Girault de Koudou, Professores Emeriti: MM. Delneuf, Lange aherne, et Despreaux, Philosophiae Professores actu Regentes/

Pro ordine Rhetorum: MM. Le Beau, Lambert, Genion, Furgault, Hervelle, Le Roy, le Bel, Maltor, Gardin, Vicaire, Herivaux et Coger./

Pro ordine Grammaticorum: MM. Sencier, Vray, Dair Major, Cahours, Wallet, Cafaxe, Gaudet, Lhomond, d'arragon, Le Vasseur, Destez, et Binard/

2° Factâ enumeratione Doctorum in Artibus aggregatorum Parisiis degentium Compertum est Loca viginti quinque numero esse vacua; nimirum, ad Primum

GEN. DE PARIS

ordinem, octo; ad secundum undecim, ad tertium, sex Loca/

3° Placuit indici, 1°. diem vigesimam tertiam mensis Martii proximi, quâ Merit. Syndicus referat de Candidatorum nominibus, Litteris Baptisterii et Magisterii in artibus, vitaeque Laudabiliter actae testimoniis. 2° ejusdem mensis diem trigesimam ad audiendas Deputatorum relationes de vitâ, moribus et doctrinâ Candidatorum. 3° diem Sextam mensis aprilis ad aperiendum rotulum./

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Duval

Rector

Anno dni 1778, die Septimo mensis Februarii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni/. 7. feb.

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes Laurentius Berthier de Chemilly, Diaconus Lingonensis; hieronymus Charpillon, Presbyter Senonicus; Joannes Petrus Michael Dangicourt, Presbyter Bellovacensis; Ludovicus Michael Charette, Diaconus ambianensis; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua praef. supplicibus postulata concedi/

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3° Lecta et subscripta est tabula virorum academicorum, qui tributum viritim impositum, apud Urbis Basilicam, singulis annis, solvere tenenta/

4° Placuit ampl. Rectorem, solito comitatu, se conferre ad aedes Illust. Regiarum Sigillorum Custodis, propter rem Toloranam./

5° Placuit ampl. Rectorem, cum Tribunali academico, se conferre ad Illustr. Regni administrum DD. Amelot, rem majorum nuntiorum ipsi commendaturum/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/ Duval

Rector

Die nonâ ejusdem mensis, Ampl. Rector, assumptis secum Comitibus Universitatis Deputatis omnibus, se contulit ad aedes Illust. Regni administri DD. Amelot, juxtà conclusionem postremis in Comitiis factam; immunitatem ab hospitio Militari Viris academicis concessam à Regibus Nostris, et ab Augustissimo Principe Ludovico XVI. recens renovatam enixè postulaturus. Respondit Vir Illustrissimus, ut parum spei relinqueret de Nuntiis, multum de Regentibus et Professoribus. Addidit se ab ampl° Rectore scripto petiisse descriptionem Universitatis Parisiensis; quam sub oculos Regis poneret/

Duval

Rector

Martio —

7. Martii

Anno dni 1777, die septimo mensis Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Ordria Deputatorum universitatis. Quibus in Comitiis primum adfuit M. Carolus Ludovicus Sabouraux de la Bonneterie, novus Juridicae facultatis Decanus. Abfuit verò M. Guido-Antonius-Fourneau, scriba, cujus vices gessit M. Michael Franciscus Le Bel, Quaestor./

1° Supplicarunt pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M.M. Carolus-Joannes-Maria Godin, Diaconus ambianensis; Claudius Gaudichon, Presbyter Parisinus; Joannes-Franciscus Reignier, Presbyter Claromontensis; Ludovicus-Franciscus-Guerin, Subdiaconus Bellovacus, et Simon Chaillo, Diaconus Parisinus; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus ac dixit; se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua praedictis quinque supplicibus postulata concedi./

2° ad Tribunal Academicum accessit Joannes-Baptista Murat, clericus Taratiensis, Magister in artibus, et petiit Licentiam aperiendi hac in urbe Paedagogii sub nomine et clientelâ Universitatis. Audito Meritissimo Syndico, nominati sunt ornatissimi Galliae et Picardiae Procuratores, qui de ejus vitâ, moribus, peritiâ et doctrinâ inquirerent, et ad proxima Comitia referrent./

3° Ad diem Veneris vigesimam hujus mensis indictae sunt generales Universitatis supplicationes./

4° Accessit ad Tribunal Academicum M. Borde de Charmois, Legitque libellum Memorialem in quo, cùm retulisset, non sine grati animi significatione, quaecumque gesserit Universitas in gratiam causae illius, quam habuit cum viris Religiosis Ordinis S. Benedicti; petiit, ut cum ipse, causâ deperditâ, amplius actor esse nequeat, illam totam in se suscipere velit alma Mater; atque pro suis Graduatis, adversus Monachos S. Benedicti, praecipuas apud Magnam Cameram partes agere. Digressa M. Borde de Charmois, re in deliberationem missâ, audito Meritº Syndico Dictum est. 1° cum causa illa, ad quam accessit Universitas, finita sit, infelicemque exitum habuerit, non esse locum novae deliberationi de interventione. 2° de alterâ petitione nunc primùm facta à M. Borde de Charmois, ut rem totam velit Universitas in se suscipere, et adversus Viros Religiosos Ordinis S. Benedicti non auxiliares tantum copias praebere, sed suo proprio nomine litem movere; consulendos esse Universitatis Consiliarios forenses./

5° Ampl. Rector retulit, ad se, ante aliquot dies venisse M. Hespelle, Doct. Theol.ae nuntiaturum, causam illam de curionatu urbis Dunkerkensis, ad quam Universitas pluribus abhinc annis accesserat, amicè compositam fuisse, ita ut sibi attributa fuerit pensio annua octies mille Libellarum cum quadringentis./

6° Quòd M. Cuezet, Paedagogus Academicus, suum Paedagogium ab Urbe in vicum Passiacum transtulit, quòdque petiit, ut, adjuvante Tribunali Academico ipse immunis fieret ab onere plebeio, gallicè La taille, quod tributum ipsi, habitâ ratione domus Passiacae, impositum est: audito Meritissimo Syndico, Placuit nullam haberi rationem ejusmodi postulationis./

Et ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit./ Duval

Rector

Anno Dni 1778, die Martis decimo septimo mensis Martii, feriâ tertiâ secundæ in Quadragesimâ Hebdomadæ, horâ septimâ Matutinâ, habita sunt, pro more antiquo, Comitia Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni, ad aperiendum rotulum. Audito ac requirente Meritissimo Syndico, Placuit, antiquos Academiæ usus constanter servari, ac consequenter Nominationum rotulum ex hunc annum aperiri. Duval Rector 17. Mart.

Anno Dni 1778, die vigesimo ejusdem mensis, Martii, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni, ad Sacras Supplicationes. Quibus in Comitiis M. Lambert Rhetoricæ Professor Emeritus Scribæ gravi morbo laborantis vices gessit. 20. Martii.

Primùm in aulâ Tribunalis Academiæ consessum est, ubi Supplicarunt, pro litteris Nominationis, pro Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Baptista Franciscus de Boüille, Subdiaconus Rotomagensis; Ludovicus-Franciscus des Marets de Mont-Chaton, Diaconus Constantiensis; Nicolaus-Franciscus Soussot, Presbyter Carnutensis: Carolus d'Aubigny, Subdiaconus Bellovacensis. Joannes-Baptista Le Chevalier, Presbyter Constantiensis; Laurentius Costart, Presbyter Abolonensis. De quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tàm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritº Syndico Placuit suo singulis sex prædictis Supplicibus postulata concedi.

Deindè factum est in Comitiis, ubi post habitam ab amplº Rectore Orationem elegantissimam, Singuli Ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo brevissimo Magistratu, Litteras Commendatitias ei decrevere; amplumque Comitatum pollicti sunt ritè processuro ad Ædem Deo Sacras ob invocationem Beatæ Virginis Deiparæ, apud Carmelitas discalceatos.

Hoc Pontificem egit M. Le Sevre, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus: Concionem habuit ad Populum M. Petard iidem Doctor Theologus: Orationem Eucharisticam ad Pontificem. M. Duval Rector

Anno Dni 1778, die vigesimâ tertiâ mensis Martii, horâ Sexquinona Matutinâ habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Aulâ ordinariâ Deputatorum Universitatis Comitia, ad amplº Rectore per Schedulas pridiè datas convocata. Quibus Comitiis Ampl. Rector et Deputati interfuerunt Majoribus infalis ornati, cum omnibus apparatibus. 23. Martii

Primùm omnium ampl. Rector Nominavit M. Lambert, qui Scribæ absentis et Luto decumbentis vices gereret. Deinde dixit, haberi extra-ordinem Comitia, in quibus novus Collegii Ludovici Magni Gymnasiarcha ab Universitate agnosceretur, et mitteretur in possessionem realem et corporalem sui Gymnasiarchatûs. Demùm jussit legi processum verbalem eorum quæ gesta sunt, ubi M. Poignard, ultimus-

Martio

dicti Gymnasiarchatus possessor in possessionem ab Academico Tribunali missus est /

His Lectis, factaque ab ampl.o Rectore supplicandi potestate, ad Tribunal Academicum accessit V. C. M. Dionysius Berardier, Presbyter Corisopitaeus, Sacrae facultatis Parisiensis Doctor, Primarius Collegii urbis Corisopitensis, à Clar.ia Collegii Ludovici-Magni administratoribus nominatus ad exercendum munus Gymnasiarchae in dicto Collegio Ludovici-Magni vacans per liberam abdicationem V. C. M. Joannis-Baptistae Poignard, Doctoris Theologi, è Regiâ Societate Navarricâ, Illustr. ac Reverend.mi Ep.i Audomarensis Vicarii generalis, ultimi illius Possessoris pacifici. Comites illi aderant, honoris causâ, clar. illius Praedecessor, Lectissimi alumnorum Examinatores, Celeberrimique Palestrae Ludovicaeae Professores /.

Postquàm Comitium ingressi sunt, M. Berardier, stans, Oratiunculam habuit ad ampl. Rectorem et Deputatos Universitatis, brevem sed concinnam, elegantem et urbanitatis plenam, quâ, Academiam Parisiensem, tanquam optimam Parentem, quo studio, quâ pietate, quâ veneratione complecteretur professus est. Deinde locum cepit ad mensam majorum Universitatis officiariorum, stantibus caeteris Comitibus. Tum protulit nominationis suae litteras, easque legendas scribae tradidit, j. s. lectis, petiit, ut in possessionem mitteretur muneris sibi assignati; secessitque cum suo Comitatu /.

Re in deliberationem missâ, auditus est M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, qui dixit, se vidisse, tùm litteras nominationis M.i Dionysii Berardier, tùm arrestum supremae Curiae, quibus constat M. Berardier rité suffectum esse in locum M. Joannis-Baptistae Poignard, ultimi Gymnasiarchatûs Ludovicaei Possessoris pacifici, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, rogatis dictisque sententiis unanimiter placuit, M. Dionysium Berardier ad Sacramentum admitti, eumque mitti in possessionem muneris Gymnasiarchae in Collegio Ludovici-Magni exercendi /.

Revocatus igitur M. Berardier Sacramentum praestitit inter manus ampl.i Rectoris. Juravit autem se Rectori et Tribunali academico honorem et obsequium exhibiturum; diligenter et accuratè servaturum se esse statuta Universitatis generalia, Legesque peculiares supremi senatûs autoritate confirmatas, quibus praecipuè regitur Collegium Ludovici Magni, et ab aliis haec servanda curaturum /

Fide academicae datâ, ampl. Rector, Decani, Procuratores, officiarii Majores, praecedentibus omnibus Apparitoribus, Magrum Berardier, ad singulas aedium Ludovicaearum partes, in quas Gymnasiarcha jus habet exercendum, deduxerunt. 1.o ad Majores et valvatas Collegii fores, quae clausae erant; et quarum claves ab ampl.o Rectore traditae sunt in manus novi moderatoris. 2.o ad eam domûs partem, quae habitanda Primario assignata est. 3.o ad Sacellum, ubi, salutato priùs altari genibus flexis, in primariâ sede collocatus est novus Gymnasiarcha; unde, comitante ampl.o Rectore, ascendit ad aram, quam piè osculatus est /

Tùm ampl.o Rectore ad sedem suam regresso, M.o verò Berardier illicò Sacrâ trabeâ induto, eodemque praecinente, Cantatus est hymnus Eucharisticus Te Deum, et psalmus Exaudiat, alternis à claro et organis /.

Sic adhibitis solemnitatibus assuetis, M. Dionysius Berardier, novus Collegii Ludovicaei Gymnasiarcha, praesentibus et annuentibus cùm Universitatis Deputatis, tùm alumnorum Probatoribus, et singulis dicti Collegii Professoribus ab ampl.o Rectore missus est in possessionem realem et corporalem Collegii Ludovici-Magni /.

Ut autem Juventus novi Gymnasiarchae fidei commissa in partem laetitiae veniret, jussit ampl. Rector Scholas Ludovicaeas serotinis horis, ac die sequenti integrâ contiescere /

Postea discessum est; ad aulam Tribunalis Academiæ, ampl. Rector, à novo Gymnasiarchâ, singulisque alumnorum Probatoribus et Collegii Professoribus deductus est; ac deinde ad ædes suas à novo Gymnasiarchâ, et Mo. Bertin, Theologorum, ut aiunt, Superiore.

Fourneau

Sub horam circiter secundam ædes Ludovicæas repetierunt ampl. D. Rector, Lapicæ, Decani, ornat. Procuratores, officiarii Majores, alumnorum Probatores, Collegii Professores et Pro-primarii, à novo Gymnasiarchâ perhumaniter invitati ad cœnam nimis quidem lautam epulis, at multò exquisitiorem ingeniâ convivarum hilaritate, quam suo exemplo et blandissimis verbis provocabat D. de St. Fray, Illust. Procuratoris Catholici Substitutus, unus ex Collegii administratoribus.

Fourneau

Anno Dni 1778. eâdem die vigesimâ tertiâ Martii, horâ post meridiem sesquiquartâ, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Præclaræ artium Facultatis ad concursum, et arbitrorum à Supremis Magistratibus datorum. 23. Martii

Primum omnium lecta est tabula Virorum academicorum quos Ill. Senatus Princeps cum Viris Regiis, die decimâ tertiâ Februarii selegit in arbitros concursûs.

Pour la Philosophie, MM. Turquet, Georgel, Wallé, Camyer, Mardonogh et Girault de Koudou.

Pour la Rhetorique, seconde et troisieme, MM. Le Beau, Lambert, Surgault, le Roy, Le Bel, Maltor.

Pour la Grammaire, quatrieme et cinquieme et sixieme, MM. Gardin du Mesnil, Vicaire, Lenier, Daire (major) Rhomond.

2o. Retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, sistere se ad proximum concursum quatuor Supplices, minimum duos ad primum ordinem, quinque ad secundum, septem ad tertium; se vidisse eorum Litteras Magisterii ac Baccalaureatûs, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; nominandos nunc binos à singulis ordinibus arbitros, qui de Candidatorum vitâ, moribus ac doctrinâ inquirant, ac de iis ad comitia post octo dies habenda referant.

3o. Nominati sunt qui de Candidatorum vitâ, moribus ac doctrinâ inquisituri sint.

Pro primo ordine, MM. Camyer et Girault de Koudou, Philosophiæ Professores Emeriti.

Pro secundo Rhetorum, MM. Surgault et Maltor, Prof. Emeriti: hic Rhetoricæ, ille Litterarum.

Pro tertio, MM. Vicaire et Gardin; uterque Rhetoricæ Professor Emeritus.

Et ita ad ampl.o Rectore conclusum est. Duval

Rector

Anno Dni 1778, die vigesimo-quarto mensis Martii, habita sunt Comitia generalia Præclaræ artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni. 24. Martii.

Primo quidem ampl. Rector orationem habuit elegantissimam, in quâ cum priorâ parte retulisset quæ gessit in suo trimestri Magistratu, posteriore Laudationum funebrium prosecutus est tum Virî celeberrimi de Academiâ Parisiensi et totâ re litterariâ præclarè meriti, M. Caroli Le Beau; tum M. Mampas, Grammaticæ Professoris Emeriti in Lexovas,

his verbis prosecutus est: // Atque utinam, Proceres Academici, nihil superesset luctuosum // quod diceremus. Verùm de gravissimis Academiæ damnis nec silere possumus, nec ruersùs, // absque dolore mentionem injicere. Cum nuper haud parvum fecisset nobis desiderium illius // viri interitus (m.r Maupas) qui morum candore, constanti pietatis affectu habituque, et vero // in almam Parentem studio commendabilis, eas virtutes æquabili tenore semper coluerat, quæ // Juvenibus ad exemplum sufficerent: Ecce retraduit acriùs dolor, cum subito quasi fulmine // percussum, ac nobis raptum audivimus Magni Nominis Virum, quem ereverentes, utpote eruditè // vividique senectute vigentem, ultrà consuetos ætatis humanæ fines, vitam producturum; // et quem propter egregias mentis et animi dotes, omnes immortalem esse cupierent. Satis ille quidem // naturæ fortasse videatur, satis etiam gloriæ vixisse; nobis, et Patriæ non satis; qui scilicet // in dies aliquid conferebat publicæ utilitatis; et Academiæ tutrici suæ nutrici, quam semper // dilexit ingrimis et coluit, operam quam libenter accommodabat. Nullâ temporum ratione, // nullo societatis alterius aut privatæ rei studio, pietas ejus in almam Parentem defecit; // Et illa profectò memoriam ejus suavissimo recolet affectu, qui docendi solertiâ et eloquentiæ famâ // palæstras suas adeò celebravit, ut vel tantum audivisse Magistrum plurimi passim glorientur. // nec immerito. Quis enim insitas ingenii virtutes studio et labore pertinaciùs exercuit, eruditione // multiplici cumulatiùs instruxit, artis callidiate diligentiùs expolivit? Ille cum antiquioris, // tum recentioris litteraturæ succum penitùs combiberat. Itaque non luxuriantes verborum // pompâ ferociens, non portentosæ novitatis delìria sectatus, non suæ et devitatis ambitiosæ // præstigiis illudens, id unum commentationibus ac vigiliis effecit, ut venustior appararet // ipsa veritas, ut pulchrior, ut spectabilior. Nec enim inanis gloriæ simulacrum amplectebatur, // sed veram solidamque gloriam laudem persequens, sui memores alios merendo facere // volebat. Atque adeò non prorsùs extinctum lugemus lumen illud Academiæ splendidissimum. // Vivit enim, viguque in eorum animis, quotquot ad optimam non magis dicendi quam vivendi // rationem instituit: Sive nunc Episcopos, sive Magistratus, sive Aulam aut Militiam sectos, // quorum plurimi amicum habere ejusmodi Virum, et religiosæ morum sanctitate, et // singulari Doctrinæ copiâ conspicuum honori ducerent. Spirat etiam in egregiis scriptionibus, // quæ non eleganti modo verborum compositione delectant, sed acumine sententiarum et // gravitate legentes erigunt, atque percellunt. Bene quæ vivit, ac perpetuò vivet in hac præsertim // academiâ; atque inter nobilissimos, quibus illa semper inclaruit, Doctores nominabitur, nulli // secundus. Habitat etiam nunc in Palæstris quæ docendo illius vox personuerunt! absentis veluti // quædam relicta mens, quæ Magistris industriam ac laborum imperet, quæ succedentibus // venerationem injiciat, et ipsos vero laudis amore succendat. Juniores potenter excitat exemplum // recens et juxtà positum. Existet profectò qui talem Virum æmulentur; nec satis ille modò // profuerit, sed ipsâ specie et imagine procreabit inter nos sui similes. Ea est enim ingeniorum // affinitas et cognatio, ut alia ex aliis oriri et gigni videantur; in hac potissimum Academiâ, // tanquam civitate, quæ toto in fingendis alendisque Juvenum animis felici partu à Clarissimis // Parentibus filios sibi suffecit haud degeneres. //

Radiguet Dominerque

Deindè, salvâ Reipublicæ potestate Supplicarunt. 1.° Nicolaus Radiguet, Presbyter Bayonensis, ut biennium Cadomi confectum sibi, pro uno anno Parisiis imputetur. 2.° Joannes Dominerque, Presbyter Sanflorensis, ut ne sibi noceat, quòd falsâ inductus opinione, utroque biennii Philosophici anno, nomen suum semel tantùm in Catalogis inscripserit: Franciscus verò de Lagny, ut in suo Lugiworum Catalogo restituatur nomen ideò omissum, quòd

de Lagny

testante M. Goubely, Doctore Medico Parisiensi, pleuritide de pluribus mens. defessenne
=bus laborauerit D. Joannes Ludovicus defessenne, clericus Suessionensis, ut
nomina varii scripta suum in ordinem redigantur. Denique, pro immunitate
ab onere scribendi medicus Philosophicus, Ludovicus Carolus de Visnes, propter oculorum de Visnes.
imbecillitatem, et Stephanus de Rochemure, ob pectoris infirmitatem, testante M. Crosnier, Rochemare.
Doctore Medico Parisiensi: Joannes Darfeuille-Presbyter, ob visûs debilitatem, quam Darfeuille
scripto testatur M. Gervaise Doctor Medicus Parisiensis; Petrus Cerendes, Presbyter Claro Cerendes
=montensis, ob pectoris infirmitatem, testante M. Thouvenin, Doctore Medico Parisiensi: Fran- Denisot
=ciscus-Josephus Denisot, ob pectoris infirmitatem, testante M. Bruguet, Doctore medico Paris.:
Carolus-Ludovicus Coiffad, ob debilem oculorum aciem, quam scripto testatur M. Desbois Coiffad
de Rochefort, Doct. Med. Parisiensis; Joannes Toussaint, ob pectoris et oculorum infirmitatem, Toussaint
testante M. Dupuy, Doct. Med. Paris.; denique, Lud. Josephus de Bon, clericus Atrebatensis, de Bon
ob infirmitatem visûs, quam scripto testatur M. Thierry, Doctor Medicus Parisiensis.

De Supplicibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac deinde requisivit, Amplissimi Rectoris Orationem in Commentarios referri.

Mandato de Supplicibus Syndico, Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, confirmarent que Quatuor Viros. Fraterna petiit rata ac grata haberi quæ gessit, sibi que Litteras commendatitias decerni.

Nationes digressæ ac deinde regressæ per Orn. Procuratores retulerunt 1° Supplicibus omnibus indulgeri. 2° rata et grata haberi quæ gessit Ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu; ipsique Litteras commendatitias decerni. 3° Confirmari Quatuor Viros manè electos, scilicet; pro Ven^a. Natione, M. Barrois, Licentiatum Theologum: pro Fidelis^a. M. de Lestrée, Grammaticæ Professorem in Cardinalitio; pro Ven^a. M. Gardin-Dumesnil, antiquum Collegii Ludovici Magni Gymnasiarcham; pro Constantissimâ, M. Le Roux, Philo=sophiæ Professorem in Lexovio. 4° inscribendam esse Orationem funebrem Mri. Maupas ac de decem in Commentarios Universitatis.

Quatuor Viri, præstito inter manus Ampl^i. Rectoris, Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per M. Gardin retulerunt, à se, unanimi suffragiorum omnium, Prorogator fuisse Fasces Rectorios Viro Ampl^o. D.D. Petro Duval, Rectori et Universitatis Bibliothecario. Quæ Prorogatio ab omnibus statim Nationibus Laudata, approbata et confirmata fuit. Et ita concluxit amplissimus Rector. Duval
Rector

Anno Dni. 1778, die trigesimo mensis Martii, habita fuit in Collegio Lud^i. Magni, Curia 30. Martii.
Deputatorum et Arbitrorum ad Concursum.

1° audita clar. Deputatorum relatione de vitâ, moribus et Doctrinâ Magistrorum in Artibus ad aggregationem proximam contendentium: audito Merito^o. Syndico, Placuit admitti omnes et singulos quatuordecim Supplices qui se stitere ad concurrendum.

2° Quòd dixit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, postridiè pomeridianorum Comitiorum duos Concursûs novos candidatos, annuente amplissimo Rectore ad se accessisse, nimirum M. Matignon, pro primo Philosophorum Ordine, et M. Joyau, pro tertio Grammaticorum, à Le vero primum visa fuisse singula eorum instrumentalia ad hanc Supplicationem requisita, ac deinde nullâ interpositâ morâ, eadem missa ad Deputatos, quorum esset de illis inquirere. Auditis tum Deputatis, tum Syndico, Placuit duos novos Candidatos Quatuordecim Prioribus adscribi.

Et ita concluxit amplissimus Rector. Duval
Rector

Aprili

4. Apr. Anno dni 1778, die quarta Aprilis, habita sunt Comitia ordria Deputatorum Umdtia in Collegio Ludi Magni. In his primum adfuere M. Le Tourneur, Procurator Venerandi Normannorum ordinis, et M. Martin, Proc. Constae Germanorum Nationis: vices verò absentis et aegrotantis scribae gessit M. Malhurinus Lambert /.

1º Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Baptista Aubry, Presb. Rothomagensis, et Antonius Maria Robinet de Peignafort, Presb. Ambianensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab iis rite confato, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Merito Syndico, Placuit sua duobus praefatis supplicibus postulata concedi /.

2º Audita relatione Ornat. Galliae et Picardiae Procuratorum de vita, moribus, peritia et doctrina M. Joannis Bap. Murat, qui postremis in Comitiis supplicaverat pro licentia aperiendi hac in urbe Paedagogii, sub Nomine et Clientela Universitatis: Auditis tum Mo Granvallet, Paedagogorum academicorum agente, tum Meritissimo Syndico, Placuit Mo Joanni Bap. Murat, clerico Tarsiensi, fieri potestatem aperiendi hac in urbe Paedagogii, sub Nomine et Clientela Universitatis, his conditionibus; ut certum in Urbe habeat domicilium; adeatque Ornat. Galliae Procuratorem, suae in lingua Graeca peritiae periculum facturus /

3º de Negotio Mo Borde de Charmois retulit Merit. Syndicus, ac dixit, ex Conclusione postremis in Comitiis lata, consultum à se fuisse V. E. M. Lambon, Juris-Consultum peritissimum, et academiae nostrae Consiliarium forensem; Ejus verò hanc esse sententiam opportunum magis tempus esse expectandum, et ab omni lite praesenti abstinendum. Rogatis igitur, dictisque sententiis Unanimiter Placuit novum Mgri Borde de Charmois postulatum non admitti, sed à lite praesenti abstineri /

4º Quod dixit M. Le Bel, Quaestor, è re academica esse ut litterae Regiae ab Univ. impetrentur, ad conficiendum de novo Censuarium Codicem sui, ut aiunt, Clericorum prati; in tabulas supremi senatus quamprimum referendae. Audito Mero Syndico, unanimiter Placuit, hanc integerrimo Quaestori mandari provinciam, ut dictas litteras impetret, ea qua solet diligentia; easdemque curet muniri autoritate senatus; caeterisque instrumentis ac formulis quae requiruntur, ad jus nostrum enucleandum ac firmiter retinendum /.

5º Quod dixit Ampl. Rector ab Illust. Regni Administro DD. Amelot adversus Nuntios Majores objici, nullum ab iis officii genus exerceri; ex iis non esse plurimos, qui famularem Univ. praebeant operam; maximas immunitates pretio redimi tantulo, demum abusus irrepsisse in hanc partem non tolerabiles; Re in deliberationem mista; Audito Syndico Dictum est 1º rem illam ad Nationes primum esse referendam, quarum est, de Nuntiatibus, tanquam de Patrimonio, decernere. 2º postquam Nationes sententias dixerint, convocanda fore extra-ordinem Comitia Deputatorum, in quibus deliberabitur, quod facto sit opus, ne Universitas, si fieri potest, ullâ ex parte defraudetur, suâ immunitate ab hospitio militari /.

6º ad Tribunal academicum accessit M. Cruzel, Paedagogus acad., ab Urbe in pagum Pasti=acum digressus, comitante Mo Granvallet, Paedagogorum Acad. agente; ac dixit, tributum plebeium fuisse sibi impositum, invitis colonis; qui expressâ voluntatum significatione declaraverunt, sibi cordi esse, ut M. Cruzel academicâ immunitate frueretur. Jis digressis, re in deliberationem mista, audito Meritissimo Syndico, Placuit fieri potestatem Mo Grand-vallet, Paedagogorum agenti, litem inferendi exactoribus, illamque persequendi communi Paedagogorum Academicorum sumptu. Praeterea, Dictum est

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Academiam ipsi litiganti officiosam operam esse praestituram/
Utrique ad Comitia revocato et Regresso Ampl. Rector Deputatorum sententiam ipsissimis verbis retulit/
Et ita ab Ampl.o Rectore conclusum est/. Duval
Rector

Anno dñi 1778, die sexto aprilis, congregata est Praeclara artium Facultas in Collegio Ludovici Magni, ad aperiendum concursum/ 6. apr.

Primùm in Sacello dicti Collegii solemne sacrum de Spiritu Sancto, promore, celebratum est. Pontificum egit M. Gardin-Dumesnil, antiquus Collegii Gymnasiarcha/

Deinde ad aulam habendis generalibus Universitatis Comitiis destinatam processum est; ubi, M. Mollereau, Doctor Aggregatus ad tertium ordinem orationem Latinam habuit: Carmen verò latinè recitavit M. Huré, Doctor-Aggregatus ad primum/

Tum appellati sunt a M. Lambert, scribae vices agente, Seleti concursus arbitri; ipsique solitum praestitere sacramentum inter manus Ampl. Rectoris/

Posteà Meritissimus Syndicus, antequàm Praeclarae artium Facultati Candidatos praesentaret, oratione concinnâ, ut solet, eleganti et tempori maximè accommodatâ Universitati gratulatus est, quòd, frustrà frimente malevolorum quorumdam hominum invidiâ, litterariae militiae nomen, dedisset ingens maximae spei Candidatorum numerus, quos concertationum discrimen non deterruisset/

Postquam dicendi finem fecit Meritissimus Syndicus, Candidatorum tabula singulis viris academicis distributa est per apparitores, à scribâ priùs recitata/

Et sic soluta sunt Comitia/. Duval
Rector

Nomina et ordo
Magistrorum in artibus ad singulos Aggregationis ordines contendentium
anno dñi MdaLXXVIII

ad Primum Ordinem

M. Franciscus-Antonius Matignon, Diaconus Parisinus, Baccalaureus-Theologus.
M. Petrus-Nicolaus Ducastel, acolythus Lingonensis/
M. Petrus Michael-Bernardus Duport, clericus Claromontensis/

ad Secundum ordinem/

M. Joannes-Franc. Riquier, clericus Ambianensis/
M. Edm. Steph. Mollereau, Senonensis, D. A. ad tertium ordinem/
M. Jacobus-Franciscus-Xaverius Joyau, Parisinus/
M. Petrus Crouzet, clericus Bellovacensis/
M. Joannes-Lud. Dodemant, clericus Suessionensis/
M. Lud. Franc-Jos. Michaël Noël, Parisinus/

Aprili

Ad tertium ordinem.

M. Stephanus-Joannes-Josephus Descodindes (Dupuy) clericus Suessionensis /.
M. Nicolaus Susanne, clericus Parisinus /
M. Christophorus Arnulphus Bouely, clericus Noviomensis /.
M. Nicolaus Tassart, clericus Bellovacensis /.
M. Nicolaus Le Comte, clericus Parisinus /.
M. Quintinus-Nicolaus Hanquet, clericus Noviomensis /
M. Joannes Baptista Gäil, acolythus Parisinus / Duval
Rector

7. aprilis Die sequenti septimâ aprilis, habita sunt Comitia Deputatorum et Arbitrorum ad concursum, horâ sesqui-septimâ matutinâ /.

1º Supplex se stetit M. Noel Candidatus ad Rhetorum ordinem ac petiit se immunem esse ab onere scribendi Latinè orationem et carmen, quî in solemni Præmiorum distributione, non unicâ laureâ donatus fuerit. Audito pro re academica Mro Syndico, visis litteris Patentibus ad concursum datis, titulo de immunitatibus; visis etiam Præmiorum academicorum Catalogis, quibus constat dictum M. Noel primâ laureâ donatum fuisse inter Rhetores anno 1775 et iterum inter Veteranos anno 1776. Placuit illi suum postulatum concedi /

2º Indictæ sunt dies ad singulas tres concursûs aggregationes, pro singulis Candidatis /.

3º Placuit indici diem 28am mensis Maii ad claudendum concursum /

Et ita ab ampl.º Rectore conclusum est / Duval
Rector

Anno dni 1778, die vigesimâ septimâ mensis aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia Deputatorum Universitatis, ad synodum academicam /. in quibus M. Lambert, scribæ ægrotantis vices gessit /

Post habitam ab ampl.º Rectore orationem elegantissimam: Qui beneficia ex nomine et collatione Universitatis possident appellati sunt hoc ordine /.

Pastores Ecclesiarum Parochialium

M. Joannes-Franciscus de La Roue, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ ab arcubus /

M. Petrus Le Cordier, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S.ti Germani Veteris /.

M. Eleonorius-Maria Desbois de Rochefort, Doctor Theologus, Socius-Sorbonicus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ ab arcubus, ~~[illegible]~~ inter Majores Beneficiarios ultimò nominatus, recurrentibus Saluberrimæ Medicorum facultatis vicibus /

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Capellani

M. Nicolaus Louvel, Doctor Theologus, Provisor et Primarius harcurianus, — Capel. Capel.ae B.ae Mariae, in Ecclesiâ Parochiali S. Andreae ab Arcubus/

Capell.r Savoesianarum/.

M. Ant. Vicaire, antiquus Rector, et Rhet.ae Prof. Emeritus/

M. Josephus S.t Joirre, Bac. Theol., humanitatis Prof. Emeritus/

M. Bertrandus Dupuy, Doct. Theol., Socius Sorbonicus/

M. Petrus Bitters, Vir Proc. Bac. in Utroque Jure/

M. Claudius Maste, Bac. Theol., Doctor aggregatus ad primum ordinem, inter Minores Beneficiatos ultimò nominatus, recurrentibus fidelis Sanae Picardorum Nationis vicibus./

Capell.r de Castelleto/.

M. Julianus Chabrun, Baccalaureus Theologus/.

M. Alcymus Lottin, Doctor in Utroque Jure/.

M. Petrus Durand, in artibus Magister./

Capellaniarum de Thesauro Regio.

M. Franciscus de Montchablon, Pastor in diœcesi Catalaunensi/

M. Carolus Lalourcey, clericus Catalaunensis/

Inter eos non comparuerunt MM. desbois de Rochefort, Montchablon, et Durand, et S.t Joirre, è quibus tres posteriores excusari se postularunt: Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Placuit praesentes Laudari, absentes qui sonticam absentiae causam attulerunt excusari; caeteros solitâ mulctâ plecti.

Et ita conclusit ampl. Rector/. Duval

Rector

anno Dni 1778, die secundo Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis: absente Scribâ: vices ejus gerente M. Lambert./. 2. Maii

1.o Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Petrus-Josephus Le Groing, Presbyter Bituricensis; Matthias Le Groing, Acolythus Bituricensis; Philippus Petrus Rivet, Diaconus Ambianensis; Yvo-Nicolaus Magdelaine, Subdiaconus Bisuntinensis; Antonius-Bernardus Bonamy, Acolythus Aginnensis; Maria Margarita Alexander Josephus de Faudoas, Diaconus Parisinus; de quibus retulit M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit Suae praef. Supplicibus postulata concedi./

2.o Quod Sapient. Taluberrimae Facultatis Decanus quaestus est Privilegia Univ.

=versitatis undique impeti ac imminui; atque hanc in rem legit sui Ordinis Decretum, quo enixè postulat, ut Tribunal Academicum omni ope atque operâ eniti velit, ut Privilegia Academica ne quid detrimenti patiantur; ne ve auxilium praesens desit V.C. M.M. de L'Epine et Bouvard, Celeberrimis Doctoribus Parisiensibus, quorum in aedes injecta est Regia Manus à Militiâ Helveticâ. Re in deliberationem missâ, Audito Meritissimo Syndico, Unanimiter Placuit, 1° duobus Viris Clarissimis praeclictis, de publicâ re praeclarè meritis opem ferri promptissimam. 2° Adiri quamprimùm Illust. rei aerariae Praefectum, eumque, Universitatis nomine, rogari; ut pro sua aequitate et illâ quâ valet apud Regem autoritate efficiat, Universitatis cùm Magistros tùm Clientes, Privilegiis à Singulis Regibus nostris Longâ et non interruptâ Serie Universitati con=cessis, nuperrimè verò ab Augustissimo Rege Ludovico decimo-sexto confirmatis, placidè frui; atque si qui forte abusus irrepserint, futurum polliceri, ut brevi tempore reformentur et emendentur./.

Et ita ab ampl.° Rectore conclusum fuit./. Duval Rector

6. Maii Anno dni 1778, die Sextâ Maii, ampl. Rector, Decani, Procuratores cum officiariis Majoribus, contulerunt se ad aedes Illust. Regiorum Sigillorum Custodis, ex conclus=ione postremis in Comitiis latâ. Ibi ampl. Rector, habitâ primùm brevi sed eleganti Oratione Jura Magistrorum academicorum et Clientium summâ fide deffendit: deinde Viro Illustrissimo tradidit in manus eadem instrumenta quae Illust.° Regni administro D.D. amelot protulerat, nempe libellum Memorialem et Tabulam virorum academi=corum. Respondet perhumaniter Regiorum Sigillorum Custos se sub oculos Regis positurum Universitatis postulationes, Rectori que mandatum Regium nullâ interpositâ morâ nuntiaturum esse./. Duval Rector

25. Maii Anno dni 1778, die vigesimo-quinto mensis Maii, congregata est Praeclara Artium Facultas, in Collegio Ludovici-Magni, ad claudendum Concursum./

Primùm in Sacello Collegii, solemne sacrum, de more, Celebratum est, Pontificis partes agente M.° Joanne-Baptista Gardin-Dumesnil, antiquo dicti Collegii Gymnasiarchâ. Re divinâ peractâ, cantatus est hymnus Eucharisticus Te Deum./

Tùm ad aulam generalibus Comitiis habendis destinatam processum est. Ibi M. Lueddy, Doctor aggregatus ad Grammaticorum ordinem, pro aggregatione orationem habuit quae Virum sincerâ Latinitate imbutum, nec ignarum prudentiae artibus redoleret; Carmen verò Latinè Recitavit M. Racine, Doctor Aggregatus ad Rhetores, non inconcinnum sanè nec infacetum, sed quibus-dam visum liberiori stilo./.

Posteà appellata sunt nomina Doctorum in Artibus, qui ex arbitrorum suffragiis Doctoribus Aggregatis adscripti sunt, à me ad Comitia primùm redeunte./

Demum divisa sunt Programmata ab apparitoribus, in quibus praeter Doctorum Aggregatorum Nomina, eorum aetas ac domicilium describuntur; ne quis ignorationis causam praetenderet./.

Nomina Doct. in artibus Aggregatorum
die 25.a Maii an. 1778
Ad Primum Ordinem.

M. Franc. ant. Matignon, Bac. Th., Diac. Par.us, natus 10. gbris 1753, in Regiâ Navarrâ./
M. Petr. Nic. Ducastel, acol. Lingonensis, natus 20. Jan. 1755, in Semin. S. Firmini./
M. Mich. Bern. Duport, cler. Claromontensis, nat. 30. oct. 1755, in Grassinaeo./

Ad Secundum Ordinem

M. Joannes Franc. Riquier, ambsis, natus 19. Junii 1754 - in Lexovoeo/
M. Petrus Crouzet, cler. Bellovacensis, natus 19. dec. 1753. in Plestoeo/
M. Joan. Lud. Dodemant, cler. Suessionensis, natus 9. Julii 1751, in Com.e S.ae Barbarae/
M. Lud. Franc. Josephus - Michael Noël, Parisinus, natus 12. Martii 1756. in Grassinoeo/

Ad tertium Ordinem/

M. Step. Joan. Jos. Descodindes (Dupuy) cler. Suessionensis, natus die 1.a Febr. 1750. in Plestoeo/
M. Nicolaus Tassart, clericus Bellovacensis, natus. in Collegio Ludovici Magni/
M. Quintinus Nicolaus Hanquet, clericus Noviomensis, natus die 7.a Febrii 1755, in Col. Lud.i magni.
M. Joannes Bapt. Gail, acolythus Parisinus, natus, in Seminario S. Ludovici/

Et sic soluta sunt Comitia/ Duval
Rector

Anno Dni 1778, die sexto Junii, habita sunt, in Collegio Lud.i Magni, Comitia Ordria Deputatorum Univ.tis. Quibus in Comitiis primum adfuit M. Capin, Novus Picardicae Nationis Procurator: Ego vero scriba muneris mei functiones repetii/. 6. Junii

1°. Supplicarunt, pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Petrus - Jacobus Duval, Subdiaconus Sagiensis; Caesar Nicolaus alexander Robin, Subdiaconus Laudunensis; Ludovicus Audomarus Dignet, Presbyter Constantiensis; Nicolaus Radiguet, Presbyter Sagiensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderare. audito Meritissimo Syndico, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi/.

2°. Lecta est deliberatio Clarissimorum Collegii Ludovici Magni Administratorum quae postulant Tabularium Universitatis transferri, hujus tenor sequitur.

Extrait des Registres des deliberations du Bureau d'Administration du College de Louis le Grand du Jeudi 20 Mai 1778 =

Le Bureau continuant ses deliberations sur les moiens de procurer des Logemens aux cent dix Boursiers, qui ont été créés depuis le retablissement du Bureau, et qui doivent entrer au College avant d'octobre prochain: Après que la deliberation prise à ce sujet le dernier Bureau, à été relue; et que MM. S.t Fray et de Villiers de la Noüe, Commissaires nommés à cet effet, ont été entendus: Il a été reconnu, qu'il étoit indispensable de convertir les classes actuelles de Seconde et de Rhetorique en un Refectoire, tel qu'il étoit avant 1763. et réciproquem.t de placer lesd. deux classes dans les lieux, ou elles étoient, à la même Epoque/

Junio

En consequence, il a été arrêté 1° que la classe de seconde seroit retablie dans la piéce, ou sont actuellem.t les archives du Col. de Louis le Grand, et Colleges y reunis. 2° celle de Rhet.que seroit placée dans la piéce qui avoit été destinée aux archives des Nations et de l'Université. 3° que pour cet effet le Grand-Maitre temporel du Col. de Louis le Grand seroit chargé de présenter au Tribunal (de l'Unité) la présente déliberation, et de le prier, de vouloir bien donner son agrement à un arrangement qui est d'autant plus facile a executer, que les Nations n'aiant pas jugé a propos de placer leurs archives dans lad. Piéce, il ne reste à transporter que la grande Armoire, ou sont renfermées celles de l'Université, laquelle existoit ci-devant dans la chapelle du College de Navarre; et enfin d'offrir au Tribunal de l'Univ.té que les frais seront faits, s'il le juge à propos, aux depens du Col. de Louis le Grand./.

Le Bureau persuadé que le Tribunal voudra bien en cette occasion, comme il l'a toujours fait, continuer à donner des preuves de son zele, pour tout ce qui autorise l'éducation, et pour concourir avec le Bureau d'administration, à tout ce qui peut faciliter l'augmentation du nombre des Boursiers, à des à présent autorisé Led. Grand-Maitre a faire toutes les dépenses nécessaires pour transporter lesd. archives, et pour les placer dans le lieu qui sera fixé par le Tribunal de l'Université/

Signé au Registre, Rolland. Rousset de la Tour, Samfray de Villiers de La Noue, Estienne, Chuppin, et Rebout secretaire.

Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, rogatis dictisque sententiis Placuit antequam Clar. Administratorum petitiond annuatur, Ordines Academicos super eâ consulo/.

3°. ad diem decimam nonam hujus mensis indictæ sunt generales Uni=versitatis supplicationes/

4°. Quod Ego Scriba et rerum temporalium ad Collegia in Ludovicæo congregata pertinentium magnus, ut aiunt, Magister, circa debitum Collegii Hubantini, eandem obtuli solvendi rationem, quæ pro fidel.mo Picardorum Natione admissa fuit ante aliquot annos, nimirum, ut inter manus Quæstoris Universitatis, singulis annis, bis mille librarum summa numeretur; donec annuæ illæ numerationes, sortis præcipuæ partem illam quæ solvenda judicabitur, adæquaverint. Audito Meritissimo Syndico, Re in deliberationem mista, Placuit hanc solvendi rationem accipi, laudari et approbari/

5°. Quod Decanus Saluberrimæ Facultatis M. Dessessart, qui, plures ante dies, Rectorem ampl. et Mer. Syndicum inviserat, ipsisque tradiderat legendum libellum memorialem ordinis sui jussu confectum, de novâ Medicorum societate pro Epidemiis Epizootiisque insti=tutâ, annuenti Tribunali Academico notum fecit, quantum Facultatis Medicæ ac proinde Universitatis adversetur hæc institutio; etiam talis qualis in Consilii Regis Placito, die 29. mensis aprilis an. 1776 lato, legitur ordinata; quantò iniquius jura illa sancta frangat, pessumdet, immò funditùs evertat nova quotidiè tentans et ediens solis medicis Parisiensibus permissa. Justâ hanc inter Societatem et quam creandam nuntia=verat Academiam Medicam anno 1732 Dilectissimi Regis Lud. XV. archi-ater D. de Chirac factâ comparatione, nihil discrimen esse ostendit; postulavitque ut alma Universitas eâdem benevolentiâ, eodem potenti auxilio nunc protegat ordinem saluberrimum, quibus tunc legum suarum acerrimam propugnatricem, et singularium facultatum matrem se se præbuerat/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

his prædictis, Re ad deliberandum propositâ, audito M. Franc. Nicolao Guerin, Syndico: Visa est nova illa, de quâ res est, institutio, non soli Facultate Salub.ae maximum inferre detrimentum, imo ruinam intentare; sed et juribus, Privilegiisque Univ.tis adversari, cujus interest quàm maximè, novas, Parisiis præsertim, nec Societates nec academias institui, quæ artes aut scientias alicui è suis Ordinibus attributas pertractent, etiam si ex ipsâ deriventur/

Censuerunt itaque omnes Deputati omni ope atque operâ juvandum esse et deffendendum ordinem saluberrimum, et adhibendam quamprimùm quamcumque rationem, quæ de Patronorum Universitatis consilio iniri poterit, ad arcenda mala quæ minatur hæc recens Medicorum Societas, pro Epidemiis Episootiisque institutas, et vix nascens jam sibi de rebus omnibus medicis aperté pronuntiandi autoritatem arripuit/

Statutum est insuper Clar. Univ.tis Consiliarios Forenses à Sap. Salub.ae Facultatis Decano citò citiùs esse adeundos, monendosque et rem totam docendos, ac posteà ad Academicum Tribunal, die ab ampl.o Rectore indicendâ esse vocandos/

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Duval
Rector

Anno dni 1778, die decimo-nono Junio, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Centuriata Universitatis, ad Sacras Supplicationes/ 19. Junii

Primùm in aulâ Tribunalis Academici consessum est, ubi, supplicavit pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. ant. Jos. de Reynaud de Monts, Diaconus claromontensis, de quo retulit M. Franciscus Nic. Guerin, Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit supplici suum postulatum concedi/

Deinde in Comitium processum est, ubi, post habitam ab ampl.o Rectore elegantissimam Orationem, omnes ordines rata et grata habuere quæ gessit in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decrevere: insuper, amplum polliciti sunt Comitatum ritè processuro ad ædes Deo sacras sub invocatione S. Andreæ ab arcubus/

Ibi Pontificem egit novus Ecclesiæ Pastor, M. des bois de Rochefort, Doctor Theol. et Socius Sorbonibus: Orationem habuit ad populum M. de Besnière, itidem Doctor Theologus, et Socius Sorbonicus: Eucharisticam ad Pontificem M. Boucly, Grammaticæ Professor in Sorbonæ Plestæo/ Duval
Rector

Anno dni 1778, die vigesimo tertio Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Præclaræ artium Facultatis/ 23. Junii

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem, in quâ quæ gesta sunt in suo trimestri Magistratu summâ diligentiâ retulit, præsertim verò de Nuntiis Majoribus, quo studio, quâ fide eorum Privilegia deffenderit: Factâ Supplicandi potestate Supplicarunt.

Primùm duo novi Professores Regii, ut in gremium Præclaræ artium Facultatis cooptarentur, nimirùm V. C. Ludovicus Joannes Maria Daubenton, Præpositus, Custos, et Demonstrator historiæ Naturalis in Museo apud Regium hortum constructo; è Regiis Scientiarum academiis Parisiensi, Londinensi, Petroburgensi, Boloniensi &c. Professor cathedræ recens institutæ ad explicandam historiam Naturalem, in Collegio Regio: et Josephus Raulin, Doctor Medicus Monspelliensis, in Præclarâ artium Facultate Parisiensi Magister, Regiorum Nozocomiorum Medicus, Aquarum Mineralium Inspector designatus, Medicæ Practicæ in Regio Franciæ Collegio Lector et Professor Regius/

Junio —

Domergue
Ferrand
Pagés
Lucheu
de Pontpignes
Lizarde
Martinant de Pleneuf
de Renneville
de Belmon
arragonnés de Laval
Martin de Boisville
Guiot
Camiat
Pelletier des fondes
Bénard

Deinde supplicarunt pro restituendis in Catalogis nominibus, annuentibus Celeberrimis Philosophiæ Professoribus, quos audierunt, Joannes Domergue, Presbyter Sanflorensis, annuente et testante M. Royou, in Collegio Ludovici Magni: Nicolaus Ferrand, clericus Rothomagensis, annuente et testante M. Redon, in Marchiano: Carolus Gabriel Pagès, et Joannes Ludovicus Lucheu, annuente et utriusque assiduitatem testante M. Dumay, in Mazarinæo: Denique Joannes-Maria Dominici de Pontpignet, auditor M. Fauveau, in eodem Mazarinæo / Tum, Franciscus Lizarde, Trecensis, ut ne sibi noceat, quod amiserit codices Philosophicos, quos absente et ab urbe digresso M. Rousset illius Professore, se vidisse integros testatur M. Binet, Rhetoricæ Professor in eodem Plessæo; Gilbertus-Martinus-Jacobus-Martinant de Pleneuf, ut omissa particula de restituatur: Petrus-Josephus de Renneville, ut eadem particula de omissa restituatur, tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii artium; Joannes-Eleonorius Montanier de Belmon, ut nomina varie scripta in Catalogis reformentur: Martinus-Stanislaus-Arragonnés de Laval, quod scripserit Bonaventura, pro Stanislaus: Joannes-Franciscus-Martin de Boisville, quod scripserit Baptista pro Franciscus, et omiserit nomen gentilitium Martin: Joannes-Guyot, subdiaconus Lingonensis, ut cognomentum Germanus perperam additum deleatur: Benedictus-Franciscus Camiat, ut omissum cognomentum Franciscus addatur — Præterea, Joannes-Michaël Pelletier des Fondes, ut biennium Cadomense sibi pro uno anno imputetur; Denique, pro immunitate ab onere scribendi, Lud. Franc. Nicol. Benard, Rotomag.sis, ob gravem quo laboravit morbum, testante M. Cosnier, Doct. Medico Parisiensi /

Demum supplex accessit V. C. M. Stephanus Jacquin, antiquus academiæ Parisiensis Rector, Professor ac Primarius Emeritus, et Ecclesiæ Remensis Canonicus, tam suo quam M. Ottin, itidem Professoris Emeriti ejusdemque Ecclesiæ Remensis Canonici nomine; ac petiit, ut Præclara artium facultas jubere velit deinceps utrumque præd. supplicem frui Pensione annuâ Professoribus Emeritis attributâ, nonobstantibus statutis, quibus cautum est ut ii solùm stipendio prædicto gaudeant, qui parisiis maneant, nec in Beneficiis aut pensionibus Ecclesiasticis habeant plus quam mille libras annui ac certi reditus /.

Tum auditus est Merit. Syndicus. 1° de supplicibus tùm pro Cooptatione in gremium præclaræ artium facultatis, et biennio Cadomensi in unum annum imputando, tùm pro immunitate ab onere scribendi, et nominibus seu restituendis seu reformandis, de quibus dixit, se nihil morari pro re academicâ. De duobus verò Canonicis Remensibus, qui per viginti annos et amplius olim docuerunt in Præclarâ artium facultate Parisiensi, nunc autem postulant, ut deliberetur de suo in Pensionem Emeritorum jure, ex quo pensio illa longe amplior est, illamque licet deferre in Provincias; dixit sibi videri eorum postulationem non esse horumce Comitiorum, sed mittendam ad deliberationem Primariorum ac Professorum. 2° Quod ampl. Rector renuntiavit novam Professorum reditibus factam esse accessionem septies fere millium libellarum in singulos annos; exiguam, si habeatur ratio summæ inter tot capita distribuendæ, sed magnam, si ratio habeatur incentis Regni et difficultatis temporum; hanc que in rem legendam tradidit Epistolam V. C. DD. de Lesart, Libellorum supplicum Magistri, cujus autoritati, quâ maximè valet apud Illust. rei ærariæ Directorem, totum id nos debere declaravit. Eâ de re dixit Merit. Syndicus factam reditibus nostris novam accessionem magnum sibi videri Regiæ in nos voluntatis pignus et monumentum, ex quo quilibet judicare possit quid esset facturus, si per tempora licuisset: Censere se itaque, Rogandum

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

este Ampl. Rectorem, ut Universit.is nomine, quamprimum gratias agat maxi=mas V. C. DD. de Lessart, ob propensissimum suum in Univ.cum Studium: deinde ubi nova accessio Regiis Litteris confirmata erit, tum convocandos esse Praeclarae artium facultatis Deputatos, quos voluerit Ampl. Rector, qui Comites adsint gratias amplissimas acturo, universitatis nomine; tum Illust. Regii aerarii Directori, tum DD. de Lessart. /. 3.° Quod Ampl. Rector nonnihil addiderat de Carmine à M. Racine, Doctore aggregato, in clausulâ concursus recitato, ut diluerat aliquorum querelas sibi criminantium, quod Poëtae silentium non imperasset; dixit Mer. Syndicus; cum manifestum sit M. Racine noluisse esse aliquam injuriosum, sed praesertim diluere notas à Causidicis palam inustas Doctoribus aggregatis; si quid ipsi Duriùs tamen exciderit, in eos quos minus honestae accusationis autores habuit, id oblivioni delendum; et aliquid condonandum dolori forsitan non injusto: nihilominus tamen, ne serpat eadem Licentia, statuendum ne quid deinceps ab alio sive oratore, sive Poetâ, coram Univ.te recitetur, quin prius cum Rectore fuerit communicatum. /.

Audito Mer.° Syndico, jussit Ampl. Rector Legi Tabulam Praesidum et arbitrorum ad solemnem Praemiorum distributionem. Eâ de re dixit Mer. Syndicus, graves exortas esse querimonias, quod aliquot abhinc annis frequentiores ad pugnam mitterentur athletae quam ferunt eorum vires, et foedae hunc in rem Leges: Pro re Academica postulare se, non ut nova statuta condantur, sed ut vetera serventur /

Tum Ampl. Rector Nationes dimisit ut deliberarent de supplicibus, Quatuor-Viri, iis quae gessit, et postulatis à Mer.° Syndico /.

Nationes digressae ac deinde regressae per Or. Proc. retulerunt 1.° Supplicibus indulgeri. 2.° Confirmari Quatuor-Viros manè electos; 3.° rata et grata haberi quae gessit Ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, gratias agi ob indefessum in rebus Academicis promovendis studium, praesertim verò, ob novam reditibus nostris accessionem; litteras que commendatitias ei decerni. 4.° postulatis a Merit.° Syndico adhaereri; adeò que, per ampl. Rectorem gratias agi quamprimum Viro Clar. DD. de Lessart; et ubi res peracta erit et absoluta, Illust.° Redaerariae Directoris, assumptis secum quos voluerit conatibus; 5.° Orationem hodiernis in Comitiis habitam ab ampl.° Rectore in Commentarios referri petierunt fidelissima Picardorum et veneranda Normanorum Natio /

Quatuorviri, nimirum M. Gosse, pro honorandâ: M. . pro fidelissimâ: M. Sonnet pro Venerandâ, et M. . . pro Constantissimâ, praestito inter manus ampl.i Rectoris Sacramento, conclave ingressi sunt: unde paulò post digressi per M. Sonnet retulerunt, à se prorogatos fuisse fasces Rectorios, unanimi suffragiorum consensu, Viro Amplissimo. DD. Petro Duval, Univ.cis Bibliothecario. /.

Quae Prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata, approbata, et confirmata fuit. /.

Et ita conclusit Ampl. Rector / Duval
Rector

Tabula
Praesidum et arbitrorum ad proximas Concertationes. /

In Rhetoricâ. Praesides, 1.° MM. Chouas et Gaudet: 2.° MM. Le Seigneur et Cosson /.
arbitri verò. 1.° MM. Lambert, Furgault, Guerin et Le Roy. /
2.° MM. Le Bel, Vicaire, Noguette et L'homond /

In Secundo Ordine. Praesides. 1.° MM. Cafaxe et Meignen. 2.° MM. Labour et Buirette /

Junio

In secundo ordine. Arbitri 1° MM. Guyot, L'Evêque, Gueroult et Geoffroy./
2° MM. Jacquin, Le Vasseur, Lerisier et Dupuy./

In tertio Ordine. Præsides 1° MM. Vasse et Joüy. 2° MM. Rousset et Marcognet./
Arbitri. 1° MM. Desrez, Huüy, Dupont et Goste./
2° MM. Quevremont, Boucly, Truffer et Chivot/

In quarto Ordine. Præsides - MM. Dair et L'hermite
Arbitri. - MM. d'arragon, Binet, Binard-aubry./

In quinto - — Præsides MM. Maillard et Tillaux
Arbitri MM. Sejan, de Lestré, Dumouchel, et Selis/

In sexto. — Præsides MM. Grenet et Potel
Arbitri. MM. Wallet, Desreaux, henoque et Gardin/

Fourneau

Sequitur, Oratio Amplissimi Rectoris./

De Rebus Academicis apud vos disserere cogitantibus Nobis, P. O. P. Acad.ᵘ, primum [illegible] occurrit haud omittendum esse mentionem illius Viri, quem paulo post acta nuper Comitia fatum abstulit. (M. Rivard). Triste quidem, et si justum, hoc nostris officium persolvimus. Nec læti sunt qui tumulis dicuntur inspergi flores, sed feralibus immixti cupressis, et ipsa mortis aurôe quâdam pallentes luctuosam in speciem vertunt. Hîc tamen, Acad. Proc., ex ipso venerabilis et colendi viri desiderio, non deest, quam petimus solatii materiam. Quando-quidem in communi mortalium fato, ille minus profectò lugendus est, qui vitæ curriculum egregiè et laudabiliter confecit. — Illius porrò qui nuper decessit merita piè recolimus, qui rectum et luculentum à naturâ sortitus ingenium, indefesso labore semper exercuit in variis docendi muneribus, nusquam sui dissimilis. Primus ignota Scholis nostris studia Mathesios induxit, ejusque scientiæ rudimenta scitè conscripsit, tyronibus accommodavit, quâ velut admotâ face nemo nescit quantò latiùs atque nitidiùs in Physicis nostræ lectiones eluxerint. Cætera ejusdem opera impensius laudare supervacaneum sit apud vos illorum æstimatores peritissimos; quæ si voluisset reconditiori doctrinâ commendare, ut facile potuit vir Doctissimus, sic adolescentibus quos potissimum spectabat, multò minus profecisset. At sapiens, officiis semper intentus, idoneis utilibusque documentis ea posthabere non dubitat, quæ per ambitiosam altioris Doctrinæ ostentationem Doctoribus inanem demum gloriolam accupantur — Ejusmodi fumum haud sanè captabat Magister optimus, utpote qui Virtutes Christianas nosset imprimis et assiduè coleret. Eas autem cum uno Caritatis veluti cardine verti connectique intelligeret, hujus exercendæ nullum sibi modum finemve præscripsit; et cum censu facultatibusque satis commodè foret instructus, iis demum frui videbatur, quibus animum suum defraudaret, si tamen iis carere putandi sunt optimi viri quæ benignius egenis impertiantur, piè fenerantur. Beatus enim qui terrena projiciens à Deo misericordiam efflagi-tat, quam ipse præstitit, et infirmitatis humanæ lapsus et errores fluxis perituris que redimit opibus — Sed hæc nostra, quæ pro tali viro brevior quidem fuit; ne tamen longior quàm pro hisce Comitiis oratio protrahatur cætera cogitationibus vestris relinquentes, ad res Academicas pergimus./

Non semel apud vos mentionem fecimus de multiplici postulatione V. C. D. de Charmois. Die 4ᵃ aprilis tandem Decretum est à Tribunali Academico non impugnandam esse congregationem S. Mauri, circà jus graduum quod obtendit æmulus dicti D. de Charmois./

In iisdem Comitiis censuerunt omnes Deputati litteras ad censuarium codicem esse postulandas. Quas impetravit negotium illud in se recipiens integ.ᵉ Quæstor, et apud Supremam Curiam ratas haberi, et iis omnibus instrumentis formulisque muniri curavit quæ valerent ad jus legitimum in fundis nostris obtinendum. Eam denique peritiam adhibuit atque diligentiam, quâ majorem nemo exoptare potuerit./ Egimus insuper in cod. Tribunali de Nostrorum imm.ᵗᵉ à tecto militibus præbendo. Quâ de re grav.ᵐᵃ, cum aliter alii senserint, hodie liceat, A. P. factorum seriem et ordinem

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

vobis exponere /.

Jam ab octobri mense, cum in dies auxilium flagitarent nuntii, et Salub.ae Facult.is Doctores, à quibus tecti praebendi nomine vectigal exigebatur, bis, ac semel quidem cum Merct.o Syndico, Illustrem virum Urbis commercio Praefectum adiimus, qui scilicet immunium aedes in alba describendi jus haberet. Cùm autem abesset aut abesse diceretur, Epistolam ad ipsum dirigendam esse censuimus, quam die 9bris 17.a Scripsimus; simulque edictum anni 1775, et Privilegia nobis à Ludovico XI. Concessa misimus. Quod rescripserat ejusdem mensis die 20, cum eodem Syndico Merct.mo communicavimus; qui censuit quamprimùm nobis adeundum esse Illust. Regiae Domus administrum D. Ametot, et subjicienda oculis ejus Acad.ae Par. instrumenta — Itaque corrogatis ac dispositis quàm celebrimè legibus, ac Supremi Consistorii Decretis, libellum conscripsimus, quem Mer. Syndicus, fed. Scriba et Integ. Quaestor Illust.o Viro propediem oferendum arbitrati sunt, et ipsi nobiscum obtulerunt die 24. novembris — Nobis haud favere visus est Regiae domus Administer. Objecit enim et nullum munus exercere nuntios, et non eos esse plurimos qui famularem Universitati praebeant operam, et maximas immunitate pretio redimi tantulo, et abusus irrepsisse demùm in hac parte non tolerabiles. Ad ea sic respondisse nos, ut minimè desperantes, aut infracti videremur, testes sunt viri Clar. qui nobiscum aderant — Jisdem Comitibus, apud Vir. Illus.nm institimus diebus 22. dec. et 5. Januarii: quòd nimirum acriùs in dies urgerent Praetoriani milites, et frequentissima nuntiorum legatio Academici Tribunalis opem exposceret. /. — Post menses duos, cum sileret Regiae Domus Administer, qui se libellum nostrum Augustissimi Regis oculis subjecturum esse promiserat; rursùs necesse fuit, quo loco res esset, apud Trib. Acad. exponere; atque unanimi consensu Decretum est ut cum Deputatis omnibus adiretur Vir Ill. D. Ametot. Qui die Feb. 9a, cum eadem fermè respondisset quae jam anteà dicentem audieramus, illud etiam adjecit de nuntiis rem omittendam; Doctoribus tantum Medicis immunitatem concedi posse, et iis Magistris Acad.cis qui munus suum obirent; caeterùm se Regis nomine descriptionem universitatis à nobis postulare. Circa vesperam mandatum illud scriptum accepimus (cujus tenor sequitur). Ergò descriptionem illam protinùs adornatam ejusdem mensis undecimâ die misimus — Cum tamen et nuntii nostri ad solvendum adigerentur; et Doct. Medicis immineret eadem necessitas die martii 21. Epist.m ad virum Ill. direximus (quam nunc audietis). Die verò 23. quid ageretur admonendos putavimus Orn. Procuratores; ipsisque brevem de nuntiis libellum obtulimus, antequàm haberetur Tribunal Praect.ae Art. Facult.is de rebus ad concursum pertinentibus, ut singuli ad ordines suos referrent, et quid optimum factu videretur ordines suos consulerent. — Denique, instantibus magis ac magis Doctoribus Medicis, ac primo Cons.ae Frac.is apparitore, Consilium ab Acad.co Tribunali poposcimus die aprili 4a. Id autem quomodo factum sit A. P, intelligere vos operae pretium est — Tùm, atque adeò longè priusquam nos quibusdam monendi videremur; duo luculenter ac disertè distinximus, scilicet, nuntios, de quibus ad solas Nationes ut institutio ita et deliberatio pertineret, et caeteros Acad.ae Viros quorum jus ab universis tuendum esset. Nihil prorsùs de imminuendo nuntiorum numero retulimus; Et si quid ejusmodi vobis renuntiare, aut innuere quisquam ausus est, ille pessimum incautis errorem obtrudit. Imò nationum esse jus proprium observavimus de nuntiis statuendi: nec illud ignorant Sap. Dec.i, quod velut extrà controversiam omnem positum ultrò confessi sunt. Tùm igitur quid prò caeteris agendum esset quaesivimus. Audito Mer.o Syndico, placuit omnibus Deputatis à nobis extra-ordinem convocari, postquam Orn. Pro. de nuntiis apud ordines suos retulissent, quos à se quamprimùm convocatum iri promiserant, ut tùm demùm quod videretur ex communi consilio fieret — Illud enim attendite, P. A, res legitimè distinctas nos adeò constanter observasse, ut illam airae nuntios scriptiunculam, tot malevolentiae telis impetitam, ornat. quidem Procuratoribus

Junio

alii verò nemini tradiderimus — Post biduum, id est, die 6ª, venit ad Nos Ornat. hon. Nationis Procurator, dixit que ipso Seniorum consilio suum Ordinem haud convocatum iri, quem tamen die 25. convocavit. Imo diebus aliquot posterius de hoc negotio relatum est apud Const. Nationem. Quibus impulsi momentis Orn. viri aut sententiam mutaverint aut sententiam mutaverint aut tandiu distulerint, ipsi quidem sciunt, nos autem haud inquirimus — Illud autem non vos latebit, P. A, post paucos dies, postulante Sab.ᵒ Fac. Decano, ex ordinis sui deliberatione, quam protulerat, sic unanimi consensu Decretum esse, ut cum Deputatis omnibus quamprimum adiretur Illus. Pro-Cancellarius. Ergo ad ipsius ædes nos contulimus die Maii 6ª, et ubi Virum Illust. alloquendi copia fuit, quid dixerimus, quâ fide nuntiorum jura defenderimus, testes sunt Orn. Proc.ᵉˢ, a quibus hæc audire potuistis — Post biduum tristem accepimus Epistolam ab Illust. Regis administro D. Amelot. Cujus exscriptum quod pertineret ad singulos Ordinum Principes extemplo misimus. Posteà idem ferè tulimus ab Ill. Regiorum sigillorum custode responsum; quod pariter exscriptum tradidimus in Comitiis Deputatorum proximè habitis. — Hæc vobis, A. P., ut gesta sunt exponenda censuimus. In hoc negotio nihil egimus, quod agi non oportuerit, sive è Consilio Merst.ᵉ Syndici, sive ex Tribunalis Acad.ᵃ Decretis. Nullum Administrum soli aut adivimus, aut seorsim allocati sumus. Nihil celatum à nobis aut dissimulatum est; clàm aut ex privatâ sententiâ nihil actum. In tuendo nuntiorum jure quod opis nostræ fuit, id omne collatum. Præterea nihil usquam diximus aut scripsimus quod à veritate aut acad.ᵃ Placitis abhorreret. unde ijtaque conflata subito tempestas in nos ingruere visa est? an quod scripserimus nos Regis Augustissimi judicium obsequiosè et reverenter expectare? Verum enim verò solemnis illa verborum formula, quam et Acad.ᵃ Paris, et Suprema etiam Curia sexenties usurparunt, in libello nostro nec solitaria, nec ultrò concedentis est; sed gravissimis innixa et suffulta rationum momentis; namque simul ea subjecimus exempla decessorum, quibus maxime commoveri posset æquissimus Regis animus — Unum itaque disceptandum superest quâ mente scripserimus ea quæ apud Vos in singulis ordinibus perlecta sunt, unde tantus in nos quorumdam æstus animorum efferbuit. Ac primò quidem, si quid, A. P. tum fraudis machinaremur, si quid meditaremur a communi voto alienum, scriptionem illam Procuratoribus Orn. haud profectò traderemus, quam videlicet tradi necesse non foret. Ut nimiâ cautione dolus arguitur, sic in aperto candore nulla debuit esse fraudis suspicio. Deinde, illud scripsimus ideò tantum, ut ne quid eorum vos lateret, quæ nobis objecta essent, quæ nos sesnus, audiremus, prospiceremus. Nihil tamen in scatente difficultatibus materiâ suadentes, sed ubique dubitantes, et, cum urgeret periculum, aliquas indicantes Consilii vias, non quæ nobis placerent, sed quibus meliores vos, si fieri posset, excogitaretis. non hæc apud alienos injecta aut vulgata sunt. Quod porro cuivis liceat apud Tribules suos dubitando quærere, id Rectori nefas sit? Quodnam igitur, vos ita consulendo, piaculum admisimus? Nullum certè, sed aliæ fuerunt nos criminandi causæ. Ita quidam ingenio comparati sunt, ut probitati minimè credant. Quidam verò nullam ob noxam, nisi fortè suam, nobis infensi, haud æquo animo ferunt vestram ergò nos benevolentiam, bonamque nolint ad ultimum perseverare de fide ac diligentiâ nostrâ existimationem; quippe quam suo duntaxat ingenio et solertiæ deberi putant. hi, jamdudum insidiantur occasionibus, in suprad.ᵒ negotio nos invidiosis criminationibus opportunos arbitrati sunt; quos quidem, si labeat ulcisci, non desit insectationum facilis et ampla seges; sed pro falsis, quibus nos impetiverunt, ne vera quidem rependamus. habetis, A. P, quæcumque nobis objici rescivimus, à quibus, ni fallimur, satis nos ordo factorum, et veritas ipsa defendit. Si quid ultrà desideratis, ejus rationem à nobis reposite. Disceptationem judiciumque vestrum haud sanè detrectamus: imò id inter præcipua Rectoris officia ponimus, ut quæcumque publicè tentavit ac gessit ea vobis approbet — Verumtamen illud etiam vobis recogitandum est, si temerè sparsis rumoribus, si commentitiis et maligne confictis aurem præbentes Rectorum nec auditum, indictâ causâ, damnatis, præposterâ judicandi ratione, res

eò reciderit, ut pejori conditione simus quam infimi Civium, ut vilissimæ primæ hujus Academiæ Dignitas, ut demum ab hoc munere capessendo, non vafri quidam, audaces et cupidi, si qui sunt, sed cordati boni, prudentesque deterreantur. Miserum ac luctuosum est inter veros Academicos honoris cujusquam et spectati famam levissimo momento perdere; miserius quosdam nocendi et maledicendi quamlibet ansam arripere, cum nos sæpe inimici nimiùm plus oppugnent, quo fato, quò tandem vecordiâ intestinam dissidiorum pestem alentes, in nostram ipsi perniciem incumbimus? — Jam redeamus ad nuper habita Tribunitiæ Acadæ Comitia, in quibus perlecta nobis est Clar. hujusce Collegii administratorum deliberatio circa Tabularii nostri translationem. Sed eò de re Proc. an. referem apud Singulos Ordines. In iisdem Comitiis, fid. Scriba, quem è gravi morbo convalescentem lieti admodum conspeximus, circa debitum Collegii d'Huban, vulgò de Ave Maria, hanc obtulit solvendi rationem, ut, quæ comprobata est, scilicet, quotannis Universitati numerarentur duo libellarum millia, donec annuæ pensiones eam credito summam, quæ solvendæ judicabitur adæquaverint. — Denique, Salubre Faul. Decanus portulavit ut ordinis sui cursus nomen et auxilium Universitatis interponeretur adversus novam Medicæ Facultatis Regiæ institutionem, quod ipsi concessum est, ita tamen, si priùs consulti fuerint Univtis Patroni. — Cum nihil superesse nobis dicendum videretur, nuper audivimus nobis etiam dari criminis Doctoris Aggregati versus, quos ad solemnem concursûs clausulam ille cecinit. In hoc, ut in cæteris, ultrò quod verum est profitebimur. Nos illius carmen nec antè legisse, nec illius argumentum etiam novisse. Neque profecto sivi sermones hîc palam dicantari quæ nonnullos offenderent. Sed cum res improvisa et repentina ceciderit, duriùs tamen arbitrati sumus ingenuorum doctumque juvenem è cathedrâ dejici, et huic silentium à nobis imperari, quâ vigente apud nos legis obtrectatores inimicosque perstringerat; cum Doctoribus Aggregatis omnibus gravissimis ipse contumeliis nuper lacessitus. Præcavendum ergò, ne quid in posterum simile fiat. Huic verò aliquatenùs indulgendum censuimus; atque ita fortasse exsimabum qui sceleris loco non habent nos à paucis cum pluribus et cum ipsâ lege dissentire. — Denique, P. A, gravius quidpiam aliud erat, cujus vel ipsa commemoratio satis vos erigat, si felicium nobis et indefessa postulatio, et ardentissima vota exstitissent. Jam ante sex menses aliqua spes affulserat ex tantis conductionum incrementis atque ad octogesimos octavos, posse aliquid Professorum annuis reditibus accedere. Sed paulo post exorto belli motu, et faciendis in rem Maritimam impensis, nos, quasi rotarum in altum fluctus, à littore dejecit, ac prorsùs immutari visa est temporum necessitate voluntas Illust. Viri ærario Regio Præfuli. Verumtamen dolorem acerbissimum corde prementes, non prorsùs animum despondimus; et spem, quâ fermè carebamus, verbis ac vultu proferentes, per amicos opportunè, importunè, semper institimus, velut obligatam nobis fidem reposcentes; ac tandem contigit tenue quiddam et exiguum elicere. Vos id boni Consuletis, A. P, et Rectoris omnium vestrûm amantissimi, labores et conversationes è tam modico censûs incremento non æstimabitis. Non tamen ita dolemus nos tantulum impetravisse, quam gaudemus nunc primùm ex quo Regnum accepit Ludovicus Decimus-Sextus Habitam exercendi nostri rationem — hoc autem qualecumque est, totum debetis Illust. Viro D. de Lessart in Academiam propensissimo; cujus nos benevolentiâ gloriamur, quique eâ quâ polleat gratiâ temporum difficultatem evicit. Itaque portulabimus ut Comites vobis decernatis, aut eligendos permittatis, quibus cum, ubi opportunum fuerit, Illust. ærarii Regii Præfecto, et Illust Viro D. de Lessart, Universitatis nomine, gratias agamus.

4. Julii

Anno Dni 1778, die quartâ mensis Julii, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-Magni.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Mess. Antonius Divis, Presb. Rothomagensis, Petrus Natalis Le Comptes, Presb. Rothomagensis; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tam eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore abiis ritè confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mero Syndico Placuit Eos ut ubique Supplices postulata votiva.

Julio

2°. Surrexit M. Guido-Antonius Fourneau, antiquus Rector Universitatis et Scriba, et coram Tribunali Academico Libellum supplicem recitavit, quo enixè postulabat, ut suæ valetudinis infirmæ habita ratione ipsi Coadjutor cum spe futuræ successionis in exer=cendo Scribæ munere ipsi ab Acad.co Tribunali nominaretur. 2°. ut munus illud exer=cendum cum spe futuræ successionis, M. Mathurino-Georgio Girault de Kxoudou, Phi=losophiæ Professori Emerito concederetur. Hujus tenor sequitur.

A, Monseigneur Le Recteur, MM. Les Doyens, et MM. Les Procureurs.

L'Etat d'infirmité et de maladie, où il a plu à la divine Providence de me mettre, et où je suis depuis près de six mois, joint à la necessité de m'absenter de Paris, afin de rétablir mes forces, me met dans le cas, où se sont trouvés plusieurs des Grands officiers de l'Université, qui est de demander et d'obtenir des Coadjuteurs avec titre de survivance./

C'est ainsi que M. de Lenglet, Syndic de l'Univ.té, eut M. Pourchot pour survivancier: M. Pourchot eut pour survivancier M. Coffin; qui se demit de ce titre quatorze ans après, du vivant même de M. Pourchot; par acte passé par devant Notaires, du vivant même de M. Pourchot: M. Billet, Receveur, eut à ce même titre M. Le Vasseur; M. Lair, Grefier, à eu pour survivancier M. Viel, et j'ai été moimême de M. Pial./

Je sçais, Messieurs, que si je puis demander un Coadjuteur, à vous seuls appartient le droit d'aggréer ou de rejetter la personne que je vous proposerai. Mais son experience en ce genre, et ses excellentes qualités me font esperer que vos suffrages seront conformes à mes vœux./

Itaque, A. D. R., S. D., O. P., Viri Academici, vos oro obtestorque ut velitis mihi esse in adjutorem in munere et officio Scribæ Universitatis et Præclaræ Artium Facultatis, cum spe futuræ successionis, M. Mathurinum Georgium Girault de Kxoudou, Licentiatum Theologum, Professorem Emeritum. Quod beneficium si mihi præstare et ansuere dignemini, æqui bonique consuletis. Signatum Fourneau

Lecto supplice Libello, sponte suâ secessit M. Fourneau et è comitio exiit, licet ipsi à Tribu=nali Acad.co remanendi facta esset copia./

Qui postquam egressus esset, dixit Ampl. Rector, se, antequam verba faceret de postulatione Fidel.i Scribæ, non posse, quin acerbum dolorem quo afficiebatur, Tribunali Acad.co significaret, quod Vir Clarissimus, Univ.tis tam studiosus, tamque in ejus negotiis versatus et oculatus discedere in his rerum ac temporum adjunctis velit, in quibus ejus industriâ et usu maximè opus sit: rogari à Le Tribunalis Acad.ci Deputatos, ut sibi socios se adjungant; communique votorum, invitationis, suasionisque conspiratione conentur Fid.mum Scribam de præsenti proposito dimovere, et ægrè non ferat, suam de adjutore sibi adsciscendo rogationem ad mensem usque octobrem proximum differri: quidquid novi nunc in Univ.tem induceretur, posse ipsi damnosum fieri: æquè satis commodè de C. V. M. Fourneau animo et in Univ.tem amore sentire, ut persuasum habeat Fid.mum Scribam optatis Tribunalis Acad.ci cessurum esse, si se ab omnibus Deputatis unanimi votorum consensione rogatum videat./

Dicendi finem fecit Ampl. Rector, sciscitando, quid de proposita re sentiret Mer. Syndicus/

Mentem suam aperuit Mer. Syndicus, asseruitque M.o Fourneau, cum adjutorem sibi deposceret, minus in animo esse Univ.tem deserere; cum sanè, pro suo in Univ.tem Universitatisque decus et commoda studio, se se eodem modo habiturum, quo se olim habuit M. Pourchot, Syndicus, qui se implere Syndici munus et obire opera non destitit per quatuordecim annos, quamvis ipsi in adjutorem datus esset M. Coffin. Cæterum per se moram non afferri, quominus rogaretur M. Fourneau, ut in suo munere Scribæ perstaret: quod si renueret, censere se rem in deliberationem esse mittendam./

Audito Mer.o Syndico, rogatæ sunt ab Amp. Rectore sententiæ: Censueruntque unanimi voce Deputati omnes, rogandum esse Fid.mum Scribam, ut postulationem suam ad mensem usque octobrem proximum remitteret: quæ quidem mora nullam Fid.mo Scribæ molestiam, nullumque incommodum creatura esset, cum functiones sui muneris, si haberet necesse, per alium, ut aliquo ex tempore factum est, exercendas curare possit. Et ita conclusit Ampl. Rector/.

Itaque revocatus est in Comitium Fid. Scriba; ingresto que ei et ad sedem suam reverso, renuntiavit Amp. Rector, quæ essent Tribunalis Acad.ci vota; nihil que omisit ut ea Fid.mo Scribæ comprobaret./

Quibus auditis, respondit M. Fourneau deeste sibi verba, quibus tam honorifico de se Tribunalis Acad.ci testimonio responderet, nullamque ex iis tot laudibus à se agnosci nisi amoris et studii in Univ.tem, cui tam multa hactenus debuisset. Interim se non satis intelligere, quid sibi proponeretur. 1.o enim adjutorem non eo consilio à se postulatum, ut ab Univ.te discederet, sed contra, ut renovatis aliquo quietis intervallo viribus, diutius Univ.ti, si Deo ita placuerit, se vegetum utilemque servaret. 2.o non eam à se postulationem factam in mensem octobrem, sed in hoc ipsum tempus, quo, et plura Scribæ munia, ut nemo nesciret, incumberent; et quo tamen, de Medicorum sententiâ, sibi necesse esset, ad recuperandam et confirmandam valetudinem, aliquandiu rusticari. Cæterum sibi non liquere, an ista in mensem octobrem proposita dilatio aliquid repulsæ occultum haberet: à se igitur rogari Tribunal Acad.cum, utrem aperte declararet; ipsius este unius postulatum à se factum concedere vel non concedere; quod si é re Acad.ca Tribunali Acad.co videretur M.um Girault sibi non este adjutorem in munere et officio Scribæ, se ægré quidem repulsam, quam ex suis decessoribus nemo in paribus circumstantiis esset expertus, passurum este, sed fortiter tamen; neque minus quam antea sua munia deinceps obitarum./

his dictis M.o Fourneau responsum est, propositam dilationem non repulsæ, sed benevolentiæ et existimationis significationem este; de ipsius enim postulatione non deliberatum este; sed quoniam in eâ perstaret, statim deliberatum iri./

Tum discessit iterum é Comitio M. Fourneau, statimque Ampl. Rector dixit: Duo à vobis Fid.mus Scriba postulat: alterum, ut ipsi à vobis detur adjutor in munere Scribæ, cum spe futuræ successionis; alterum, ut ipsi nominetur in adjutorem C. V. M. Girault de Kxoudou, cum spe futuræ successionis: audiendus est Mer. Syndicus; eoque audito rogo vos ut dicatis sententias./

De adjutorum nominationibus et officiis plura dixit Mer. Syndicus; asseruitque in postulatione M.o Fourneau, et in deliberatione Tribunalis Acad.ci, de nominatione adjutoris, idem nunc fieri et observari, quod factum est semper et observatum in ejusmodi nominationibus: Consuitque locum este designationi M.o Girault de Kxoudou in adjutorem Fid.mi Scribæ cum spe futuræ successionis./

Cum dicendi finem fecisset Merit. Syndicus, itum est in sententias et suffragia, eo qui servatur in deliberationibus ordine./

M.rum Girault de Kxoudou, in adjutorem M.i Fourneau in munere Scribæ, cum spe futuræ successionis nominavit Sap. Theologiæ Decanus./

Eundem pariter nominavit Sap. Cons.æ Facultatis Decanus: addiditque, impulsum se fuisse ad nominandum M. Girault, in adjutorem Fid.mi Scribæ M.i Fourneau, tum gravissimis quas M. Fourneau attulit causis, cur sibi adjutorem deposceret, tum dotibus egregiis quæ M. de Kxoudou dignum adjutoris munere efficiebant. Nihilominus, in eâ se perstare sententiâ, hujus generis nominationes adjutorum non este sine summa necessitate faciendas, nec, si in Univ.te accumulentur, posse fieri nisi noxias./

Nominationi M.i Girault faciundæ à Tribunali Acad.co assentiri se dixit Sap. Salub.æ Fac.is Decanus, salvâ et incolumi suæ facultatis intercessione de negotio Collegii Regii./

Ne diceret sententiam ferret que suffragium, recusavit Or. Gallicæ Nationis Ex-Proc.or, tum quia fungebatur vice Or. sui Procuratoris, morbi causâ absentis, quem dixit jure suo in præsenti casu privare se nolle, nec potuisse à se consuli: tum quia, in schedulis ad convocandum ab ampl. Rectore datis nulla mentio facta fuerat de nominatione adjutoris proponenda, postulavit que ut indicerentur Comitia ad hoc specialia, et sibi spatium consulendi daretur./

Julio — Augusto —

Secutus est Ornat. Picardiæ Nationis Procurator, qui nominavit in adjutorem M.ri Girault.

Deinde Ornat. Normaniæ Procurator abstinuit à sententiâ et suffragio; dixitque nominationem de quâ agebatur, sibi videri esse magni momenti; eam à se provideri non potuisse, adeò que sibi non stare spatium consulendæ suæ Nationis, antequam accederet ad procedenda comitia; imò se nec præsentiæ quidem mentem Nationis potuisse, cum in schedulis convocati Tribunalis nulla mentio facta fuisset rei ad deliberandum proponendæ, sicuti mentio facta fuerat Bibliothecarii Universis nominandi, in schedulis ab ampl.o Rectore missis, pro nominatione Bibliothecarii faciendâ. Cui quidem Or. Normaniæ Procuratori respondit ampl. Rector, non potuisse à se enuntiari nominationem adjutoris proponendam, in schedulis duos antè dies missis; cum è hoc ipso Comitiorum die, horâ nonâ matutinâ, nihil de illius adjutoris nominatione audivisse constaret. Finem dicendi fecit Ornat. Normaniæ Procurator his verbis; illaque se non posse in præsentibus Comitiis de nominatione propositâ ullam sententiam ferre.

Subsecutus est Or. Const.æ Nationis Procurator, qui M. Girault de Koadou nominavit in adjutorem fid.æ Scribæ, cum spe futuræ successionis.

Fali in statâ rerum, cum pluralitate suffragiorum conclusit ampl. Rector in gratiam M.i Girault.

Revocatus M. Fourneau, redit in Comitium.

Jgitur, audito pro re acad.æ M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, rogatis dictisque sententiis ea pluralitate suffragiorum, Placuit, 1.o Rem prof.o M.o Fourneau postulatum concedi, tum ob illius infirmitatem, tam ob studium in Universitatem. 2.o in officio Scribæ, cum spe futuræ successionis, coadjutorem nominari M. Malfurinum-Georgium Girault de Koadou, Licentiatum Theologum, et Philosophiæ Professorem Emeritum in Regiâ Navarrâ.

Itaque M. Malfurinus-Georgius Girault de Koadou, Professor Emeritus, nominatus est qui munus fid.æ Scribæ univ.is et præclaræ Artium Facultatis, Coadjutoris nomine, cum spe futuræ successionis exerceat. Et ita conclusit ampl. Rector.

Eâdem die et horâ M. Malfurinus-Georgius-Girault de Koadou, ad Comitia vocatus, Coadjutor Scribæ Universitatis et Præclaræ Artium Facultatis, cum spe futuræ successionis, solitum sacramentum præstitit inter manus amplissimi Rectoris.

3.o Annuente, ampl.o Rectore, ad Tribunal acad. accessere Nuntiorum Deputati, legeruntque libellum memorialem de imm.is ab Hospitio militari sibi antiquitùs concessâ, et nuperrimè sibi ablatâ. Audito Mer.o Syndico, Placuit deliberandi spatium dari, remque ad alia Comitia remitti.

Et ita conclusit ampl. Rector. Duval Rector

1.a Aug.i

Anno Dni 1778, die primâ augusti, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Col. Ludovici Magni.

Primum omnium in Comitium ingressi sunt P. Cl. fid.æ Nationis, MM. Lange Pro. Proc, Prougel, Censor, Diner Rh.æ Prof. in Sorb.æ Plessæo; et Despreaux, Rh.æ Prof. in Marchiano: atque Sid.æ Picardorum Nationis Nomine, præsente et locum suum tenente M.o Capin, ejusdem Nationis Procuratore, M. Lange sequentem habuit Orationem. Amp. Rect, Vener. Dec. Proc. Orn, Proc. Acad.: Nos Pro-Procurator, Censor et Deputati Sid.æ Nationis, juxtâ conclusionem celebratam die 31.a Julii, in Comitiis, illa requirente acquisimo Censore de Consilio Decanorum et Pro-Decanorum ritè ac legitimè congregatis, declaramus M.o Girault à Tribunali Academico factam, die 4.a ejusdem mensis, in adjutorem, cum spe futuræ successionis, fidelissimi Scribæ Universitatis, nullam et irritam haberi à fidel.o Ordine: ipsumque intercedere dictæ Nominationi, tanquàm statutis laudabilibusque univ.is consuetudinibus-

antiquis ipsius Tribunalis decretis litterisque Patentibus contrariae, et eandem intercessionem Fid.o Scribae denuntiatam fuisse. Declaramus insuper mentem Fid.ae Nationis hanc esse, ut intercessionem suam juridicè prosequatur; actumque nostrae tum declarationis, tum intercessionis juridicè postulamus. Atque, ut melius innotescat Fideles.ae Nationis mens et sententia, dictae Conclusionis exemplar apud vos deponimus. Signatum Lange f. O. Ex Procurator, Prouzel f. O. Censor: Binet et Despreaux. his auditis, Respondit Ampl. Rector, se viris Clar. dare actum quem petunt; Ipsique continuò è Comitio egressi sunt.

2.o Facta supplicandi potestate, supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Mag.ii artium et quinquennii MM. Lud. Steph. Borniche, Diac. Suessionensis; Nicolaus Tassart, Subdiac. Bellov.is; Gilb. Michael Gontier, Subd. Clarom.is: Jacobus-Franc. Magniez, Subd. Ambianensis; Joan. Bap. Jourdain, Subd. Ambianus; Joan-Lud. Maria Quehen, Subd. Bononiensis; Car. Cathar. Puyo de la Fitole, Cler. Tarbiensis; Franc. Beaujeau, Subd. Clar.is; Car. And. Jos. de Langle, Diac. Atrebatensis; Joan. Jac. Franc. Lance, acol. Bolon.is; Josselinus-Ber. Bonhomme, Subd. Senonensis; Joan. Peron, Subd. Leonensis; Joan. Bap. Verninac, Subd. Cadurcensis; Valent. Jos. Raym. Dartiguelongue, Subd. Narbonaeus; Mart. Franc. Duriez, Diac. Ambianus; Joan-Car. Paschalis Froissent, Diac. Bellovacensis; Ant. Franc. Virianus Thomas, acol. Roth.is; Rom. Jos. Aug. Corne, Subd. Boloniensis; Franc. Mioland, Subd. Matisconensis; Petr. Chastaing, Diac. Lemovix; Urb. Victor Grenier, Subd. Laudunensis; Lud. Christop. Couture, Diac. Lexovaeus; Marinus-Petrus Le Hault, Subd. Laud.is; Petr. Baras, Diac. Aeduensis; Claud. Lud. Martier, acol. Parisinus; Nicol. Lud. Edm. Cogniaste des Jardins, Diac. Trecensis; Stanis. Mathieux, Diac. Bellovacensis; Bened. Roche, Diac. Meldensis; Lud. Bern. Le Marchand du Castel, Diac. Sagiensis; Nic. Franc. Maillard, Diac. Ambianus; Nic. Duhamel, Presb. Trecensis; Gabriel des Jardins, acol. Laudunensis; Lud. Mathur. Bernard de Haut-Cilly, Diac. Briocensis; Petrus-Josep. de Reinneville, Diac. Laudunensis; Dionysius Boutroüe, Presb. Carnutensis; Joan. Michel, Subd. Carnotensis; Ant. Franc. Maria Rochus Bavelaër, Subd. Boloniensis; Franc. Paulus Jossin, Subd. Boloniensis; Matthaeus-Lud. Bureau, Presb. Altissiodorensis; Joannes-Ant. Gregoire, Diac. Ambianensis; Lud. Jos. Theod. Hennequerre, Diac. Nov.is; Guil. Ambr. Lohier, Diaconus Roth.is; Petrus Beaudisson, Presb. Remensis; Joan-Car. Longuet, Diac. Ambia.is; Petr. Eug. Clausse, Diac. Catal.is; Carol. Escow de la Vouze, cler. Clarom.is; et Franc. Maria de Vintré, Diac. Boloniensis; De quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse, tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mer.o Syndico, Placuit Sua praef. supplicibus postulata concedi.

3.o Quòd Sap. Theologiae Decanus petiit ea legi ac recognosci, quae postremis in Comitiis acta et statuta sunt, annuentibus ~~caeteris~~ plerisque Deputatis, praesertim verò Sap.o Jurium Decano; antequàm deliberaretur, Ampl. Rector exposuit primùm, ea quae gesta sunt anteà plurimis in Comitiis ordinariis, nondum fuisse lecta et recognita; Itaque, antequam annueretur votis Sap. Decanorum, deliberandum esse, an expediat priùs ea legi ac recognosci quae gesta sunt postremis in Comitiis, quàm lecta fuerint et recognita, quae gesta sunt in superioribus. Deinde, Ego Scriba petii mihi fieri potestatem recitandi instrumentum, nomine Fidel.ae Picardorum Ordinis, hac ipsâ die primâ aug.i denuntiatum, ubi haec verba leguntur. Signifié et declaré à MM. Les Recteur, Doyens, et Procureurs, composans le Tribunal de l'Université de Paris, et pour mesd. Sieurs, à M.e Fourneau, Greffier de lad. Univ.té, que mesd. S.rs de la Nation de Picardie sont opposans, comme par ces présentes ils s'opposent, à ce qu'il soit procédé à la relate et confirmation de la délibération du Tribunal, portant nomination de M.e Girault de Koudou, en qualité de Coadjuteur Survivancier du Greffier de l'Université. His

Augusto

Dictis, re in delib.m missâ, Audito Mer.o Syndico, Placuit, juxtâ consuetudinem et petitionem Sap. Theologiae Decani, Legi ac recognosci hic et nunc, quae gesta sunt postremis in Comitiis; eorum verò quae acta sunt in anterioribus Comitiis lectionem ac recognitionem ad alia remitti Comitia/

4.o Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta; in quibus dixit ampl. Rector duo desiderari: primum, invitationem factam M.o Fourneau, ut postulatum suum differret in mensem octobrem; deinde singulorum suffragiorum descriptionem. Cui expostulationi cum Ego reposuissem, haec acta esse dum è comitio abfui; adeoque eorum processum verbalem à me fieri non potuisse: Tum Placuit mandari M.o Le Bel, qui absentis scribae vices gessit, ut eorum quae desiderantur Processum-Verbalem quamprimum adornare velit, his quae modo lecta et recognita sunt addendum et inserendum/

5.o Singuli Deputati ordinum suorum retulere sententias de Conclusione die 4.a Julii latâ, quâ M. Girault de Koudou, in adjutorem scribae Univ.tis et Praecl.ae artium facultatis nominatus est, cum spe futurae successionis/

D. Certain, Th.ae Decanus dixit, in Comitiis sacrae suae Facul.is, hac ipsâ die primâ Augusti habitis, horis matutinis, conclusionem Tribunalis Acad.ci improbatam esse, utpote inconsultâ facult.i factam, eandemque declaratam fuisse nullam et irritam à sacro ordine. Praeterea intercessum, ne M. Girault, vi illius conclusionis, ullas scribae functiones exerceat: Neve Decanus Theol.ae sententiam ferat apud Tribunal Acad.um, in nominationibus officiariorum Univ.tis, ac praesertim adjutorum ad Univ.tis officia, cum spe futurae successionis, antequam sacram Theologiae Facultatem consuluerit/

D. Sabourin de la Bonneterie, Juriam Decanus, suam à se Facultatem hactenus eâ de re consultam non esse; licet Ven.ae Normaniorum Nationis nomine, ut eam consuleret per accensum fuerit requisitum. Quam in admonitionem, utpote minus honestam, graviter conquestus est/

D. Dessessarts, Medicinae Decanus, suam etiam facultatem de eâ re hactenus à se consultam non fuisse; se verò id habere in votis, ut cum referentur singulorum Deputatorum suffragia, Processus verbalis aperte enuntiet, Decanum Medicinae assentitum fuisse nominationi M.i Girault, in adjutorem scribae, cum spe futurae successionis; sed eâ tamen conditione, ut illa nominatio à Tribunali Acad.co faciunda nullatenus noceat salub.ae ordinis intercessioni, de Collegio Regio/

D. Duval, Galliae Ex-Procurator, ab honor.e Gallorum natione praed. M.o Girault nominationem improbatam, nullamque et irritam declaratam fuisse; utpote factam inconsultis ordinibus academicis, contrà leges, statuta, consuetudines, litteras patentes &c &c. intercessum praeterea, ne vi illius nominationis M. Girault ullas scribae vices exerceret &c &c./

D. Capin, Picardiae Procurator, Exprocuratorem fid.i ordinis, nullâ habitâ ratione intercessionis et reclamationis à Procuratore Nationis suae juridicè denuntiatae, comitia extra ordinem convocavisse et habuisse die 31. julii proximè elapsi; in quibus ea acta sunt, quae idem Exproc. M. Lange modo retulit. Nunc verò se, pro suo munere Procuratoris, contestari ac protestari adversus ea omnia quae, se absente et intercedente, acta sunt; quam quidem protestationem scribae tradidit scripto consignatam, his verbis. Je soussigné, Procureur de la Nation de Picardie, proteste de Nullité contre l'assemblée du 31. Juillet dernier, convoqué par l'Exprocureur de mad. nation, malgré mon opposition, et contre tout ce qui s'en est ensuivi, et demande acte de ma protestation. Signé Capin./

D. Le Tourneur, Normaniae Procurator, notum esse Deputatis omnibus, quae sit mens et sententia Ven.ae Normanorum Nationis de nominatione M.o Girault in adjutorem scribae Univ.tis, cum ipsis juridicè denuntiata fuerit intercessio ejus. Hanc in re scriba legit duo instrumenta sibi per accensum denuntiata die 6.a et 10.a Julii; deinde dixit, se in illis inusitatâ appellatione dictum fuisse, non quidem scribam Universitatis, sed scribam Tribunalis academici; contrà quam appellationem reclamavit/

Demum, D. Markis, Germaniæ Proc. in Comitiis, hac ipsa die habitis, cum retulisset de iis quæ in suo Quadrimestri Magistratu gesta sunt, ac petiisset, ut ipsa rata et grata haberentur, Dictum este, non probari nominationem M.ri Girault, in adjutorem Scribæ, factam inconsultis Ordinibus/

Quibus relatis, dixit amplissimus Rector se omnibus et singulis Ordinibus concedere suarum declarationum et intercessionum actus, quos, eorum nomine, Deputati petierunt/

Et ita Conclusit amplissimus Rector/ Duval Rector

Conclusio Theologicæ Facultatis

Lata die 1a Augusti 1778.

1° Sacra Facultas censet improbandam este nominationem M.ri Girault, actu Professoris in Collegio Regio, in adjutorem scribæ universitatis, cum spe futuræ successionis, tanquam præmaturè et inconsultâ facultate factam, et aliunde contrariam Art.° XV. Litter. Patentium die 3a Maii 1766./

2° rogandum este Ven. D. Decanum, ut postulet, in hodiernis Comitiis lectionem fieri, de more, deliberationis factæ die 4a Julii præcedentis, quâ factâ lectione, nomine sacræ facultatis dictam nominationem declaret nullam et irritam, et intercedat, quominus M. Girault quasvis scribæ functiones virtute dictæ nominationis exerceat: hanc præsentem sacræ facult.is conclusionem à scribâ nostro subsignatam ad Comitia Rectoria deferat, actumque postulet./

3° Rogandum este eundem Ven. D. Decanum, ut quacumque datâ occasione, intercedat, quominus ad nominationem officiariorum universitatis, et à fortiori adjutorum cum spe futuræ successionis procedatur, quin priùs juxtà morem antiquum et leges academicæ consulta fuerit sacra facultas. Signatum .. Coll. de Bar. Scriba/.

Conclusio honorandæ Gallorum Nationis /

Lata die 22. Julii an. 1778

Anno dni 1778, die Julii 22, habita sunt Comitia hon.æ Gallorum Nationis Extra-ordinaria, per schedulas de more convocata; in quibus Clar. Ex-Procurator, sedens pro Orn. Procuratore M.o Treguer, gravissimo morbo laborante, dixit; hodierna Comitia prorogationem este nuperorum Comitiorum, in nuperis istis comitiis statutam: iterum agi de nominatione à Trib.i acad.co die 4a præsentis mensis factâ M.ri Girault Regii Collegii Professoris, in coadjutorem scribæ universitatis, cum spe futuræ successionis . . . . . audito Censore, missæ sunt in sua quæque loca tribus ad deliberandum. Quæ reversæ per suos Decanos, Pro-Decanos ve . . . declararunt se adhærere conclusionibus æquissimi Censoris (quæ sic habent.

Pro meo munere Censorio, existimo gratias este agendas Clar. Ex-Procuratori, eo quod pro suâ fide, suoque studio, coadjutorem, cum spe futuræ successionis ad munus scribæ Univ.tis nominare recusaverit, in ultimo Trib.i Acad.o, die 4a Julii præsentis anni habito/

2° nullam et irritam ab hon.o ordine habendam nominationem factam M.ri Giraud, in coadjutorem scribæ Univ.tis, tanquam statutis, consuetudini, formis, utilitati acad.æ, antiquis Tribunalis ipsius Decretis, Legibus, Litterisque Patentibus contrariam/

3° ab hon.o ordine intercedendum este dictæ nominationi, ac protestandum, quaslibet functiones scribæ obire præsumat M. Girault, virtute dictæ nominationis, illas, nec ullo tempore M.o Girault titulum possessionis effecturas este: nec unquam nocituras este juribus Deputatorum ordinariorum universitatis, præsertim Orn. nostri Procuratoris, apud Tribunal academicum, occurrente scribatus vacatione, sedentium/

4° Rogandum esse Ornat. Procuratorem, ut in proximis Trib.lis Acc.i Comitiis, hanc hon.ae Nat.is in entem intercessionem, et protestationem declaret; insuper, praed.ae Nominationis confirmationi, quae pro more et legibus nostris proponi debet, nomine hon.ae Nationis intercedat, actumque hujus tum declarationis, tum intercessionis ab ampl.o Rectore postulet./

5° quoad arrestum partibus non auditis obtentum, et homologationem Conclusionis nondum Lectae, recognitae et confirmatae, ideoque caducae; intercedendum censet via juris; nominandosque Deputatos, quibus plena fiat potestas, istam intercessionem, pro sua prudentia, persequendi, nomine honor.ae Nationis; quique ad Nationem sive ordr.ie, sive extra-ordr.ie, si opus fuerit, congregatam, de ista sibi commissa actione referant ... Et ita conclusit Clar. Ex Proc.r Signatum: Duval, Delneuf, Camyer, Le Roy, Lambert, Redon, Debour. Ita est Debour, Censor/

Ego Scriba Universitatis, hanc Conclusionem a Minore hon.ae Nationis apparitore ad me delatam die sexto octobris, accepi: ad cujus calcem scriptum est.

Dire de l'Exprocureur de la Nation de France après lecture de la pièce ci-dessus, au Tribunal du premier aout 1778.

Ainsi, Messieurs, conformem.t a la deliberation que vous venés d'entendre, je vous declare que ma nation regarde lad. nomination du S. Giraud comme nulle; qu'elle y est opposante; qu'elle proteste contre toutes les inductions que le S. Giraud tireroit des fonctions de Coadjuteur survivancier au Greffe de l'Univ.té dans lesquelles il s'immiseroit./

En second lieu, je m'oppose au nom de ma nation à la confirmation de cette nomination. et je demande à M. le Recteur acte tant de ma declaration que de mon opposition./

Je demande que mon dire soit relaté dans le Procès verbal du Tribunal de ce jour. Signé Duval, Ex Procureur de la Nation de France/

Conclusio Fidelissimae Picardorum Nationis

Lata die 31. Julii 1778.

Anno dni 1778, die Veneris trigesima prima mensis Julii, hora sesquidecima matutina, habita sunt Comitia Extra-or.ia Fid.i Ordinis, in scholis Nationis, missis pridie ab Orn. Ex Proc.e, requirente aeq.o Censore per apparitores schedulis; in quibus,

1° Orn. Ex Pro.r exposuit, aequis.um Censorem, hesterna die, a se postulasse, nomine tum suo, tum Ven. Dec. et Pro-Decanorum, ut, renuente Ornat.o Procur.e licet juridice interpellato, ipse indiceret Comitia, jamdiu a toto Ordine desiderata, ad deliberandum de iis, quae missa erant ab hon.o Ordine ad Fid.nem Ordinem. Tum rogatus aeq.us Censor, ut, ea quae ad ipsum quoque, sicut et ad Orn. Procuratorum directa dicebantur, exhiberet; legit primo Juridicam requisitionem a se factam, die praeced.ti, matutinis horis Orna.o Proc.i, tum suo tum Decan.m et Pro Decan.m nomine; addidit que, cum Ornat. Proc. praed.ae requisitioni ad tempus non obtemperasset, tum se Orn. Ex Proc.m adiisse, atque ab eo, pro munere suo, postulasse, ut praed. Comitia convocaret. Labente interim die se accepisse Juridam intercessionem, nomine Orn. Proc.is factam, cujus quidem lectionem pro munere suo in Comitiis audiri postulavit. Qua lecta, consuluit Orn. Ex Procurator, an hujus intercessionis virtute praesentia Comitia solvi oporteret. Visum est Fid.o Ordini non posse obstare Orn. Proc.is intercessionem, quominus fid.mus ordo, legitime, ut erat, convocatus rebus suis consuleret; atque adeo non solvenda Comitia, priusquam deliberatum esset de iis propter quae convocata fuissent. atque ita fuit ab Or. Ex Proc.e conclusum/

2° cum a Ven.o Tribus Belvacensis Decano propositum esset, ut mitterentur statim ad Orn. Procur. duo Deputati, qui ipsum, Nationis nomine, invitarent, ut praesentibus Comitiis adesset ac praeesset: re in deliberationem missa, placuit omnibus eum invitari; missique Deputati duo MM. Darragon et Cochet ipsi persuaserunt, ut ad Comitia praesentem se sisteret. Tum vero, requirentibus omnibus ut Comitiis praeesse vellet; eo que ita recusante et procrastinante, ut videretur rem urgentem protrahere, et praesentia Comitia licet legitime convocata, tanquam nulla et irrita respuere: Re in deliberationem missa,

Placuit omnibus nullam habendam esse rationem novae hujus intercessionis, et ulterius esse procedendum. Et ita fuit ab Or. Ex Pr. conclusum /.

3° tum apertae sunt litterae ad aeq. Censorem, Decanos et Tribules fidel.° Ordinis ab honor.° Ordine directae, quibus hon. Ordo fid.° Ordinis notas faciebat conclusiones à se latas, circa nominationem à Tribunali Acad.co factam die 4.a hujus mensis, M.e Girault in adjutorem, cum spe futurae successionis fid.i Univ.tis Scribae. Tum quaesivit Or. Ex Proc. quid circa idem negotium statuendum videretur. Audito aequ.° Censore, et re in deliberationem missâ, Placuit fid.° Ordini.

1° Nullam et irritam à fid.° Ord.e habendam esse nominationem factam M.e Girault in adjutorem scribae, cum spe successionis futurae, tanquam statutis, laudabilibus que Universitatis consuetudinibus, antiquis Tribunalis ipsius Decretis, Legibus, litteris que Patentibus contrariam. /

2° a fid.° Ordine intercedendum esse dictae nominationi ac protestandum, quaslibet functiones scribae obire praesumat M. Girault virtute dictae nominationis, illas, nec ullo tempore, M.e Girault titulum possessionis effuturas esse; nec unquam nocituras juribus Deputatorum Ordinariorum Univ.tis, praesertim Ornat. Procuratoris fid.ae Nationis, apud Tribunal Acad.um, occurrente scribatus vacatione, sedentium. /

3° Deputandum esse Orn. Ex. Procuratorem, ipsi que adjungendum esse tum aequ.m Cens. tum C. V. M. Binet, Ven. Tribus Belvacus Decanum, et M. Despreaux; qui in proximis Trib. Acad.ci Comitiis hancce fid.ae Nationis mentem, intercessionem ac protestationem declarent, insuper praed.ae nominationi confirmationi, quae pro more et Legibus nostris fieri debet, nomine fid.ae Nationis intercedant; actum que suae tum declarationis tum intercessionis ab ampl.° Rectore requirant /

4° Quod attinet ad arrestum, partibus non auditis obtentum, et homologationem, ut aiunt, conclusionis nondum lectae, recognitae et confirmatae, adeò que caducae; adhaerendum juridicis intercessionibus ab hon.a et ven.a Nationibus factis aut faciendis; nominatis que suprà Deputatis potestatem fieri, ut rem totam, nomine Nationis, prosequantur, et ad eam sivè ord.rie sive extra-ord.rie congregatam de istâ sibi commissâ actione referant /

atque ita super his omnibus ab Or. Exprocuratore conclusum. Signatum Lange, fid. Nat. Ex. Proc. Binet. Despreaux, Prouzet, fid.i Ordinis Censor /.

Conclusio Constant.mae Germanorum Nationis.

Lata die 1.a Augusti 1778

Anno dni 1778, die primâ Aug.i, in aulâ Const.ae Nat., habita sunt Comitia Const.i Ordinis, ad eligendos Proc. et Quaestorem, in quibus, Orn. Procurator, post lectas res gestas primi sui Quadrimestris magistratus tempore; postulavit rata et grata haberi quae gessit, in quad.i suo Magistratu. Rogatis, dictisque sententiis, rata et grata habuit Const. Ordo, ea omnia quae gessit Orn. Procurator in suo quad. Magistratu, iis tamen exceptis, quae in Trib.i Acad.co, die 4.a Julii habito, gesta sunt, occasione designationis M.e Girault de Kroudou in adjutorem M.e Fourneau, in munere et officio scribae Univ.tis; quam quidem designationem, utpote, inconsultâ Natione factam, improbarunt Proc. Constantissimi. Et ita conclusit orn. Procurator. Signatum J. Marky, Const.ae Nat. Procurator /. 5. Aug.

Anno dni 1778, die quintâ Augusti, congregata est Universitas in Sorbonâ, ad solemnem Praemiorum academicorum distributionem /.

Priusquam procederetur, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis, in aulâ interiore, ad id paratâ /.

1° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii;

Aug°

MM. Raymun. Le Sage, Diac. Boloniensis; Petrus Marinus Rouph de Daricourt, Diaconus Genevensis; Joan. Michaël Pellerin, Subd. Genevensis; Gabriel Perral de Giroux, Diaconus Aniciensis; Franciscus Bronton, Presb. Laudunensis; Leonardus Chadebet, Presbyter Tutelas; Petrus Michaël Picard, Presbyter Ebroicensis; Franciscus Maria Guenot, Diaconus Aeduensis; et Blasius Anna Lhomme, Diaconus Aeduus; de quibus retulit Mer. Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit Suae praef. Supplicibus postulata concedi./

2°. Comitium ingressi sunt Viri Clar. à Fidm. Picardorum Natione Deputati, ejusque nomine M. Lange Ex Procurator, annuente ampl°. Rectore, sequens recitavit instrumentum. Nos Fidmi Ordinis Ex-Proc.r, Censor et Deputati, intercedimus, ne M. Girault obeat ullas functiones Coadjutoris Fid. Scribae Univlis; in solemni Praemiorum distributione, neve legat catalogum Praemiorum Loco Fidmi Scribae; postulamusque, ut Tribunal acadum alium quempiam nominet, qui vices Fidmi Scribae impleat, si absit, et functiones suas qualibet de causâ obire non valeat; et actum nostrae seu intercessionis, seu postulationis ab ampl°. Rectore requirimus. Signatum Lange, Ex-Proc.r: Prouzel, Fid. ord. Censor, Despreaux, Deputatus — Tum ampl. Rector, Clar. Fid. Ordinis Deputatis dedit actum quem petierunt; ipsique è Comitio egressi sunt — Deinde, declaravit, si forte Ego Scriba, in solemni Praemiorum distributione functiones meas obire non possem, se Clar. Picardicae Nationis Deputatorum postulationis rationem habiturum esse, atque alium à M. Girault nominatum iri, qui vices meas impleret — Ego verò cum dixissem, in solemni Praemiorum distributione; omnia et singula Scribae munia, Deo dante, me esse obitorum; ne tamen intercessio facta à Clar. Picardicae Deputatis, quidquam noceret conclusioni à Tribunali Acad.co Latae die 4°. Julii, quâ id mihi concessum est quod à me postulatum fuit; Contrà praed. intercessionem et declarationem contestatus sum; et contestationis meae actum petii, quem mihi concessit amplissimus Rector/

3°. Quòd Ego Scriba quaerimoniam habui de quibusdam instrumentis mihi rusticanti denuntiatis; quodque Clar. Gallicanae Nationis Procurator dixit, sibi praemanibus esse postulationes quasdam Nationis suae nomine apud Tribunal acadum faciendas; cum indicta ab Illust°. Senatus Principe ad Praemiorum distributionem hora immineret. Unanimiter Placuit, Crastinâ die, horâ nonâ matutinâ, haberi Comitia Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Duval Rector

His peractis, processum est ad Scholas Sorbonicas, ubi post habitam, praesente ac plaudente Supremo Senatu, Orationem elegantissimam à V. C. M. Charbonet, Litterarum Professore in Mazarinaeo, Praemia Academica, solemni ritu, distributa sunt, hoc ordine./

Praemium Eloquentiae Latinae
ex Fundatione V. C. Mri Joannis-Baptae Coignard,
Magistris in Artibus institutum =

Cujus quidem argumentum erat, Quid sit de Publicis Moribus Sentiendum, ubi eumque debitam Seriis artibus existimationem Frivolae artes invaserunt/

meritus et consecutus est Joannes-Baptista Dumouchel, Litterarum Professor in Marchiano/.

GEN. 84 PARIS TRAORDINAIRE

In Rheto-rica

Primum orationis latiné scriptæ Præmium, inter Recentiores, meritus est Lud. Cauchy, Rothomagæus, è Lexovæo/

Secundum, inter Veteranos, Joan-Franc. Daumale, ambianensis, é Montacutio/

proxé accessit, inter Veteranos./

Joan-Bapt-Bulard, Pontesianensis — , é Montacutio/

Secundum, inter Recentiores, Joan-Jos. Gautier, Parisinus — — ex harcurio/

proxime accesserunt

Urb. Jac. Jos. Le Vavasseur, Cenomanensis é Plessæo/

Matth. Petrus Hugot, altisiodoræus é Plessæo/

Michael Lud. Julien, Parisinus é Grassinæo/

Christ. Jac. Lud. Mariette, Cadomensis é Regiâ Navarrâ/

Joan-Lud. Gibon, Parisinus, V. , é Montacutio/

Joan-Nic. Caura, Noviomensis — é Plessæo/

Guil-franc. Maria Jos. de la place, Atrebas é Col. Lud. Magni./

Jac. Nic. Angran, Rotomagensis é Plessæo/

Primum orationis gallicé scriptæ, inter Recentiores, Andreas-Maria de Chenier, Constantinopolitanus, é Regiâ Navarrâ,

Secundum, Petrus Ludovicus Gautier, Carnutensis, — é Lexovæo/

proximé accesserunt./

Nic. Gerosme, Stampæus é Montacutio/

Joan-Bap. Jumel, Lexovæus, é Lexovæo/

Jos. franc. Beaudelaire, San Menechildensis é Plessæo/

Ant. d'Ingé, Aurelius é Mazarinæo/

Nat. Emmanuel Tinon, Parisinus é Plessæo/

Car. Joan-Bap. Alix, Parisinus é Montacutio/

Leu-Simp-Camil-Bened. des Moulins, Guisiacus — é Col. Lud. Magni.

Id. Lud. Cauchy, Roth. é Lexovæo/

Primum Carminis latiné scripti, inter Recentiores, Anna-Franciscus-Michael Le Coq, Constantiensis, ex harcurio/

Secundum, idem Joan-Nic. Caura, Noviomensis — é Plessæo/

proximé accesserunt. ex harcurio/

Id. Jo. Jos. Gautier, Parisinus é Plessæo/

Nic. Aug. Regnier Bellovacensis é Col. Lud. M./

Cyprianus-Anna-Paulus Angles, Narbonæus é Plessæo/

Jo-fr. Math. Le Deist de Botidoux, Sanbriocensis é Regiâ Na.

Car. Felix Heristey, Ebroicus é Grassinæo/

Id. Michael Lud. Julien, Parisinus é Col. Lud. Magni/

Julianus Julien, Leonensis é Plessæo/

Maria-Jul. Misly, Sandominicanus é Grassinæo/

Robertus-Michael Victor Godeau, Turonicus é Lorb. Plessæo/

Id. Beaudelaire, San Menechildensis

Aug.

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ, inter Recentiores, idem Jac. Nicolaus Augustus Anyran, Rotomagensis — é Lud.ci Magni Plesseo

Secundum, Guillelmus-Franciscus-Maria-Josephus de la Place atrebas atrebas — é Collegio Lud. Magni.

proxé accesserunt/

Jd. de chevrier, Const.us — é Regiâ Navarrâ/
Jd. Julien, Parisinus, — é Grassineo/
Jd. Benoit delaire, San-Meneh. — é Plesseo./
Jd. Regnier, Bellovacensis — é Plesseo/
Joannes-Nic-Ruberlus debras, Parisinus, V. — ex Harcurio/
Petrus-Lud. Duplessis, Laudunensis — é Col. Lud. M./
Petrus Dupeyral, Petrocorensis — ex harcurio/
Jd. Hugot, altissiodorensis. V. — é Plesseo/
Lazarus-Nicolaus Boudin, avallonensis, V. — é Montaustro
Robertus David, Rotomagensis — é Col. Lud. M.

Primum orationis Græcæ in latinam conversæ, inter Recentiores, Jdem Michael Ludovicus Julien, Parisinus — é Grassineo/

Secundum, Felix Marcus Cordier, ambianensis — é Grassineo/

proximè accesserunt/.

Jd. Lud. Claud. Max. Ebrunin, Carnutensis — é Montaustro/
Jd. Godeau, Taronicus — é Grassineo/
Jd. Jumel, Lexoviensis — é Lexoviensi/
Joannes-Claudius Le chat, Parisinus — é Grassineo/
Bart. achilles, Bertet, Massiliensis — é Col. Lud. M./
Joan-Bapt. Bordé, Nivernensis — é Marcianis/
Jd. Hugot, V. — é Plesseo/
Jd. Duplessis, Laudunensis — é Col. Lud M./
Jd. Boudin — é Montaustro
Joannes-Bapt. Jossel, Bajocensis — é Col. Lud. Magni/

In Secundo Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Joannes-Andreas Mayer, Parisinus, ex harcurio/

Secundum Joan-Bapt. Fresnoi, San-quintinensis, é Montaustro/

proximè accesserunt/.

Claudius. Ant. Jos. Gueroult, Nov.-Castrensis — é Plesseo.
Alexander fleury, Parisinus — é Plesseo/
Edmundus-Felix Gaillerault, altissiodorensis, — é Montaustro
Valerianus-Aug. Letondard, Catalaunensis — é Montaustro
Joannes-Edmundus Bureau, Senonensis — é Montaustro/
Petrus-Joan. Bapt. de Launay de villiers, Parisinus — é Cardinalitio/

Primum Carminis Latini Scripti Guillelmus Joan Leger, é Lexoviensi/
Rotomagensis — —
Secundum, Jo. Claud. Ant. Jos. Michael Guerault, Novicastrensis, é Plesiaco/
proximè accesserunt./
Andreas Claudius Hubert, Aurelius — é Montacutio/
Paulus Aug. Jos. Lambert du Fresne, Andegavensis é Col. Lud. M./
Adrianus Franc. Pillon, Laudunensis é Col. Lud. M./
Nicolaus Guil. Septavaux, Rotomagensis é Plesiaco/
Maria Franc. Sallin, Vesuntinensis, é Col. Lud. Magni/
Maria Martinus Marquelet, Meldensis é Col. Lud. M.

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ, Idem Nicolaus Guillelmus Septavaux, Rotomagensis é Plesiaco/.
Secundum, Antonius Cuningham, Hibernus é Plesiaco/
proximè accesserunt./
Lud. de la Cour, Ambianensis — — é Grastinæo/
Joan Bapt. Lud. Maria Gerard, Stenayensis é Plesiaco/
Simon de Vicque, Rotomagensis, é Lexoviensi/
Claudius Laurentius Douault, Parisinus ex harcurio/
Petrus Franc. Wilhorgne, Bellovacensis é Col. Lud. Magni/
Jo. Meyer Parisinus ex harcurio/

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ, Jo. Ludovicus de la Cour, Ambianensis é Grastinæo/
Secundum, Antonius Josephus Poirier, Suessionensis — é Grastinæo/
proximè accesserunt./ é Plesiaco/
Car. Dominicus Nicolle, Rotomagensis, — — é Cardinalitio/
Lud. Carolus Piat, Senonensis é Plesiaco/
Jo. Gueroult, Novi-Castrensis é Plesiaco/
Jo. Fleury, Parisinus é Montacutio/
Jo. Hureau, Senonensis é Plesiaco.
Jo. Septavaux, Rotomagensis —

In tertio Ordine

Primum Orationis Gallicæ in Gallicam conversæ Præmium meritus et consecutus est Ludovicus Desiderius d'Amicourt, Noviomensis, é Marchiano./
Secundum, Petrus Pays, Santonus — é Cardinalitio/.

proximè accesserunt./
Joannes Baptista Pigeard, é Regiâ Nav.
Maria Nicolaus Sylvester Guillon, Senonensis é Plesiaco/
Ludovicus Franciscus Catty, Parisinus — é Montacutio/
Henricus Remigius Hubert, Catalaunus — é Plesiaco/
Franc. Alex. Jacobus Duchesne, Parisiensis é Plesiaco/
Franciscus Godin, Ambianensis é Cardinalitio/

Augusto

Primum Carminis latiné scripti, Jd. Maria Nicolaus Sylvester Guillon, Senonensis é Plestæo/ é Plestæo

Secundum Michael Morice de Tillieres, Ebroïcensis é Lexovæo/

proximé accesserunt/

Petrus franc. Martialis de Lomenie, Massiliæus é Grassinæo/

Nic. franc. Carolus Daireaux, Constantiensis, é Grassinæo/

Jos. Simon Planche, Sanflorensis é Plestæo/

Car. fr. Joan. Bap. Alex. Lud. Edm. Dered. Andreas Deniol, Constantinopolitanensis, é Mazarinæo/

Lud. Eugenius de Ligne, Bruxellensis é Plestæo/

Ant. Gabriel Tocquot, Virdunensis é Marchiano/

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ, Jd. Henricus Remigius Hubert, Catalaunus é Plestæo/

Secundum, Henricus Bayly du Lieu Dieu, Petrocorensis é Plestæo/

proximé accesserunt/

Ant. Jos. Maselet, Duacæus é Lexovæo/

Joan. franc. Loriol de Lauraguet, Narbonensis é Col. Lud. M.

Jd. Catty, Parisinus é Montacutio/

Claudius franc. Nic. Constantin, Catalaunus é Plestæo/

Joan. Bapt. Lallemand, Vesuntinensis é Col. Lud. M.

Petrus franc. Malingre, Parisiensis é Lexovæo/

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ Joannes Baptista Victor Simon, Gisortianus é Montacutio/

Secundum. Jd. Nicol. franc. Car. Daireaux, Constantiensis é Grassinæo/

proximé accesserunt/

Stephanus Pelletier, Carnutensis é Lexovæo/

Henr. Joan. Bapt. Fovelet, Dormanus é Col. Lud. M.

Prosper Ebran, Calidobecæus, é Regiâ Navarrâ/

Jd. Lallemand, Vesuntinensis é Col. Lud. Magni/

Leon. Claud. Edm. Joan. B. Bachelet, altissiodoræus, é Col. Lud. Magni/

Jd. de Lomenie, Massiliæus é Grassinæo/

In quarto Ordine

Primum orationis ~~latinæ~~ Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est, Petrus Pauchot, Tullensis é Regiâ Navarrâ/

Secundum Petrus Xaverius Nicolaus Richard é Lexovæo/

proximé accesserunt/

Joan. Bapt. Carolus Matthieu, Compendiæus é Col. Lud. Magni/

Maria Jos. Petrus Rouzé, Ebroicus, é Lexovæo/

Carolus Maignien, Vesuntinus é Col. Lud. Magni/

Carol. Maria franc. Jacquin, Martinicanus, é Grassinæo/

Gabriel Cheval, Carnutensis é Montacutio/

Jacobus Robertus de la Croix, Bernæus é Lexovæo/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Primum orationis Latinae in Gallicam conversae Jd. Carolus-Franc.
Maria Jacquin, Martinicanus — é Grassinaeo/
Secundum, Idem Richard — é Lexovaeo/
proximé accesserunt.
Jd. Chevat, Carnutensis — é Montacutio/
Jd. de la Croix, Bernaeus — é Lexovaeo/
Jd. Matthieu, Compendiaeus — é Col. Lud. Magni/
Jos. Mar. Amed. Car. Phil. de Montanier de Genissiaz, Lugdun.is — é Mazarinaeo/
Jd. Rouzée, Ebroïcus — é Lexovaeo.
Nicolaus-Alex. Vattemare, Lexoviensis — é Lexovaeo.

In quinto Ordine

Primum orationis Gallicae in latinam conversae Praemium meritus et consecutus est Petrus-Franc. Marinus Gamas, Cadomensis — é Grassinaeo.
Secundum, Samuel-Joan-Bapt. Olivarius Sevené, Parisiensis — é Montacutio
proximé accesserunt/
Theod. Lud. Bruno Rameau, Atrebatensis — é Col. Lud. Magni/
Patricius de Lée, Venetensis Aremoricus — é Col. Lud. Magni/
Car. Lud. Asselineau, Altissiodorensis — é Montacutio/
Henricus-Maria Simon Moreau, Corisopitaeus — é Col. Lud. Magni/
Joan-Nic. Michel, Parisiensis — é Cardinalitio.
Henricus Morlanne — ex Harcurio/

Primum orationis Latinae in Gallicam conversae idem Theodorus Ludovicus-Bruno Rameau, Atrebatensis, é Collegio Ludovici-Magni/.
Secundum, Petrus-Philippus Duvicquet, Altissiodorensis — é Lexovaeo/
proximé accesserunt
Petrus-Franc. Giraud, Rotomagensis — é Lexovaeo/
Jd. de Lée, Venetensis — é Col. Lud. Magni/
Carolus Thomas Morice de la Rue, Meduanus — é Col. Lud. Magni/
Andreas Grasset de St. Sauveur, Americanus — é Regiâ Navarrâ
Jd. Gamas, Cadomensis — é Grassinaeo/
Jac. Petr. Franc. de la Mare, Andegavensis — é Col. Lud. Magni/

In Sexto Ordine

Primum orationis Gallicae in Latinam conversae Praemium meritus et consecutus est, Josephus Maria de Bras, Parisinus — é Grassinaeo/
Secundum, Petrus-Franc. Dupont des Aucches, Suessionensis, — é Col. Lud. Magni/
proximé accesserunt/
Joan Bap. Ant. Saunier Rothomagensis — é Mazarinaeo/
Andreas Nic. Fromentin, Parisinus — é Plessaeo/
Jos. Jul. Gonidec, Trecorensis — é Col. Lud. Mag.
Joan-Lud. Bonnard, Carnutensis — é Montacutio/
Henr. Barthol. Pietre, Parisinus — é Montacutio/
Renatus-Jos. Mich. Le Gris Duval, Leonensis — é Coll. Lud. Magni.

Augusto

Primum orationis Latinae in Gallicam conversae praemium meritus et consecutus est id. Joannes Lud. Bonnard, Carnutensis — è Montacutio/
Secundum, id henricus-Bartholomaeus Pietre, Parisinus. — è Montacutio/

proximi accesserunt/

Lud. Aug. Franc. Bouton, Parisinus — è Plessaeo/
Id. Duval, Leonensis — è Col. Lud. Magni/
Id. Gonidec, Trecorensis — è Col. Lud. Magni/
Id. Saunier, Rotomagensis — è Mazarinaeo/
Joan-Bapt. Tripier, Augustodunensis — è Montacutio/
Petr. Stan. Lud. Le Fevre, Mondesiderinus — è Montacutio/

6. aug.° Anno dni 1778., die sextâ Augusti, horâ nonâ Matutinâ, habita sunt, in Col. Lud. Magni, Comitia extraordin.ae Deputatorum Univ.tis, pridie indicta/

1.° Ego scriba palam recitavi duo instrumenta, mihi ab urbe digresso, et restituendae Valetudinis causâ, annuente Ampl.° Rectore, rusticanti, denuntiata per accensum publicum sub nomine hon.ae et ven.ae Nationis; quibus dictae Nationes declarant primùm me ab urbe discessisse, non ut meae valetudini consulerem, sed ne illis communicarem instrumenta necessaria ad causam illam, quam pendentem habent, apud magnam Camerum, cum M.° Girault, adjutore meo in officio scribae; deinde, jubent cum Deputatis suis communicari Regesta Universitatis quaecumque voluerint, exscribique conclusiones, quascumque petierint, non à me sed ab ipsis cum autographo conferendas; ni parverim, altera incarcerationis poenam minitatur. His lectis, Ego primùm dolui, quod in offensionem hon.is mei ordinis, et ven.ae normanorum Nationis, innocuo ab urbe discessu, venerim. dein, palam declaravi, me paratum esse ac semper fuisse ad omnem Registrarum Communicationem et exscriptionem, quamcumque Tribunal Academicum jusserit, hujusque declarationis meae actum petii. Tum Ampl. Rector mihi dedit meae declarationis actum, sed addidit clausulam, salvis et illaesis ordinum academicorum juribus: orn. verò Normaniae Procurator, Je declare que je demanderai, sans attendre l'ordre du Tribunal, la communication des pièces dont ma Compagnie peut avoir besoin: hancque declarationem suam scripto consignatam mihi scribae tradidit in manus/

2.° orn. Galliae Ex-Procurator orat. Gallicam legit, eamque petiit inscribi in Commentariis Universitatis. hujus tenor sequitur. Messieurs, dans l'assblée du 4. Juillet j'ai declaré que je regardais ce tribunal comme illegalement convoqué, pour la nomination du S. Girault; et j'ai demandé qu'il fut convoqué un autre Tribunal pour cet objet, et que j'eusse le tems de consulter, ainsi que cela n'est prescrit par mes Statuts. Dans le tribunal du 1.er de ce mois, lorsque lecture a été faite de la conclusion du 4 Juillet, je me suis plaint (et je n'étois pas le seul) de ce que mon avis n'étoit pas relaté dans la pièce que lisoit M. Fourneau, j'ai demandé qu'il y fut. J'ai ensuite donné communication de la deliberation de ma Nation du 22. Juillet dernier: et j'ai demandé acte à M. le Recteur, qui me l'a accordé./ — Je demande aujourd'hui, que lecture soit faite de la deliberation du premier de ce mois, dans laquelle les faits ci dessus doivent être rapportés; et qu'ensuite, il me soit donné, dans le jour, expedition, tant de lad. Conclusion du 4 Juillet 1.er aout, que de celle du 4 Juillet dernier, reformée ainsi que demande en a été faite au Trib.l du premier aout, et à été de cette demande acte accordé par M. le Recteur, et je demande en outre que le present dire soit porté dans le procès verbal de ce jour. Signé Duval, Exproc. de la Nation de France/

His auditis, Ego scriba Universitatis reposui a Cl. Exprocuratore postulari ut faciam quod in meas non est potestate. Postulat enim 1.° ut, hodiernâ die, ipsi tradam Processum verbalem eorum omnium quae gesta sunt in Comitiis die 4.a Julii habitis: Nunc verò, in Comitiis habitis die primâ hujusce mensis, Mandatum est N. Clar. M.° Le Bel, ut describeret relationem eorum quae in Comitiis dictis die 4.a Julii gesta sunt, quo tempore è Comitiis illis Ego scriba

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Semel et iterum discessi. Cumque hac relatio à M.o Le Bel facta non fuerit, adeóque ipsa non fuerit lecta ac recognita; in potestate mea non esse, ut Claris. Ex Procuratoris volis annuam hac in parte: Postulari 2.o ut, hodiernâ die, ipsi tradam in manus processum verbalem eorum quæ gesta sunt in Comitiis Deputatorum die primâ præsentis augusti habitis. Cui petitioni iterum reposui non deesse mihi volun=tatem sed potestatem, Et quidem moris esse academiæ, ut spatium unius mensis Scribæ detur ad processus verbales quomodo conficiendos, in comitiis ordinariis proximè se=quentibus relegendos. Quibus auditis, Respondit ampl. Rector ornat.o Procuratori, in potestate scribæ non esse, ut processus verbales quos petiit, hodiernâ die, in manus ipsius tradat/.

3.o Quód dixit M. Franciscus Michaël Le Bel, nihil a se more fore, quin processus verbalis eorum, quæ in Comitiis ordinariis die 4.a Julii habitis, gesta sunt, cum é Comitio M. Fourneau semel et iterum egressus est, ante duos dies legatur et recognoscatur: Una=nimiter Placuit in id Comitia indici extra ordinaria ad diem sabbati 8.am hujus mensis/

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Duval

Rector

Anno Dni 1778, die Sabbati octavâ augusti, habita sunt Comitia extra ordinaria Deputatorum Universitatis, horâ nonâ matutinâ, in Collegio Ludovici Magni. In quibus Lecta sunt à M. Francisco Michaele Le Bel, et à Deputatis recognita, quæ gesta fuerunt apud Tribunal Acad.um, die 4.a Julii 1778; dum M. G. A. Fourneau, Scriba, semel et iterum é Comitio digressus est, ut pleniorem Deputatis relinqueret deliberandi, an ipsi vellent ei adjutorem esse in officio scribæ, cum spe futuræ successionis; M. Math. Georgium Girault de Houdou, Licentiatum Theologum et Professorem Emeritum. Illa verò Lecta et recognita Placuit addi et inseri iis, quæ, præsente scribâ, gesta sunt in iisdem Comitiis; quæque jam Lecta et recognita sunt in Comitiis die primâ hujus mensis habitis/ Duval

Et ita Conclusit Amplissimus Rector/

Rector

8. Aug.o

Anno Dni 1778, die Lunæ decimâ augusti, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, in Col. Ludovici Magni, ad excipiendas rationes accepti et expensi ab Univ.tis Quæstore, per annum 1777./

10. Aug.o

Auditis probatisque rationibus Compertum est ex acceptis superesse Summam vicies mille Libellarum, supra mille centum et quinquaginta novem libellas cum novem denariis (21059 lt. 0 s. 9 d.). Quam quidem summam ita dividi placuit, ut duodecies mille libellæ cum quinquaginta novem (12053) é vestigio, et præsentibus omnibus Deputatis in arcâ recondescentur; Quod residuum erit, inter præd. Quæstoris manus relinqueretur in sumptus ordinarios impendendum/

Et ita Conclusit Amplissimus Rector/

Digressis adjunctis, Clar. hon.æ Gallorum nationis Ex-Procurator postulavit, ut quod à se Dictum est in Comitiis die 4.a Julii habitis, nimirum, illa non fuisse ab amplissimo Rectore rité et secundum Leges convocata, id adderetur, et in processum verbalem dictorum Comi=tiorum insereretur. Re in deliberationem missâ, audito Merito.o Syndico, rogatis dictisque sententiis: Dictum est, id à Clar. Ex-Procuratore dictum non esse in Comitiis die 4.a Julii habitis, quod in eorum processum verbalem postulat addi et inseri; adeò que Placuit suæ Postulationis actum ipsi non dari/

Et ita conclusit Amplissimus Rector/ Duval

Rector

Augusto —

14 Aug.

Anno dni 1778, die decimo-quarto Augusti, horâ Septimâ matutinâ, habita sunt, in Collegio Lud. Magni, Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, ad eligendos examinatores Licentiandorum in artibus, designatos a Dignissimis DD. Cancellariis /

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, appellati sunt à Pro-Cancellariis Examinatores Licentiandorum in artibus à Dignissimis Cancellariis designati: nimirùm, apud B. Mariam, M. Gabriel Chrisost. Boulenger, pro Natione honorandâ: M. Car. Phil. Pollion, pro fidmâ: M. Germanus Rattier, pro Veneranda: M. Franc. Poirot, pro Constantissimâ, omnes Baccalaurei in Theologiâ: apud B. verò Genovefen. M. Preveaux, Bac. Theol: pro honorandâ: M. Despreaux, Philos.ae Professor in Marchiano, pro fidmâ: M. Sonnet, Bac. Theol, pro Vend.ae: M. Aherne, Philosophiæ Prof. in Regiâ Navarrâ, pro Constantissimâ. /

Dimissæ nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ per procuratores retulerunt, eligi à se et confirmari ad probandam peritiam Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt à Dignissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprà nominatos / Qui quidem novi Examinatores Sacramentum palam dixerunt inter manus Ampl.i Rectoris /

hybon de Blagny

Cerendas

hatté

Digressis Pro-Cancellariis, factâque Supplicandi potestate, Supplicarunt, Carolus-Petr hybon de Blagny, ut nomen non inscriptum in Catalogis paschalibus restituatur: Petrus Cerendas, Presbyter Claromontensis, ut nomen in iisdem omissum restituatur; Franciscus-Salesius-hatté Parisinus, in artibus Magister, ut ne sibi noceat, quod scripserit alexander et Noviomæus, pro Salesius et Parisinus; et Baccalaureatum in artibus apud fidmam nationem consecutus fuerit. Audito de Supplicibus Mer.o Syndico: Dimissæ nationes ad deliberandum, per Procuratores retulerunt, à se Supplicibus indulgeri /

Addidit hon. Natio Quod spectat ad M. hatte, Censet hon.a Natio ab ipso solvendam esse pensionem honorariam, ut moris est. Proeterea ad novum examen accedat, coram arbitris honorandi ordinis /

Et ita Conclusit amplissimus Rector / Duval

Rector

15. Aug.

Anno dni 1778, die decimâ quintâ Augusti, ampl. Rector, assumptis secum Comitibus Mer.o Syndico, integerrimo Quæstore, et M.o Lambert, Catalogum Alumnorum Universitatis, qui præmia consecuti sunt in solemni distributione, obtulit Regi, augustissimis ejus fratribus, Illust.o Regiorum Sigillorum Custodi, et Illust. Regni administris. /

Fourneau

29. Aug

Anno dni 1778, die vigesimo-nono-Augusti, habita sunt in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici-magni. Quibus M. Math. Geor. Girault de Kxoudou, Concl.ae Trib.i Acad.i Latâ die 4.a Julii proximè elapsi nominatus in adjutorem fid. Scribæ cum spe futuræ Successionis, interfuit; tum ut M.o Fourneau Scribæ absentis functiones exerceret; tum ut M.o Le Bel, Quæstoris pariter absentis vices impleret; ejusque loco sportulas distribueret. /

1.o deliberandum proposuit ampl. Rector, utrum quis adesset cum autoritate Scribæ functiones his in Comitiis exercendi. Tum surrexit M. Girault de Kxoudou, atque cum bonâ veniâ tum ampl.o Rectoris tum Clar. Deputatorum dixit, ad quæstionem ab ampl.o Rectore propositam facilem afferri posse responsionem; cum nempe, jus illud sibi fuerit ab ipso Tribunali Acad.co delatum die 4.a Julii proximè elapsi: cum jus idem Supremi Senatûs autoritate fuerit assertum arresto homologationis ut aiunt, die 6.a ejusd. mensis Julii Lato; cum demùm Decreto Supremi ejusd. Senatûs hesternâ die Lato, jussum fuerit provisoriè functiones Scribæ à se exerceri; quoties aberit fidmus Scriba. his dictis, Legit Mer. Syndicus Epistolam ad se datam à V. C. M. Barly, Univ.is apud Sup. Senatum Procuratore

forensi, quâ continetur summa seu Enuntiatio eorum quæ decernuntur in præd. arresto; cujus quidem Enuntiationis tenor sequitur. La Cour reçoit les intervenans parties intervenantes, et sans préjudicier au droit des Parties au Principal, ordonne par provision, qu'en cas d'absence, de Maladie, ou empêchement du Greffier de l'Université seulement, Led. Malthurin Georges de Kroudou en fera les fonctions. Sur le surplus des demandes des Parties les renvoie à l'audiance, depens reservés. En Parlem.t Le 28 aout 1778. Signé, de Glatigny. His auditis, Ampl. Rector proposuit deliberandum an præd. Malth. Georg. Girault de Kroudou autoritatem haberet scribæ functiones his in Comitiis exercendi; eumque jussit exire é Comitio quandiu deliberatio haberetur. Ille dixit se nunquam immemorem honoris et obsequii erga Amp. Rectorem egredi é Comitio, salvis tamen et integris juribus suis. Cum facta est deliberatio: Quâ absolutâ, M.° Girault per apparitorem revocato atque in Comitium reposito renuntiavit Ampl. Rector, ex pluralitate suffragiorum, nullam esse M.° Girault autoritatem scribæ munia exercendi. Itaque cum ille recedere pararet é Comitio, à quibusdam postulatum est, quis vices impleret præsentibus in Comitiis: Rogatusque ab ampl.° Rectore Merit. Syndicus, ut hanc in se provinciam susciperet dixit, sibi munus esse certum ac proprium his in Comitiis. Igitur, Dictum est posse ab Acad.ce Tribunali nominari M. Girault, qui dictas scribæ functiones exerceret, salvis tum Ordinum intercedentium, tum ipsius etiam M.° Girault juribus. Quibus quidem servatis ille scribæ vices obiit./

2.° Supplicarunt, pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii, MM. Ant. Blasius Leon. Bandy, Subd. Lemovicensis: Leon. Bandy, Diac. Lemovicensis; Armandus Julius Seraine, Subd. Ambianensis; Carolus Petrus Ribon de Bagny, Carnutensis; de quibus retulit Mer. Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Prof. quor audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus nihil desiderari. Quo audito, rogatis dictisque sententiis placuit quatuor Præs. supplicibus sua postulata concedi./

3.° Accessit ad Tribunal Acad.um V. C. M. Edmundus Martin, Cons.r Facult.is antecessor, Comes, et Syndicus, qui postquam dixit se fuisse à Trib.i Acad.° anteà Deputatum, cum V. C. M. Fourneau, Scribâ fid.mo et M. Le Bel, int.° Quæstore, ad persequendum, et quâ ratione possent peragendum Bursæ Purchotianæ Negotium, libellum supplicem recitavit, cujus tenor sequitur. Messieurs, Maître Edme Pourchot, après avoir travaillé toute sa vie, à la gloire et aux avantages de l'université, dans les differentes places qu'il y a occupées avec distinction; lui a donné par son testament une dern.e marque de son attachement, en laissant à sa disposition le peu de bien qui restoit après sa mort. Par son test.t M. Pourchot fait deux fondations dans l'Univ.té, La 1.e d'une chaire de Langue Grecque au Col. des Grassins; La 2.e d'une bourse qu'il desire être executée au même College, l'une et l'autre à la nomination et entière disposition du Trib.l de l'Université. — Vous avés accepté, Messieurs, ces deux fondations et vous avés bien voulu vous en charger. Par vos soins, et sur mes représentations, la 1.e de ces fondations, qui concerne la chaire de Grec, a eu son execution, au moyen des arrangemens convenus entre le Tribunal et les Superieurs du Col. des Grassins. Vous avés nommé Le Celebre M. Le Beau, pour remplir la chaire de Grec, et vous l'avés remplacé par Le Prof. de Rhet.que du même College — La fondation de la bourse est demeurée jusqu'à present sans execution; malgré l'interêt que vous y avés pris. Vous nous avés expressem.t chargés MM. Les Greffier et Receveur et moy d'aviser aux moyens de mettre à execution cette fondation; vous nous avés autorisés à traiter, sous votre bon plaisir, avec les Superieurs du Col. des Grassins, au desir du fondateur. Nous nous sommes conformés à vos intentions. Après beaucoup de propositions de part et d'autre; ce n'a été que l'année derniere que les Superieurs du Col des Grassins ont donné leur desistement par écrit, attendu la modicité de la somme affectée à la fondation de la Bourse. — Comme aux termes du testament du fondateur, la pleine et entière execution de cette fondation est attribuée au Tribunal de l'Univ.té, et qu'il a la liberté de placer la bourse dans tel Col. de l'Univ.té qu'il jugera à propos: Après avoir, d'après cette liberté laissée au Tribunal, conféré entre nous et murement examiné, quel pouvoit

Aug°

Le College, dans lequel cette bourse seroit le plus surem.t établie, et avec le plus davantages pour le Boursier, nous avons enfin jetté les yeux sur le Col. de Louis le Grand./

Ce College renferme les boursiers de tous les petits Colleges de l'Univ.té Par cette destination, il est destiné aux étudians pauvres et destitués de secours necessaires pour faire leurs études. Par les soins, la vigilance, l'oeconomie et le zele des administrateurs du Col. de Louis le Grand pr. l'éducation publique, les revenus de ce Col. sont considerablem.t augmentés; et l'usage en est sagem.t emploié à la destination de cet établissement —— Nous avons esperé que leur établissem.t attachem.t pour l'univ.té; leur vénération pour la Memoire d'un homme aussi celebre que M. Pourchot, dont le nom sera toujours cher à l'Univ.té, les engageroient à recevoir parmi les Boursiers du Col. de Louis le Grand pour la somme de trois cent livres fixée par le testament pour cette fondation, l'unique Boursier qui soit à la nomination de l'Université. a Paris ce 28 aout 1778. Signatum, Martin Commissaire: fourneau, Commissaire. Itaque, postulavit Cons.ds Ant.or et Comes, ut quae Provincia Deputati Dat. fuerat agendi cum Deputatis Grassinaeis administris, eadem ipsis reliquerentur agendi cum Ludovicaeis administratoribus; simulque Collegii Grassinaei administratorum consensum rite subsignatum deposuit, quibus peractis, audito Mer.o Univ.tis Syndico, dictisque Sententiis, Placuit, copiam fieri Clar. tribus Deputatis sciendi ab administratoribus Ludovicaeis, an ipsi vellent Bursarium Purchotianum admittere, pro summa annua trecentarum Libellarum, ea tamen lege, ut ad Trib.m Acad.um prius referant, quam cum Clar. Col. Lud.i Magni administratoribus quidquam transigatur/

Sequitur tenor Consensus Grassinaei Administratorum./

Nous Paul-albert de Luynes, Cardinal de la S. Eglise Romaine, Arch.que de Sens, et en cette qualité Superieur Majeur du Col. des Grassins. Sur l'avis qui nous a été donné par MM. Les Principal, Procureur et autres personnes dud. College; que sur la proposition qui leur avoit été faite par MM. Les Commissaires du Tribunal de l'Univ.té, d'accepter la fondation faite par M.e Edme Pourchot en datte du 10. xbre 1733. d'une bourse, que led. M.e Pourchot desire être établie et éxecutée au Col. des Grassins; et laissant neanmoins au Tribunal de l'Univ.té la pleine et entiere liberté de placer le Boursier en tel College qu'ils jugeront à propos, dans les cas prévus dans led. testament, moiennant une somme annuelle de trois cent livres pour la pension dud. Boursier; qu'encore que lesd. S.rs Principal, Procureur et autres membres du College desirassent donner en cette occasion des marques de leur respect pour un homme aussi celebre, et qui a si bien merité de l'Univ.té; l'état actuel du College ne leur permettoit pas d'accepter cette fondation, attendu la modicité de la somme à laquelle elle se trouve fixée. Nous, en notre qualité de Superieur Majeur dud. College des Grassins, estimons et sommes d'avis, qu'il ne peut y avoir lieu à l'acceptation de lad. fondation, attendu la modicité de la somme à laquelle elle est fixée. à Paris ce quatre fevrier mil sept cent soixante-dix sept. Signé, Paul Cardinal archeveque de Sens/

Nous soussignés Principal et Procureur du Col. des Grassins renonçons pareillem.t a la fondation proposée aud. College, conformément au testament de M. Pourchot. à Paris, led. jour et an que dessus. Signé de Neuville, Principal. et Cahours, Procureur/

4.° accessit ad Tribunal Acad.um Celeb.us Phil.ae Prof. in Col. Lud. Magni, M. Royou: graviter conquestus est adversus Libellum Memorialem à me (M. Girault) subsignatum, in lite apud Supremam Curiam pendente cum Ven.o ordine: Orationem Latinam legit, qua sua querimonia continetur, quamque primum cum denuntiato Libello deposuit, atque è Comitio egressus est. Tum auditus est Mer. Syndicus de expostulatione ejusd. M. Royou; itumque est, more solito, in suffragia. Quibus auditis, Dictum est, non esse habendam rationem expostulationis M.r Royou; tum quod ille solitam formam non fuerit secutus; tum quod Libellus denuntiatus prodierit in lite apud Supremum Senatum pendente. Quam conclusionem Ampl. Rector Mgro Royou in Comitium revocato renuntiavit/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Repente verò, M. Royou deposita instrumenta resumit, adversùs renuntiatam Conclusionem protestatur quam nullitatis incusat; suæque protestationis actum sibi dari postulat. / Actum petitum recusavit Amp. Rector, monuitque M. Royou hanc postulationem esse Tribunali acad.co injuriosam /

5.° Placuit in diem Mercurii Septimam mensis octobris proximi Solemnes Universitati Supplicationes indici. / ad ædes D. Sacras sub invoc.e S. Ludovici, in viâ S. Antonii

6.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

7.° Sap.us Cons.e Jurium Facul. Decanus, conclusionem legit sui ordinis, latam hoc anno 1778, die 13.a hujus mensis Augusti: eamque postulavit in Commentariis Universitatis inscribi. Adversùs recitatam conclusionem insurrexit Ampl. Rector, falsitatis incusavit ea quæ Consult.e Facultati Decanus retulerat; lectam Conclusionem apud se retinuit, protestatus nunquam se passurum in Tabulas Universitatis referri conclusionem sibi Rectori contumeliosam. Suæ quoque postulationis actum petiit Sap. Consult.e Facultatis Decanus; declaravitque alterum ejusdem Conclusionis exemplar à se traditum iri Univ.tis Scribæ vel Coadjutori ejus in Commentarios referendum (at recedentibus omnibus de petitione et declaratione Sapient.mi Decani non fuit deliberatum /

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est /. Duval

Rector

Die Secundo mensis Septembris, ampl. Rector, cum frequenti Comitatu se contulit ad ædes Illustrissimi Rei ærariæ Directoris; ei que, Universitatis nomine, gratias egit maximas ob novam reditibus nostris accessionem Regie Consistorii Decreto consignatam; easdem que Illustri viro Domino de Lessart, Regiâ Supplicibus Libellis, et apud Augustissimum Regis Fratrem Rei nummariæ Præfecto: quod quidem officium sibi acceptissimum esse illi comiter ac perurbanè significarunt /. Fourneau 2. Sept.

Anno dñi 1778., die tertio octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. / 3. Octob.

1.° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. henricus-Ludovicus Tobiesen duby, Diaconus-Parisinus: — Lucas de Gay de Nexon, Diaconus Lemovicensis; Martinus-Stanislaus Arragonnes de Laval, Subdiaconus claromontensis; Joannes Sallier, Diaconus æduensis, Georgius-Vinot, Acolythus Parisinus; Joannes-Eleonorius Montanier de Balmon, Subdiaconus Genevensis; Ludovicus-Simon du Doyer de chaulnoix, Diaconus Carnutensis; Dionysius Blasius-Maria Morelet, Presbyter æduensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse retè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua singulis supplicibus postulata concessa /

2.° Ego scriba Legi denuntiatum mihi juridicè, pro Tribunali-Academico, Supremi-Senatûs Arrestum, latum die 28.a Augusti proximè elapsi, quo

Fit potestas M.o Girault de Koudou ex provisione exercendi quaslibet Scribae Universitatis functiones, me absente, aut aegrotante, aut impedito duntaxat. Quod quidem Placuit in Commentarios referri/.

Praeterea, Uterque Ornatissimus Gallicanae et Germanicae Nationis Procurator, Sui ordinis nomine petiit, ut inter subsignandum M. Girault abstineret à titulo Coadjutoris, suaeque postulationis actum petiere, quem eis concessit Amplissimus Rector./

Insuper, Amplissimus Galliae Exprocurator M. Duval, petiit ut ne M. Girault unà cum M. Fourneau eadem acta academica et litteras suâ Syngrapha muniret, actumque suae petitionis petiit; quem ei concessit ampl. Rector./

3.o Lecta et recognita sunt quae fuerant acta et statuta superioribus in Comitiis, cum ego gravi morbo decumberem, scilicet mensibus Februario, Martio, Aprili, maio et Junio/

4.o Lecta et recognita sunt, quae me absente, et Scribae vices gerente M.o Girault de Koudou, acta et statuta sunt, superioribus in Comitiis, die 29.a mensis augusti proximè elapsi in antecessum habitis/.

5.o Legit ampl. Rector Libellum supplicem à se conscriptum, tùm adversùs relationem factam à Sap. Jurium Decano de agendi-ratione quam habuit ampl. Rector in nominatione M.o Girault, tùm adversùs conclusionem, quae inde subsecuta est die 13. augusti proximè elapsi. Qui quidem Libellus tùm à Sapientissimis Theologiae et Medicinae Decanis, tùm ab Ornat. Galliae, Normaniae et Germaniae Procuratoribus approbatus est, et eorum Syngraphâ munitus./

6.o Legit Salub.ae Fac.is Decanus M. Desessarts, ordinis sui decretum, cujus tenor sequitur.

Extractum è Commentariis Saluberrimae Facultatis,
in Universitate Parisiensi/

Die vigesimâ secundâ mensis septembris anni 1778., Saluberrima Facultas, ritè convocata, postquàm audivit relationem Epistolae ab Illust.o Regni Administro DD. Amelot, et deinde litterarum Patentium, quibus Regia Medica Societas instituitur, Unanimi suffragiorum numero statuit 1.o Sanctum et omittendum nunquam sibi esse officium Libellos memoriales justasque reclamationes Regi beneficentissimo atque aequissimo iterum atque iterum offerre. 2.o Almam Parentem Universitatem, in Saluberrimi Ordinis Jurium, quae sua sunt, deffensionem, vocandam esse; et ea omnia facienda, quae probaverint, aut monuerint Illustrissimi tùm in Supremo Senatu, tùm in Regiis Consiliis Patroni ad Consilium vocati. 3.o quatuor Deputatis jam appellatis circa praesens negotium, plures alios circiter viginti jungendos esse à Decano electos, et à quatuor Deputatis probatos; paenes quos omnes, pro suffragiorum duabus tertiis partibus quidquid agendum inter se decernendi potestas erit, a Facultate ita concessa, ut quidquid egerint, ratum gratumque et pro voto totius facultatis habeatur./

Signatum Desessarts, Decanus/

Quod quidem Decretum subsignaverunt Utriusque ordinis duo è praesentibus antiquiores/

Signatum. de Lepine/ Thierry de Bussy./
hazon./ Sallin/

haec è Comm.tris fideliter extracta testor/ Sign. J. L. Desessarts, Decanus/

Re in deliberationem missâ, Rogatis dictisque sententiis; tempus Suæ Nationis consulendæ petierunt Cornus Sistini Gallicus et Normanicus Procuratores: Cæteris verò Deputatis Placuit perseverari in deliberatis, ut Universitas Saluberrimo ordini omnem, quam potuit, opem atque operam præstet: sed de modo præstandi Consulat Universitatis Consiliarios forenses, in ipsis Tribunalib. Academicis Comitiis, si necesse sit, audiendos/

Et ita concluxit Ampl. Rector/ Duval Rector

Anno Dni 1778, die Septimo Octobris, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia Centuriata Universitatis, ad sacras Supplicationes. 7. Oct.

Primùm in aulâ Trib.li Acad.æ processum est, ubi, annuentibus omnibus Deputatis, M. Le Bel, Quæstor, Singulis distribuit sex libellarum exportulam, quæ aliàs in Comitiis distribui solet/

Deinde, Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Mag.ri artium et quinquennii MM. Franc. Fournaux, Presb. Rolzomagensis, et Sebastianus Gontheres, Clericus Rolz.is: de quibus retulit Mr. Franc. Mic. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierint, testimonia; quibus constat legitimum Studii tempus abiis fuisse ritè confectum cæteraque instrumenta ad fam. Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mro Syndico, Placuit, suum ubique Supplicii postulatum cuedi/

Posteà Sup. Jurium Decanus, Ordinis sui nomine petiit, ut Deliberatio quæ Lata die 13.a Aug.ti, jamque à se lecta postremis in Comitiis, habitâ præviâ deliberatione, inscriberetur in Commentariis, cum conclusionibus aliorum Ordinum de eâdem re habitis, hujusque Suæ postulationis actum petiit. Re ad deliberandum propositâ, cùm unus è Deputatis observavisset, hanc postulationem nec cum Rectore, nec cum Syndico, ante Comitia communicatam fuisse, ad eo que ritè factam non esse: Respondit Ampl. Rector se Decano Juriùm actum quem petiit, sed de ejus postulatione deliberatum non iri/

Antequàm è Comitio discederetur, dixit Sup. Medicinæ Decanus, ab ordine suo latum esse Decretum, idemque in Supremi Senatûs tabulas relatum, quo cautum est, ne Decanus Orcus, ut aliàs sederet, et Factores, post antiquiores Doctores, in Comitiis Centuriatis Universitatis ad Supplicationes, sed primum locum tenerent, excepto Antiquiore/

Inde ad aulam Acad.æ processum est, ubi postquàm Ampl. Rector brevitèr sed ornatè dixit de hodiernis Comitiis, pro felici Regiorum armorum successu, et Augustissimæ Reginæ prospero partu; petiit rata et grata haberi quæ gessit; litteras commendatitias sibi decerni; amplissimumque Comitatum sibi præberi, ad ædes Dei Sacras sub invocatione S. Ludovici de Cultura, tam eundo quàm redeundo/

Sup. Theol. Decanus, M. Certain dixit, à Sacro Ordine rata et grata haberi quæcumque gessit Ampl. Rector in suo Primetri Magistratu de Consilio Decanorum, litteras illi decerni commendatitias et honorificas; amplissimum petiitque Comitatum ad ædes Dei Sacras sub invocatione S. Ludovici de Cultura, eundo et redeundo/

Sup. Jurium Decanus, M. Sabourault de la Bonnetrie, his verbis Ordinis sui Sententiam retulit. A. D. R.; S. D. P. O. P. A.: Per me Consult.m Facultas improbat Ampl.ti Rectoris agendi rationem, quatenus ad totum Negotium electionis M. Girault de Boudou, in Coadjutorem Sed. Univ.lis Scribæ. 1.o quòd postulationem Mri Fourneau miserit in deliberationem eo ipso die eoque instanti quo facta fuerat. 2.o quòd posteà, die primâ Augusti, tentaverit ad alia remittere Comitia recognitionem conclusionis quæ fuerat data M. Girault. 3.o quòd in Comitiis Academicis habitis die sextâ Augusti actum petitionis urgendæ Mri Fourneau, clausulam adjecerit, quæ ei esset ultrò petita, et Tribunalis Academici juribus adversaretur. 4.o quòd in Comitiis habitis die decimâ Augusti, proposuerit immutationem in dictâ deliberatione habitâ die quartâ Julii, quæ retracta, recognita et suis numeris absoluta fuerat. Comitatum insuper Ampl.i Rectori posthac Consult.m Facultas ritè procedere ad ædem Dei Sacram sub invocatione S. Ludovici

de Culturâ, tam eundo quam redeundo/ Signatum, Sabouraux de la Bonnetrie, Consultme Facultatis Decanus/

Sap. Medicinæ Decanus, à Salub.o Ordine rata et grata haberi quæcumque gessit Am. Rector in suo Trimestri Magistratu, litterasque decerni Commendatitias, quam fieri potest, honorificentissimas; amplumque polliceri Comitatum. Insuper, Salub.æ Facultatis nomine ac jussu, summis laudibus extulit Amp. Rectoris fidem, diligentiam, indefessum tum in rebus Acad.cis promovendis, tum in juribus singulorum Ordinum defendendis studium ab omni partium studio alienum, hoc autem suffragium summâ cum lætitiâ exceptum est à frequentissimo Virorum Acad. Consesu manibus ex omni parte plaudentium/

Demum ornat. Galliæ Procurator, M. Duval sequentem legit Orationem. A. D. R. S. D. P. O. P. A. Præclara Artium facultas per me, concordiæ causâ, rata et grata habet, quæ gessit Ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu: improbatâ nihilominus designatione Coadjutoris Scribæ cum spe futuræ successionis, inconsultis Ordinibus factâ in Tribunali Acad.co die quartâ Julii proxime elapsi habito; ut pote quæ res sit gravioris momenti, de quâ, secundum statuta, consulendi erant Ordines Acad.ci: litteras ampl.o Rectori decernit perhonorificas, et ampl.um illi pollicetur Comitatum ad ædes Deo sacras sub invocatione S. Ludovici de Culturâ rite processuro/

Declarat insuper Narrationem à M. Sabouraux coram Consul.a Facultate, die decimâ tertiâ (Aug.i) factam à Veritate in instrumentis publicis consignatâ alienam esse et Libello Memoriali ab Ampl.o Rectore lecto in Tribunali die tertio præsentis mensis habito, atque à singulis tum Decanis (excepto M. Sabouraux) tum Procuratoribus probato ac subsignato invicte ac diserte confici, Ampl. Rectorem à M.o Sabouraux injuste accusatum fuisse. Quoad Conclusionem consequenter ad inaccuratam illam Narrationem à Consul.a Facultate factam, ipse viderit Consul.us Ordo: nullum enim in se jus habent Ordines Academici. Verum in istius Conclusionis contextu legitur, penes Universitatem non esse, multo minus penes ullas Facultates aut Nationes, quod semel ab Universitatis Tribunali decretum est resolvere, vel quocumque modo infringere — Porrò, Præclara Artium facultas, per me, concordiæ causâ, novam hanc et hactenus inauditam assertionem, tanquam salsam habet, atque eversivam totius Academicæ constitutionis, quam historicus Universitatis Egassius Duboulay sequentibus verbis describit tomo 3.o pag. 578. Cæterùm consilium Universitatis (Tribunal Academicum) non quemadmodum in Monarchiâ imperium habet, aut pro imperio judicat et definit absolutè loquendo; sed ut in Democratiâ consulit, tractat, refert et exequitur statuta. Universitas verò statuit et jubet: sed proinde à consistorio Academico, seu à consilio Rectoris appellatur ad Universitatem, non contra. Ita Duboulay.

Mandat. Præc. artium facultas Scribæ Univ.tis simul et Præcl.æ Artium facultatis, ut hanc, quam proferimus, sententiam in processu verbali præsentium Comitiorum Centuriatorum exscribat; atque illius processus verbalis exemplar authenticum nobis quam primùm tradat. Signatum, Duval, Exprocurator honorandi Ordinis/

His auditis, Ampl. Rector dixit: Igitur rata et grata habetis quæ gessimus in Nostro Trimestri Magistratu, litterasque commendatitias Nobis decernitis: ampl.um insuper pollicemi comitatum rite processuris ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ludovici de Culturâ, atque inde redituro. Et Ego vobiscum concludo/

Ibi Pontificem egit M. Sepher, Doc. Theol, Socius Sorbonicus, et D.æ Mariæ Procancellarius. Orationem habuit ad populum M. Tintouin, itid Doctor Th., et Socius Sorbonicus: Eucharisticam ad Pontificem M. Le Fevre, Grammaticæ Professor in Montacutio/ Duval

Rector

10. octob. Anno dni 1778, die decimo octobris, habita erant, in Collegio Ludovici Magni, Comitia generalia Præclaræ artium Facultatis./

ORN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem 1.o Ego legi Epistolam Illust.mi rei aerariae Directoris ad Rectorem; ac deinde litteras Patentes versalies datas die vigesima Junii 1778, quibus vigesima octava nostra pars nuntiatuum, quam singulis deinceps annis solvent generales Regiorum nuntiatuum Redemptores, ad summam ducentarum sexaginta millium Librarum (260000) protrahitur; unde reditibus ad gratuitam Juventutis institutionem attributis fit accessio sex millium Librarum supra viginti sex Libellas, cum sex assibus et quatuor denariis. (6726.tt 6.s 4.d) —

2.o Facta supplicandi potestate supplicarunt henricus-Josephus Tobiesen-Duly, Diac. Parisinus, ut omnis sum gentilitium nomen Tobiesen in actis acad. restituatur: Martinus Stanislaus Arragonnis de Laval, loco M. Joannis Fallier, absentis sonticâ de causâ, ut cognomentum Andreas malè additum deleatur: Joan. hervaeus-franc. Privat de la Roche, Constantiensis, ut biennium Cadomense, cui quidem desunt in Uni.te Cadomensi tres menses, sed quos complevit tribus mensibus in Parisiensi, sibi pro uno anno imputetur: Posteà, pro immunitate ab onere scribendi, Carolus Alexander de Damas, propter fistulam Lacrimalem, testante M. Bouvard, Doctore Medico Parisiensi; Ivo Anna de Kellech, Trevorensis, propter difficultatem auditûs, quam scripto testatur M. Dufresnay, Doc. Medicus Parisiensis; Carolus Henry, ob infirmitatem oculorum, quam scripto testatur M. Caille, Doctor Medicus Parisiensis; et Joannes Rodnett, clericus Corragiensis in hibernia, ob debilitatem pectoris, testante M. Mac-mahon, Doctore Medico Parisiensi.

Tobiesen duly
Fallier
Privat de la Roche
de Damas
de Kellech
Henry
Rodnett

Audita de supplicibus M. franc. Nicolao Guerin, Syndico, amp. Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent; Confirmarent 2.8. matutinis horis electos, et rata et grata haberent quae gessit in suo Trimestri Magistratu.

Nationes digressae ac deinde regressae per Orn. Procuratores retulerunt, a se, 1.o supplicibus omnibus indulgeri. 2.o confirmari Quatuor Viros matutinis horis electos nimirum, pro hon. Natione M. Lalande, Prof. Regium; pro fidel.s M. Lange, Philosophiae Professorem in Cardinalitio; pro Vener.s, M. Cerisier, Rhet.ae Prof. in Grassinaeo; pro Const.a, M. Oneill, Virum Procuratorium. 3.o rata et grata haberi quae gessit ampl. Rector in suo Trimestri Magistratu, excepta designatione M. Girault in adjutorem scribae: nihilominus gratias illi agi ampl.mas et Litteras commendatitias perhonorificas decerni.

Praeterea omnes Nationes censuerunt Epistolam Illust. Rei aerariae Directoris ad Rectorem: Picardica verò et Veneranda orationem pariter A. Rectoris esse in Commentariis inscribendas.

Quatuor Viri, praestito inter manus A. Rectoris Sacramento, conclave subierunt: unde digressi per M. Cerisier retulerunt, prorogatos à se fuisse, unanimi suffragiorum consensu, fasces Rectorios D.D. Petro Duval, Rectori, et Universitatis Bibliothecario.

Quae prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata probata et confirmata fuit.

Et ita conclusit amplissimus Rector. Duval

Rector

Praeterea, quod singulae Nationes de rebus deliberavissent, quas amplis. Rector in deliberationem non miserat, et de quibus Mer. Syndicus non fuerat auditus: ~~Ego~~ pro illis conclusiones habuissent, quas neque auribus neque scriptis excipere potui: Ego petii eas mihi scripto tradere vellent Orn. Procuratores, quod concessum est.

Deinde, cum hon. Gallorum Natio palam improbavisset Mer. Syndicum, quod nulla praehabita Tribunalis Acad.ae deliberatione petiisset Nominationem M.o Girault in adjutorem scribae, autoritate supremi Senatûs confirmari, atque hanc in rem libellum supplicem Senatui obtulisset; Cum que in eandem sententiam descendissent fidelissima Picardorum, et Veneranda Normanorum: Respondit Meritissimus

Syndicus, se inscio, prced. homologationem postulatam fuisse/

Demum solatis Comitiis generalibus, habita sunt Comitia Deputatorum Facultatis ad conversum; in quibus M. de Beaudre, Doct. Agg. ad Rhetorum ordinem et Diac. Bayonensis, qui ad Seminarium Bayonense digressus, ut sacros subdiaconatus et Diaconus Ordines obtineret, ab urbe abfuit per spatium unius anni; supplicavit, ut in albo Doct. Aggregatorum restitueretur; stipendio quo illis attributo gauderet. Audito Mro Syndico, rogatoribus dictis quæ sententiis, placuit unanimiter suum petenti supplici postulatum concedi/ Et ita concluxit ampl. Rector/ Duval

Rector

Lettre de M. Le Directeur general des finances à M. Le Recteur/

à Paris le 27. aout 1778.

Je vous envoie, Monsieur, l'arrest du Conseil, par lequel le Roy a bien voulu porter a 260,000 livres la somme attribuée à l'Univ.té pour son vingt huitieme dans le produit des Messageries, laquelle avoit été fixée à 253 273.tt par Arr. du Conseil du 23 mai 1766. L'Univ.té connoitra sans doute dans cette nouvelle marque des bontés du Roy, l'interest que S. M. prend à l'enseignement public, et la protection qu'elle accorde au corps ancien et distingué à qui le vin en est confié. Je vous prie d'etre persuadé, Monsieur, que je serai toujours empressé de faire valoir auprès du Roy le zele des membres qui le composent, et l'utilité de leurs services. J'ay l'honneur d'etre avec une veritable consideration Monsieur, votre très humble et très obeissant serviteur, Signé Necker/

27. oct. Anno dñi 1778, die vigesimo septimo octobris, hora septimâ matutinâ, habita fuit Comitia generalia Fac. Art. Facultatis, in Collegio Lud. Magni, ad creandos novos Censores/

Boutaret Vernou Post habitam ab ampl. Rectore orationem, facta supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi, Gilbertus Boutaret, propter infirmitatem pectoris, testante M. Dupuy, Doct. Med. Parisiensi, et Jacob. Alexius Vernou, propter auctorum imbecillitatem, quam scripto testatum M. Sumee, Doct. Med. Par./

Audito de supplicibus Mro Syndico, ampl. Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent, et novos Censores crearent./

Nationes digressæ ac deinde regressæ per Orn. Proc. retulerunt ad se ubique supplicia indulgeri. 2o creatos fuisse novos Censores, nimirum in Ron.e M. Gaudet Litterarum Prof. Ln. in Montanitio: in Sbd.e M. de Vastew, Abbat.e Prof. in Cardinalitio: in Ven.e M. Bourgeois Gram.e Prof. in Coll.e Lud. Magni: et in Const.e M. Oneill, Virum Procuratorium/

Et ita concluxit ampl. Rector/ Duval

Rector

Extemplo novi Censores solitum sacramentum præstiterunt inter manus Amplissimi Rectoris/ Fourneau

Præterea, Ornat. Procuratores singularum Nationum retulere sententias de re quam in deliberationem non miserat Amp. Rector, de qua postea Mro Syndicus non fuerat auditus, nempe de Declaratione à me facta in Comitiis Deputatorum Universitatis habitis die Veneris Augusti proximè elapsi, cujus gaudens actum petii ab ampl. Rectore, quem mihi concessit, addita clausulâ salvo ordinum Academicarum jure; quarum summa fuit. 1o gratias agendas me ampl. Rectori, quod prudenti clausulâ singulorum ordinum jus consulendi commentarios Univ.tis in ipso Tabulario, quotiescumque voluerint, servaverit. 2o improbari clementer Declaratio nem scribæ, tanquam auctoritati singulorum ordinum et præsertim Artium Facultatis contrariam. 3o ipsi injungi, ut minor Sacramenti obedientiæ ergà Nationes Nationum que Procuratores à se prodeat copiam faciat commentariorum Univ.tis in ipso Tabulario evolvendorum legendorum que atque exscribendorum, [illegible]

Procuratoribus ac Deputatis, provt ... voluerint petitaque ab illis apographa diligenter tradat.

Ego verò, cum illas Nationum Sententias, neque Scriptis neque auribus excipere potuissem, petii ut mihi Scripto traderentur; quod concessum est. Burneau

Anno Dñi 1778, die Septimo Novembris, habita fuit, in Col. Lud. Magni, Comitia Ordin. Deputatorum Univ., in quibus M. Duval, antiquus Galliæ Procurator novi Procuratoris M. Sarrois absentis vices gessit. 7. Nov.

1°. Supplicarum pro Litteris Nominationis, jure Magistrii Artium et quinquennii MM. Dion. Duby, Presb. Claros.; S. Petr. Aug.ni Janot, Presb. Suessionic., Ar.m obt.m ord. Clun. exp.; Professus; Laurentio Theodo. Hemequin, Presb. Laudunensis; de quibus retulit Mes. Syndicus, ac dixit nihil desiderari, quo audito, placuit sua præf. Supplicibus portulata concedi.

2°. Lecta et recognita fuit quæ fuerant superioribus in Comitiis die tertiâ octobris habitis acta et statuta.

De iis dixit ampl. Rector, Commentarii Universitatis ad mensem usque februarium anni præsentis à se subscriptum fuisse, in quibus legitur singulis mensibus formula, Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta. Hanc verò formulam cum ipsâ re non ita convenire, quin sint aliqua, quibus à se subscriptum est, quæ tamen lecta et recognita non fuerint. Ego verò scriba confessus sum, quæ singulis mensibus acta et statuta fuerint, non semper lecta et recognita fuisse in Comitiis proximè sequentibus: at si unus vel alter mensis lectio habita non fuerit, lecta fuisse et recognita quæ duobus vel tribus Comitiis procedentibus acta fuerant vel statuta. Id verò constare ex ipsis Registris, in quibus cum lectio et recognitio non est habita, ejus nulla fit mentio.

Deinde, M. Duval, Procuratoris Galliæ vices gerens, conquestus est benè multas à se factas fuisse præcedentibus in Comitiis observationes, declarationes et protestationes, de quibus Processus-verbales Comitiorum silent: Ego verò, quæ sint illæ observationes, declarationes et protestationes, de quibus silent Processus-Verbales, à me ignorari dixit. Rogavi, ut illas vellet aut vivâ voce repetere, aut scriptis mihi tradere in commentariis fideliter inscribendas, si ita Tribunali Aud.i videretur. At ille, repetitis iisdem querimoniis, nihil præterea dedit inscribendum: Sive quæ postulationis actum petiit, quem ei concessit ampl. Rector.

3°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis Centoriatis ad sacras Supplicationes habitis die septimâ octobris proximè elapsi acta et statuta.

De illis, ego Legi instrumentum Jurisdicum Consult.i Juriam Facultatis nomine mihi denuntiatum, ne Conclusio illa quam. Brn. Galliæ Ex-Procurator M. Duval, in dictis Comitiis Centoriatis Legit sub Præd.o Artium Fraul.s nomine, inscriberetur in Comm.is Univ.tis. Bonæ quidem constiterit præd. Conclusionem à Præd.o Artium Facultate rité latam fuisse; ac decrevit Tribunal Aud.um eandem in Commentarios referri. Quibus lectis, Ego Scriba dixi Amplitudinem esse pariter ac tristem sortem meam: Nunc enim mandare mihi Præclaram Artium Facultatem, ut inscribam; inde vetare Consul.m, ne inscribam.

Postea ipse Sap. Juriam Decanus Legit Ordinis sui Consul.m latam die 29.a octobris, declarantis 1°. à se rata et grata haberi quæ gessit Decanus. 2°. Narrationem ab illo factam non esse alienam à veritate. 3°. Stare se Conclusioni latæ die 13.a Aug.i consequenter ad illam relationem. 4°. interdedere se ne suffragium ab Exprocur.e Gallicanæ nationis, postremis in Comitiis Supplicatoriis lectam inscribatur. 5°. postulavisse ut Conclusiones, tum die 13.a Augusti, tum hodiernâ die latæ in acta Univ.tis referantur, non aliâ præviâ communicatione, quam quæ de more et jure usurpatur. Denique typis mandari à suo Decano Conclusionem præsentis die factam, cum omnibus instrumentis ad illam pertinentibus. Iis lectis, petiit idem Juriam Decanus, Conclusionem tum die 13.a Aug.i latam, tum hodiernâ die factam in Commentarios Univ.tis referri.

Hoc audito, dixit Ampl. Rector declarare se ad hodiernum diem libellum Memorialem de præsenti negotio, quem gardon propter temporis angustias legere non potuit. Cum ergò nesciret an autor illius debitam Rectoriæ Dignitati reverentiam præstiterit, nec discesserit ab honore mutuo inter Ordines servando, postulationem Sap.m Juriam Decani à se non medium iri, in deliberationem præsentibus in Comitiis.

Nov. —

4°. in Arg.^m Præmii Eloq.^æ Lat.^æ à V. C. J. B. Coignard Magistri in artibus instituti, assignata est, in annum proxim.^m 1779, Sententia ex Arte Poetica, Scribendi recte sapere est et Principium et fons/

5°. ad diem Veneris 11. mensis dec. proximi indictæ sunt generales Univ.^tis Supplicationes/

6°. Quod dictum est anno 1702, Univ.^ti placuisse, Sancti-Monialibus à S.^o Josepho dictis usum beneficiarium permittere viæ in prato Clericorum sitæ, cujus longitudo erat nonaginta sex pedum, Latitudo verò duodecim; sequentibus verò temporibus, dictis Sancti-Monialibus placuisse dictum usum transferre ad Serenissimam Principem Contiacam; nunc verò Illust. Ducem DD. Daiguillon postulare, ut fundus ille sibi proprius fiat, constituto in id Censu annuo. Audito Mer.^o Syndico, Placuit M. Barly rerum nostrarum peritum pariter et amantem consuli, ut Illustrissimi Ducis votis, servatis juris formulis, annuatur/

7°. Quod, mortuo ante aliquot menses V. C. M. Juliano Chabrun, Bac. Theol., Vero Procuratorio vacaret una è Tribus Capellaniis de Castelleto, vicisque designandi essent Ven.^æ Norman Nationis. Visâ deliberatione quâ constat M. Maste, inter Minores Beneficiarios ultimo nominatum fuisse à Fid.^a Picard Natione, adeòque Vener.^æ Nationis vices recurrere: Visâ Ven.^e Ordinis Concl.^æ Latâ die 27. oct. præsentis anni, quâ Orn. ejus Procurator M. Le Tourneur ad præd. Capellaniam designatus et præsentatus est: Re in delib.^m missâ, Audito Mer.^o Syndico, Placuit M. Le Tourneur, Nor.^æ Proc.^r, præsentem et acceptantem ab Univ.^te nominari ad unam è Capellaniis de Castelleto, vacantem per obitum M. Juliani Chabrun, ultimi illius possessoris pacifici/

8°. ad Trib. Acad.^am accessit V. C. M. Germain, quinti Ord. Prof. in Montacutio, ac petiit, sibi liceret Univ.^ti dicare opusculum à se conscriptum, cui titulus est, Principes de la Langue Latine. Antequam antequam Petitioni ejus annueretur, Aud.^o Mer.^o Syndico, Placuit in Deputatos nominari V. C. MM. Vicaire et Gardin Dumesnil, Rh.^æ Prof. Emeritos, qui opus expendant, maturoque et diligenti examine præhabito, de eo referant/

9°. Quod M. Barly, Univ.^is Procurator forensis, Libellum Suppl. Sup.^o Sen.^i obtulit, sub nomine Merit.^i Univ.^is Syndici, ad impetrandam homologationem, ut aiunt, Conclusionis apud Trib. Acad. Latæ die 4 Julii proximè elapsi, quâ M. Math. Georg. Girault de Koudou à dicto Trib.^i nominatus est in Coadjutorem Scribæ cum spe futuræ successionis; quòd que Mer. Syndicus palàm declaravit, se inscio, oblatum fuisse: Rogatis dictisque sententiis Placuit, alteri Procuratori forensi fieri potestatem. Sistendi se apud Magnam Cameram, declaraturum, sume libellum supplicem sub nomine Syndici immeritò oblatum fuisse/

10°. Quod arrestum Supr.^i Senatûs Latum die 28.° aug.^o, unde fit potestas M.^o Girault de Koudou functiones Scribæ ex provisione exercendi, absente Scribâ, ægrotante, vel quâvis ratione impedito, concessum est sub falso Universitatis nomine: Placuit dicti arresti in commentariis inscriptione supersedere./

11°. Quod Ampl. Rector dixit, in postremis Procel.^æ artium facultatis Comitiis à Nationibus Decretum esse, ut in singulis Tribunalis Acad.^ci Comitiis fierent ex tempore eorum quæ gererentur Commentarioli (seu brevis et prima rerum actarum delineatio) quibus subscriberet Ampl. Rector in ipsis Comitiis; quòd que me Scribam interrogavit, utrum legi à Nationibus latæ obtemperaturus essem: Ego statim reposui, me obtemperaturum esse et quidem libentissimè, si ità à Tribunali Acad.^o statueretur. Tum Orn. Norm.^æ Procurator dixit, à Natione suâ sibi mandatum esse, ejus nomine postularet rem in deliberationem mitti apud Trib. Acad.^cum Rejicitur in deliberationem missa, Aud.^o Mer.^o Syndico, unanimiter Placuit, in singulis Deputatorum Univ.^tis Comitiis, dum ipsa habebuntur, fieri ex tempore Commentariolos, quibus subscribat Ampl. Rector in ipsis Comitiis/ Et ita super his undecim Capitibus Conclusit Ampl. Rector/ Duval

Rector

Antequàm discederetur, Ego Ampl.^o Rectori obtuli subsignandum eorum quæ gesta sunt præs. in Comitiis Commentariolum ex tempore descriptum. Ampl. verò Rector dixit, Legem modo latam non valituram, nisi sequentibus Comitiis; adeò que non subscripsit/

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1778, die duodecimo novembris, habita sunt, in Collegio Lud.o Magni, Extra-ordinaria Deputatorum Univ.us Comitia/ 12. Nov.

Primum omnium jussit ampl. Rector à me scribâ legi quae acta et statuta sunt in Comit.ciis habitis die 7.a hujus mensis. Ego verò reposui illa legitimam in formam nundum esse redacta/.

Posteà jussit ampl. Rector exire me è Comitio quaesiturum Registrum illud, quo inscribuntur acta et conclusiones praesentis anni: Mihique stupenti, causamque rei novae et insolitae suscitanti dixit, postquam obtemperavissem, causam me esse noscitarum. Ergo exii, Registrum attuli, inter manus ampl.i Rectoris tradidi; stansque ad laevam ejus arrectas aures praebui quid pararetur/

Tum ampl. Rector, se jussisse afferri Registrum, ut Deputatis ipso visu innotesceret 1.o à se subscriptum non esse actis Academicis in Registro descriptis à die 4.a Feb.ri 1778. 2.o etsi à se subscriptum est actis ante hunc diem, in iis tamen non deesse, quae transposita, omissa, aut non benè explicata sunt. hanc in rem legit indicem viginti constantem articulis, quos proposuit Deputatis cum Commentariis conferendos/.

Facta collatione, ampl. Rector Registrum mihi reddidit, regressumque meum in locum interrogavit an haberet confitentem reum vel diffitentem. Ego primum observavi, non sine ingenti doloris significatione, id mihi contingere, quod nemini è praedecessoribus meis contigisset. deinde dixi, duo mihi objici; ad primum, me responsurum praesentibus in Comitiis, ad alterum, Deo dante, in sequentibus/

Igitur ad primum; nimirum, ab ampl.o Rectore subscriptum non esse actis Acad.cis in Registro descriptis à die 4.a Feb.ri 1778., dixi, in hoc si quid peccatum est, id scribae nullatenus imputandum. Enimverò, quae acta sunt cum gravissimo morbo laborarem, nempe, mensibus Februario, Martio, Aprili et Junio, illa non fuisse lecta et recognita, nisi in Comitiis die tertiâ Octobris habitis; adeòque non potuisse ante mensem Octobrem in Commentarios referri et à Rectore subsignari. Posteà Professus sum et profiteor, statim atque illa lecta, recognita et in Commentarios relata sunt, me non semel accessisse ad ampl. Rectorem, eumque rogavisse, ut illis subscriberet: immo Registrum illi postulanti à me fuisse traditum et in manibus ejus per plures dies relictum. quem in usum? nescire me; hoc unum scire, traditum à me ut subscriberetur, et subscriptum non esse/.

Ad alterum, errores mihi objici ex transpositionibus, omissionibus et expositionibus; Verum, si qui sint, adeò leves, ut appositâ pro singulis ad marginem suâ singraphâ, ampl. Rector mecum consensisset, illos errores ad calcem reparatum iri, re, ut fieri solet, solum inter Rectorem et scribam transactâ. Ut ut sit, cum res gravioris momenti videri possit, quam est; petere me Catalogum modò lectum et respondendi tempus. Interea me discessurum è Comitio, tum ut plenior esset deliberandi libertas, tum maximè, quòd in causâ meâ scribae munia non benè forsitan obirem. Igitur, cum ad discedendum me accingerem, jussit ampl. Rector Registrum super mensam à me deponi, alteri committendum. Ego verò, salvâ Reverentiâ Rect.ae Dignitati debitâ dixi; mei muneris esse Registrum custodire, donec scriba ero: illud, post factam articulorum Collationem jam Deputatis esse inutile; mihi verò singulis diebus necessarium ad exercenda mea munia. Quo dicto, Registrum abstuli; ex Comitio dejussus M. Girault de Koudou monitum feci, ut absentis scribae vices gerere vellet apud Trib. Acad.cum/

Itaque accessit ad Trib. Acad.cum M. Girault; quem intrantem interrogavit ampl. Rector cur praesentem se sisteret. Cui interrogationi cum respondisset, sistere se ut absentis scribae vices gereret; dixit ampl. Rector mox rediturum. Cum tamen non redicet, jussit iterum amp. Rector M.um Girault è Comitio in Cubiculum scribae transire, quaesiturum Registrum. Dicto obediens fuit; at neque scribam, neque Registrum invenit/.

2.o dixit ampl. Rector convocata esse extra ordinem Comitia, ut id executioni mandaretur quod in postremis Comitiis decretum est, nimirum, nominaretur Procurator Forensis,

Nov —

qui, Trib. Acad. nomine, sisteret se praesentem apud Magnam Cameram, declaraturum, libellum supplicem à M. Barty, Univ.tis Procuratore forensi, immerito oblatum fuisse, sub nomine syndici Univ.tis, ad impetrandam homologationem conclusionis à Trib. Acad.co Latae die 4a Julii, quâ M. Girault nominatus est in adjutorem scribae, cum spe futurae successionis. Audito super eâ re M.o Franc. Nic. Guerin, syndico, rogatis dictisque sententiis Omnes Deputati (uno excepto M. Fabourcy de la Bonnetrie, cui visum est audiendum prius M. Barty) nominaverunt M. de la Courtie, Procuratorem forensem, apud Aeriam Parlamenti, qui sistat se praesentem apud Magnam Cameram, nomine Trib.is Acad.ae, ibi declaraturum, libellum supplicem à M. Barty, Univ.tis Procuratore forensi, immeritò oblatum fuisse, sub nomine syndici Univ.tis, ad impetrandam homologationem conclusionis à Tribunali Acad.co Latae die 4a Julii, quâ M. Girault nominatus est in adjutorem scribae, cum spe futurae successionis/

Cum autem Orn. Galliae et Picardiae Procuratores, hanc in rem legissent ordinum suorum sententias, easque inter manus M.i Girault tradidissent: ille petiit, ne juribus suis quidquam inde detraheretur; hujusque suae petitionis actum, quem ei concessit ampl. Rector/

3o dixit ampl. Rector 1o extitisse olim et etiamnum existere librum Rectorium, quo singuli Rectores Magistratus sui acta describerent: initium ejus fuisse anno 1696, finem, anno 1733. 2o existere etiam actorum et conclusionum Univ.tis indicem ab anno 1622 ad annum 1731. 3o visum esse Nationibus, die decimo octobris in Collegio Lud.i Magni congregatis, è re acad.ae esse, ut utrumque illud opus perficeretur; atque hanc in rem nominatos fuisse Deputatos, qui librum Rectorium et indiculum absolvant. Nunc igitur ad servandam inter ordines Acad.cos pacem et concordiam, rem à se in deliberationem mitti. Audito super utroque capite Merit.o syndico, Rogatis sententiis, cum Sap. Theologiae Decanus dixisset, super utroque capite nihil esse agendum: tum ampl. Rector, ne dissentiones inde orirentur, deliberationi proposuit finem imponere: Sapient. verò Jurium Decanus petiit, ut inchoata deliberatio absolveretur; conquestus est rem, quae est Tribunalis Acad.ae, apud Nationes fuisse primum propositam, et conclusam; nominatosque ab illis Deputatos: demum in eandem sententiam abiit cum Sap.o Theologiae Decano, super utroque capite nihil agendum/ Sap. Med.ae Decanus rogandum esse Univ.tis scribam, ut inchoatum à M. de Laval conclusionum indicem velit absolvere. V. C. M. Duval, Procuratoris Galliae vices gerens, utrumque opus esse absolvendum. Ornat. Picardiae, Normaniae et Germaniae Procuratores, denuntiatum sibi fuisse juridicè instrumentum intercessionis, nomine M.o Fourneau scribae, ne conclusiones Nationum Lectae in Comitiis generalibus Praec.ae Artium facultatis die 10. oct. prox.e elapsi executioni demandarentur; adeòque de duobus capitibus ab ampl.o Rectore propositis abstinere se à ferendâ sententiâ; ad quod suffragium accessit deinde Procuratores Galliae vices gerens. his auditis dictum est, neutrum propositum admitti: salva manere ordinum Academicorum jura: audiendum super eâ re Universitatis scribam/

4o quod Sap. Jurium Decanus, nomine sui ordinis petiit, ut deliberaretur de inscribendâ in Commentariis Univ.tis utrâque conclusione latâ, alterâ die 13. augi; alterâ, 29 octobris praesentis anni: Dixit ampl. Rector, quod postulat Sap. Jurium Decanus à se non mitti in deliberationem: non dicuisse sibi satis attentè legere libellum memorialem à Sap.o Decano publici juris factum; rem in eo statu esse, ut sibi consilio opus sit, tum ob dignitatem Rectoriam, tum ob decus ordinum Acad.corum. Itaque hujus suae recusationis actum dedit Sap.o Jurium Decano, ex tempore expediendum à scribâ/

Et ita super his quatuor capitibus conclusit
Amplissimus Rector/

Duval
Rector

GEN DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Anno dni 1778 die quinto decembris — habita sunt in Col. Lud. Magni, Comitia Ord. Deputatorum Univ. Lud. in Comitiis primum adfuit M. Sarrois, Novus Gallie Procurator.

5. Dec.

1o Supplicarunt, pro lit. hom. jure Mag. artium et quinquennii, MM. et br. Lud. Dequen Diac. Bellovacus, Car. franc. Dion. andelyque, Diac. noviomus. Joan. Sebus Girard, Diaconus rugdunens, Sebus. hic. Salandrez Diac. Vindunensis, Jure vero Rij lennii in cons. Facultate confert. Jacobus. Renatus Le moyne, Subd. Cenomanensis, de quibus ulubet M. Franc. hic. Guerin, in eorum supplicationibus nihil desiderans. Deo audito, Placuit, eas preces supplicibus postulata concedi.

2o Lecta et recognita sunt quæ facerant Superioribus in Comitiis d. 1 novembris septima habitis acta et statuta.

3o Accessit V. C. M. Martin, ac dixit, conclusionem tribunalis academia latam die 29o augusti præsentis anni communicatam a se fuisse cum administratoribus Collegii Ludovici Magni; ab illis acceptam fuisse conditionem, ut alumnus Parchotianus sit unus ex alumnis in Ludovicæo congregatis, quandiu Univ. visum erit; neque tamen in d. Univ. Quæstor ampliorem singulis annis summam numeret quam trecentarum librarum, atque hanc in rem legit administratorum deliberationem. Deinde retulit de summa ex usuris conflata et inter manus Quæstoris deposita: eam ad octingentas fuisse jam pervenisse, sed ad bis millia librarum perducendam, si Tribunali aliud videbitur. Audito super his M. Franc. hic. Guerin, Syndico: Placuit 1o gratias agi M. Comendo Martin, ob suum studium in fundationem Parchotianam. 2o propositas conditiones accipi, nisi quid ipsa Univ. suppleri velit quod desit. 3o adjungi Mer. Syndicum tribus Deputatis jam antea nominatis, nimirum MM. Martin, Sourneau et de Bel, eosdem que rogari, ut rem quantocius absolvant ac de eâ referant.

4o accessit V. C. M. Barly, Proc. forensis, ac retulit de tribus negotiis. 1o de viâ illâ quam Ill. Dux D. D. Daiguillon sibi propriam fieri postulat. 2o de petitione facta a Nobil. Comite D. de Brienne. 3o de causâ illâ quam pluribus abhinc annis Univ. Rabel, cum Nobil. Matronâ D. D. Talon. Re in deliberationem missâ, audito Mer. Syndico, Placuit mandari M. Barly, ut libellum memorialem super istis tribus capitibus quam primum confiçat, ac deinde, de priori consuli ordines Academiæ, de duobus posterioribus Consiliarios Universitatis forenses.

5o Lecta M. Girardi Scribæ absentis vices gerens scriptum eulam legit, quâ Scriba petebat 1o ut vellet ampl. Rector sibi tradere indicem articulorum quos legit in Comitiis extraordinem habitis die 12a nov. proximè elapsi. 2o in deliberationem mittere, eorum inserendorum in Commentarios conclusio ab orn. Gallie Procuratore facta die 7a oct. in Comitiis ad varias dispensationes. Visum non est ampl. Rectori Scribæ petitionibus annuere.

6o Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis die 12. novembris extra ordinem habitis acta et statuta.

7o Quod proposuit ampl. Rector Libellum Memorialem cui titulus, Compte rendu par la Faculté de Droit par M. Le Doyen &c de communicari cum ordinibus Academiæ, ut quid sibi agendum esse cognoscerent. Audito Mer. Syndico, Placuit, præd. lib. Memorialem communicari cum ordinibus Acad. ut quid sibi agendum esse cognoscerent amp. Rector.

Acta super his septem negotiis conclusit
ampl. Rector. Duval

Rector

Die septimo ejusdem mensis decembris, ampl. Rector et Procl. artium Facultatis inter- 7. Dec.
fuerunt Columni Faro apud fr. Prædicatores, pro more antiquo.

dec

9. dec. Anno dni 1778., die nono decembris, horâ post meridiem secundâ, habita sunt, in Collegio Ludi. Magni, Comitia Paedagogorum Univ.tis, ab ampl. Rectore indicta. Quibus in Comitiis M. Mich. Franc. Le Bel, Scribae absentis vices gessit. 1°. Lectae, expensae et approbatae sunt rationes accepti et expensi per Biennium à M. Grandvallet, agente. 2°. ampl. Rector, de Consilio adjunctorum et Sociorum, eidem M. Grandvallet munus Procuratoris seu agentis prorogavit. 3°. iisdem in Comitiis M. Imbert in locum M. Genay adjuncti suffectus est. Et ita conclusit ampl. Rector / Duval Rector

11. dec. Anno dni 1778, die undecimo decembris, habita sunt in Coll. Ludovici Magni, Comitia Centuriata Universitatis ad Sacras Supplicationes /

Die 14. Comitia Depur. ad res chab. aeres. Auditae rationes accepti et expensi / Duval Rector

Primum in aulâ Tribunalis Acad.i consessum est, ubi stetit se supplex unus pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii de quo retulit Mr. Syndicus, se vidisse omnia instrumenta ad id requisita, atque in his nihil desiderari. Quo audito placuit suum praes. supplici postulatum concedi /

Inde ad aulam Acad.am processum est, ubi post habitam ab ampl.o Rectore orationem elegantissimam, omnes Ordines rata et grata habuerunt quae gessit in suo trimestri Magistratu, Litteras commendatitias decrevere perhonorificas; amplumque polliciti sunt Comitatum rite processuro ad eadem Deo Sacram sub invocatione SS. Apost. in Montaucio /

Ibi Pontificem egit M. Renard, Doct. Theol., Socius Sorbonicus, Collegii Primarius. Orat. Sacram habuit M. Bourdon, itidem Doctor Theologus, Eucharisticam ad Pontificem M. Gosse, Prof. in Marchiano / Duval Rector

16. dec. Anno dni 1778. die decimo sexto decembris, habita sunt Comitia Praeclarae Artium Facultatis, in Collegio Ludovici Magni /

De Bras. Laval. Dufour. Dargnies de Fresnes. Fiselier de St Yves. Blount. Brogniard. Le Monnier. De Busty. Royou. Flobert. Filhaud de La Vergne. Cabart. Chabons

Post habitam ab ampl.o Rectore orationem, Sacrâ supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi Joannes Nicolaus Hubertus de Bras, Parisiensis, propter oculorum infirmitatem, testante M. de Lorry, Doct. Medico Par.i: Joannes Petrus Laval, ob pectoris infirmitatem, quam testatur M. Dupuy, Doct. Med. Parisiensis: Ludovicus Dufour, Senonensis, propter visus imbecillitatem, quam scripto testatur M. Andry, Doct. Med. Parisiensis; Nicolaus Claudius Dargnies de Fresnes, ob pectoris infirmitatem, cujus testis est M. Cosnier Doctor Medicus Parisiensis; Petrus Fiselier de St Yves, ob gravissimam oculorum morbum, quem scripto testatur vir peritissimus Grand-jean: Guillelmus Blount, Clericus Vigorniensis, ob continuos thoracis et ventriculi dolores, quos scripto testatur M. Dubourg, Doctor Medicus Parisiensis; Antonius Ludovicus Brogniard ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Jumelin, Doct. Med. Parisiensis: Petrus Franciscus Le Monnier, Constantiensis, ob morbum ex usu vesicatoriorum ortum, testante M. Bagneres, Doct. Medico Parisiensi; Leo Ludovicus de Busty, et Claudius Michael Royou, hic propter infirmitatem pectoris, ille oculorum, testante M.o Belleteste, antiquo Salub.ae Facultatis Decano. Supplicarunt deinde, Ludovicus Antonius Flobert, pro reformatione nominum, et Petrus Ludovicus Filhaud de la Vergne, ut ne sibi nocat quod omiserit Cognomentum Ludovicus. Demum supplicavit Ludovicus Carolus Franciscus Cabart, Constantiensis, ut biennium Cadomense sibi pro uno anno Parisiis computetur, et Joannes Petrus de Chabons du passage, ut biennium Valentinense, sibi pariter computetur pro uno anno, Rege ita jubente. Hic ergo Litteras Regias ad ampl. Rectorem datas ab Illust. Regni administro D. Amelot, quae palam recitatae sunt /

Tum Vir Clar. M. Despreaux, Philosophiae Prof. in Marchiano retulit nomen suum in omnibus Actis Academicis esse inscriptum Despreaux, addita Littera S. hancque deleri petiit /

Posteà V. C. M. Duval, Galliae Ex Procurator, habitâ praevia oratione, petiit, ut

ut illa sententia, quam Excellen[tissi]mi artium facultatis nomine recitavit in Comitiis Supplicatoriis die 7a octobris ab omnibus Nationibus rego gnoscerelur./

Audito M[agis]tro Franc. Nicolao Guerin, Cyndico, ampl. Rector dimisit Nationes ut deliberarent. 1° de Supplicibus. 2° de Quatuor viris maneatis. 3° de Duumviris ad proximum Concursum. 4° de postulatione facta ab Ornat. Gallicæ Exprocuratore; denique de valeat habitione eorum quæ gessit in suo trimestri Magistratu./

Nationes digressæ ac deinde regressæ per Ornat. Procuratores retulerunt. 1° a se rata et grata fabere quæ gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decerni; insuper, Picardicæ et Normanicæ, velle se orationem ejus elegantissimam in commentariis inscribi. 2° Supplicibus omnibus indulgeri, atque insuper litteras regias Supplici valentiani concessas velle se in commentarios referri. 3° Confirmari Quatuor viros matutinis horis electos, nempe, pro hon. Ordine, M. Guiart, Phil. Prof. in Graslinæo, pro fid° M. Le Vasseur, Rhetoricæ in Cardinalitio: pro ven[erabili], M. Samuel, Grammat. Theol. Verum Procuratorium: pro Const[itu]t M. St Joire, Prof. Emeritum Humanitatis, in Marchianis. 4° Nominatos esse Duumviros ad Concursum; in Gallicanâ, MM. Maltor et Leger, viros Rectorios; in Picardicâ, MM Lange et Le Vasseur, Philosophiæ et Rhetoricæ Prof. in Cardinalitio; in ven[erabili] M. Bastet, Prof. Emeritum, et M. Cuisier Rhet. Prof. in Graslinæo. in Germ[anâ] M. Macdonnock, Prof. Emeritum in Plessæo, et Jacquin, Prof. Rh[etoricæ] in Marchianis. 5° annuis petitionem M. Duval, Gallicæ Procuratoris; atque a singulis Nationibus tanquam suum recognoscentiam illam, quam Excell[entissi]mus artium facultatis nomine recitavit in Comitiis Supplicatoriis die 7a octobris proximè elapsi habitis. Et ita super his quinque capitibus Consules et ampl. Rector./

Quatuor viri, præstito inter manus a Rect[ore] sacramento, conclave subierunt; unde digressi per M Sonnet retulerunt prorogatos à se fuisse unanimi consensu fasces Rectorios D. D. Petro Duval, Rectori. Quæ prorogatio ab omnibus statim Nationibus laudata, approbata et confirmata fuit.

Ita Consuluit ampl. Rector./. Duval, Rector

Jus dem in Comitiis M. Ollier, antiquus Ecclesiæ Remensis Canonicus, et Grammaticæ Prof. Emeritus in Montacutio, dixit se esse tribus Senonensis antiquiorem in artibus Doctorem, adeò que illius Decanum. Ornat. Gallicæ procurator contra hanc denominationem reclamavit nomine tribus Senonensis, et ipsius Nationis Gallicanæ; hujusque rei reclamationis actum petiit, quem ei concessit ampl. Rector./. Duval, Rector

De par le Roy.

Chers et bien amés, le s[ieu]r de Rabons, nous ayant fait représenter qu'il a fait son cours de Philosophie pendant deux ans dans l'Un[iversi]té de Valence, sous des maitres seculiers; et quoique vous ne vous soiés astreints à remplir pour une année le Cours de Philosophie fait hors de votre faculté, que relativement aux Univ[ersi]tés de Reims et de Caën, qui vous sont affiliées neanmoins vous avés usé plusieurs fois d'indulgence à l'égard des Etudians des autres Univ[ersi]tés. Nous vous faisons cette lettre pour vous dire, que le s[ieu]r de Rabons a bien fait une année de Phil. à Paris; notre intention est que le Cours de Philosophie qu'il a fait à Valence, lui soit imputé pour une seconde année, et en consequence qu'il soit admis à subir les examens necessaires pour obtenir le degré de Maitre-es-arts, le tout neanmoins sans tirer à consequence si n'y faites faute, car tel est notre plaisir. Donné à Versailles le dix decembre 1778. Signé Louis. Et plus bas, Amelot/

Inscriptio erat, à nos chers et bien amés les Recteur, Procureurs, et Suppots de la Faculté des arts de notre très chere et aimée fille, l'Université de notre bonne ville de Paris/

Fournaise

Index
Beneficiariorum, officiariorum, apparitorum et Clientium
per decursum anni 1770

Officiarii.

Die quartâ Julii, M. Mathurinus Georgius Girault de Kxoudou, Philosophiæ Professor Emeritus in Regiâ Navarrâ, eligitur Coadjutor M. Guidonis Antonii Fourneau, Scribæ, cum spe futuræ Successionis, et sacramentum dicit inter manus ampl. Rectoris.

Beneficiarii.

Die septima Novembris, M. Le Tourneur, Presbyter Constantiensis, à Veneranda Normanorum natione designatus, ab Universitate nominatus est ad unam è Capellaniis de Castelleto, vacantem per obitum M. Juliani Chabrun, ultimi illius possessoris pacifici.

Magni Nuntii

è Natione Gallicanâ, Procuratore M. Marco Treguer.

Die 20. Januarii, Petrus-Josephus Aubriel, pro diœcesi Diensi.

Die 23. Jan. Martinus Le Seigneur, pro diœcesi Venciensi.

Die 19. Februarii, Carolus Duricux, pro diœcesi Tutellensi.

Die 15. Martii, Michael Nicolaus Boquet, pro Archi-Episcopatu Rhegiensi.

Die 9. Aprilis. Petrus Petit, pro Episcopatu Sagonensi.

Die 5. Maii. Franciscus Barbier, pro Archi-Epis. Tolosanensi.

Die 30. Maii, Carolus-Bernardus Comes de Narbonne Pellet, pro Epis. Elusensi.

Die 4 Junii, Antonius-Joannes-Claudius Souchay de Langerie, pro Episc. Basti-Mantinensi.

Die 27. Septembris. Guillelmus-Jacobus-Franciscus de la Noye, pro Epis. Lodoviensi.

Procuratore M.

Die 16. Oct. Germanus Fleury, pro diœcesi et Episc. Lascurrensi.

Die 25. Novemb. Antonius du Temple, pro diœcesi Conseranensi.

Die 27. decemb. Joannes Franciscus Nagant, pro diœcesi Vabrensi

è Natione Germanicâ, Procuratore M. ô Carroll.

Die 12. Januarii. Augustinus Carolus Dubin. pro Episcopatu Pelsinensi et Mesrogadensi.

Die 22. Jan. Joannes-Baptista Sené, pro Episcopatu Strigoniensi.

Die 10. Februarii. Petrus-Jacobus Le Maston, pro Episcopatu Lausannensi.

Procuratore M. Joanne Nic. Lallemand.

Die 6. Aprilis Guillelmus Mandron, pro Episcopatu Passaviensi.

Die 15. Aprilis Franc. Nicolaus Vaillant, pro Archi-Episcopatu Upsalensi.

Die 30. Aprilis. Franciscus Vaugeois, pro Episcopatu Uratislaviensi.

Die 17. Julii. Martinus-Philippus Ragon, pro Episc. Cracoviensi.

Die 6. Novembris. Cyprianus de Jeaucourt, pro Episcopatu Roffensi.

Die 14. Decembris. Carolus-Magnus Baignoux, pro Episcopatu Havelbergensi.

Die eâdem. Petrus Roger, pro Episcopatu Momosniensi.

Fourneau

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Acta Commentarii

et Conclusiones Universitatis Parisiensis.

per decursum anni millesimi Septingentesimi Septuagesimi noni./

Anno Dni 1779, die secundo Januarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Univ.tis. Quibus in Comitiis consederunt, ipse Amp. Rector D. Petrus Duval; MM. Joannes Certain: Saboureux de la Bonnetrie et Joannes Carolus Desessartz, Theologiae Juridiae et Salub.ae Facultatis Decani: MM Sarrouis, Jacobus Adrianus Capin, Josephus Le Tourneur et Jacobus Markey, Gallicanae, Picardiae, Normaniae et Germaniae Nationis Procuratores: M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico: M. Guidone Antonio Fourneau, Scribâ: et M. Michaele Francisco Le Bel, Quaestore generali/ 2. Janu./

1° Supplicarunt, pro litteris Nominationis, pere Magisterii artium et quinquennii: MM. Joan. Roux, Presb. Claromontensis; Car. Petr. Desesquilles, Subd. Parisinus; Joan. Bapt. Dubois, Subd. Laudunensis; et Lud. Ant. Flobert, Presbyter Suessionensis: Baccalaureatus verò in utroque Jure M. Ant. Le Normant, Presb. Parisinus; de quibus retulit M. Franc. Nic. Guerin, Syndicus ac dixit, Servidisse, tum eorum litteras seu Magisterii, seu Baccalaureatus, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mero Syndico, Placuit sua praef. supplicibus postulata concedi/

2° Lecta et recognita sunt, quae faciant superioribus in Comitiis acta et statuta/

3° Quod postremis in Comitiis Dictum est libellum memorialem, cui titulus est, Compte rendu à la Faculté de Droit par M. Son Doyen ac cum singulis ordinibus communicatum iri, ut quid sibi agendum esset cognos ceret Ampl. Rector; Deputati ordinum suorum retulere sententias/

Decanus Theologiae dixit, nominatos esse hanc in rem à Sacrâ Facultate Deputatos/

Decanus Medicinae. Suae Facultatis sententiam jam fuisse traditam inter manus Ampl.i Rectoris; à quâ ferendâ abstinere se tum in praesenti negotio, tum in caeteris hoc in Tribunali agitandis, propter intermissas functiones sui ordinis/

Singuli Ornatissimi quatuor Nationum Procuratores mihi Scribae tradiderunt ordinum suorum sententias, quae sic habent.

Conclusio honorandae Gallorum Nationis./

La Nation de France est d'avis, qu'il soit présenté au nom de l'Univ.té une Requête au Parlement, à l'effet d'obtenir la suppression avec affiche d'un imprimé aiant pour titre Compte rendu à la Faculté de Droit par M. Son Doyen le 29. oct. 1778. sur les suites de sa conclusion du treize aout de la même année, commençant par ces mots, MM. Vous vous rappellés . . . et finissant par ces mots qu'il accuse injustement de faux dans son exposé: Comme injurieux à l'Université, aux compagnies particulieres qui la composent, et principalement au Recteur chef de l'université; sauf à lad. Nation de prendre par la suite telles conclusions, qu'elle avisera bonnes être./. Tel est l'avis que je certifie avoir été donné dans l'assemblée de la Nation de France. Le 2. Janvier 1779. Signé Sarrouis, Proc. de la Nation de France./

Conclusio Fidelissimae Picardorum Nationis/

La Nation de Picardie est d'avis, qu'il soit présenté Requête au Parlement, au nom de l'université, à l'effet d'obtenir la suppression d'un imprimé, aiant pour titre, Compte rendu à la Faculté de Droit &c ut supra, comme tendant à troubler la paix, l'union et l'harmonie de l'Univ.té; comme injurieux d'ailleurs à l'Univ.té, aux differentes compagnies

qui la composent, notament à la Nation de Picardie, à plusieurs membres du Tribunal, et surtout à M. Le Recteur, chef de l'Université. Au Tribunal de l'Univ.té, ce deux Janv. 1779. Signé Capin, Proc. de la Nat. de Picardie/

Conclusio Venerandae Normannorum Nationis.

L'avis est, qu'il soit présenté, sur le champ, au nom de l'Univ.té, une Req.te au Parlem.t, à l'effet d'obtenir la suppression d'un imprimé aiant pour titre, Compte rendu à la faculté de Droit &c (ut suprà) — et signé Saboureux de la Bonnetrie: comme injurieux à l'Univ.té, aux compagnies particulieres qui la composent: aux Doyens et Procureurs chefs des compagnies, et principalement au Recteur chef de toute l'Université/

Demander par la même Requête, que l'Arrêt à intervenir soit imprimé et affiché au nombre de 600 exemplaires. Elle charge ses Députés de travailler conjointement avec M. Le Syndic dans la poursuite de cette affaire. Elle prie M. Le Recteur de voir les Magistrats à ce sujet; et d'inviter à l'accompagner MM. Les Députés du Tribunal, qui voudront bien se joindre à lui. Signé le Tourneur/

Conclusio Constantissimae Germanorum Nationis

L'avis de la Nation d'Allemagne est, qu'il soit presenté au nom de l'Univ.té une Requête au Parlement, à l'effet d'obtenir la suppression d'un imprimé aiant pour titre Compte rendu à la faculté de Droit &c (ut suprà) comme injurieux à l'Univ.té, aux compagnies particulieres qui la composent, aux Doyens et Procureurs chefs des compagnies, et Principalement au Recteur, chef de toute l'Université. Signé Markxy.

Quibus Lectis, cum deesset sacri Ordinis sententia, Placuit ampliari./

4°. dixit ampl. Rector, sibi, per accensum publicum, denuntiatam fuisse instrumentum, quo ipse, Consult.ae facultatis Decani, Syndici et antecessorum nomine, vocatur in jus apud supremum senatum; ~~ac deinde petiit, ut Arnal Procuratores tam cum suis Ordinibus communicarent~~/

5°. ad Tribunal Acad. accessit M. Grand-Vallet, Paedagogorum Acad. agens, cum altero adjunctorum; ~~et~~ actamque ex illorum Registro deliberationem attulit, cujus tenor sequitur. Extrait des Registres des deliberations de la compagnies des Maitres-es-Arts et de Pension de l'Univ.té/ Et l'assemblée étant terminée (9. 9bre 1778) M. L'agent étant resté dans la salle, avec MM. Les adjoins, Deputés et autres membres de la compagnie, il a ~~été~~ représenté, qu'il étoit informé, que deux Maitres de la compagnie, sçavoir M. Magniet et M. Monard avoient été nommés Maitres en charge dans la comm.té des Maitres de M. Le Chantre. Cette nouvelle a donné les plus vives allarmes aux Maitres uniquement attachés à l'Univ.té. Et comme leur crainte paroit justifiée par l'opposition qui se trouve entre les interets de la compagnie et ceux des Maitres d'Ecoles; La Matiere mise en deliberation, il a été decidé, que M. L'agent et MM. Les Députés seroient invités à se présenter devant le tribunal de l'Univ.té, pour lui faire part des allarmes de la compagnie, et le supplier de prouver à ses Maitres les moiens de tenir leurs assemblées d'une maniere uniforme et utile à la compagnie; que les deux Maitres en question ne pouvoient prendre aucun interêt à ceux de l'Univ.té, sans risquer à se parjurer envers la communauté des Maitres d'Ecoles qu'ils devoient soutenir même contre ceux de l'Univ.té; qu'il paroissoit naturel que le Tribunal voulut bien enjoindre à la compagnie de ne point inviter ni admettre les deux dits Maitres dans les assemblées, tant qu'ils seroient à la tête de leurs confreres Maitres d'Ecoles. Signé P. Hurtaut, P. adjoint: Imbert adjoint, Mautraud Deputé, Lambin Deputé: fontaine de St. freville, aubert, achard, Grandvallet, agent./ Audito M. Franc. Nic. Guerin, Syndico, Rogatis dictis que sententiis, Placuit. 1°. annui paedagogorum petitioni; ne dicti Magistri Magniet et Monard, dum in communitate Magistrorum Minores Scholas sub Procuratoris clientela

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

habentium munera exercebant, ad Comitia academica vocentur, in quib. deliberabitur de controversiis inter Pædagogos Universitatis et Magistros minorum scholarum. 2°. Placuit, audito iterum Merit°. Syndico, Mandari, ex officio, Utrique Magistro Magnier et Monard, ut intra quindecim dies concessum sibi à Præcentore munus deponant: ni paruerint, priventur datâ ipsis licentiâ Pædagogium habendi, sub nomine et Clientelâ Universitatis/.

6°. Legit Salub.ae Facultatis decanus, M. Desessartz, sui ordinis Decretum, cujus tenor sequitur. La Faculté de Medecine, après avoir entendu la Lecture des Lettres de M.r Le Garde des Sceaux; L'une en datte du 9. x.bre, qui leve les deffenses portées par sa lettre du 22. 9.bre d'executer les Decrets rendus depuis le 22 7.bre, et de ceux du 19. 8.bre et 2. 9.bre; L'intention de Sa Majesté étant qu'il ne soit point donné d'execution à ces trois Decrets, jusqu'à ce qu'elle ait manifesté plus particulierement sa volonté; et l'autre Lettre en datte du 12. x.bre: Ne peut se dissimuler, que ces deffenses la depouillent de ses droits les plus sacrés, et les plus essentiellement inherens à sa constitution. Elle est par leur effet, dans une veritable interdiction, et forcée de suspendre ses déliberations et ses fonctions, à L'exception du service des Pauvres, attendant avec respect, que Sa Majesté veuille bien ecouter ses justes et respectueuses représentations, avant qu'elle soit Legalement jugée. C'est pourquoi elle à arrêté qu'elle suspendoit ses deliberations et ses fonctions, à l'exception du service des Pauvres, jusqu'à ce qu'elle puisse faire parvenir ses respectueuses representations à Sa Majesté, et qu'il ait été prononcé legalement sur l'objet de ses representations et sur ses Decrets. Fait et arrêté en l'assemblée tenante le 5. dec. 1778. Signé, Desessartz, Doyen. Et ont signé par L'ordre de la Faculté. De L'ordre des Anciens, MM. G. de L'Epine, Majault, Bouvart, Borie, Maloët, Moreau. De L'ordre des Nouveaux, MM. Janroy, oncle; Sallin, Thierry de Busly, Gaulthier, Maigret, Quanet. Je certifie la presente Copie conforme à L'original, Signé, Desessartz, Doyen; Eoque Lecto, è comitio discessit. Audito super eâ re M.o Francisco-Nicolao Gaerin, Syndico, rogatis dictisque sententiis Placuit omnem opem atque operam præstari Salub.ae Facultati; sed de modo præstandi quamprimùm consuli Consiliarios Universitatis Forenses/.

7°. Quod Ornat. Procuratores nationum petiere ab Universitatis Syndico potestatem fieri M. de la Courtye, Procuratori Forensi apud Curiam Parlamenti, prosequendi juridicè denegationem superioribus in Comitiis statutam adversus M. Barty, ob Libellum supplicem, sub Syndici nomine malè oblatum: dixit Mer. Syndicus, se Ornat. Procuratorum petitioni libenter annuere/.

8°. Lecta et subscripta est Tabula virorum academicorum, qui tributum Regium viritim impositum, apud urbis Basilicam solvere tenentur. (gallicè la capitation).

Et ita conclusit amplis.s Rector/. Duval

Rector

Anno dni 1779, die decimâ nonâ Januarii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia Deputatorum Universitatis ab Ampl.o Rectore extra ordinem convocata, in quibus adfuerunt Viri Clarissimi. MM. de Lambon, Mée, Target et Picard, Universitatis Patrum/. 19. Janu.

Primum dixit Ampl. Rector convocata à se fuisse extra ordinem Comitia

convocatosque Consiliarios Universitatis forenses, ex quorum sententiâ certâ iniretur via, ad impediendam, si fieri potest, novam Medicorum societatem, Parisiis recens institutam/

Tum M. Desessartz, Medicinæ Decanus, breviter ac dilucidè exposuit, quæ à Medicis Parisiensibus ad hodiernam diem gesta sunt, ne aliud Parisiis esset Medicorum Collegium præter Saluberrimam Facultatem. deinde, non solius Salub.ae Facultatis sed ipsius etiam Universitatis interesse ejusmodi Societatis Parisiis non institui, à quibus artes aut scientiæ alicui ex suis ordinibus attributæ pertractentur./

Posteà Latæ sunt Litteræ Patentes ad instituendam Regiam Medicorum Societatem Versaliis datæ die 29. Aug.i anni proximè elapsi 1778, et in Senatûs tabulas relatæ mense Septembri/

Quibus Latis, Singuli Consiliarii Universitatis forenses suas dixere sententias. Summa illarum fuit, novam hanc institutionem non solum Doctorum Parisiensium honori et juribus adversari, sed etiam Universitatis Privilegiis; non quidem ex fronte et aperto Marte, sed quasi per Cuniculos; adeò que defensionem similibus cautionibus esse adhibendam/

Demùm, re in deliberationem mistâ, Audito Merit.o Syndico, Rogatis Deputatorum et Consiliariorum ex ordine sententiis, unanimiter Placuit 1.o Suas ab Universitate, Suas à Saluberrimâ Facultate Regi optimo divisim offerri humillimas et obsequentissimas Supplicationes, ne Parisiis obtineat alia Medicorum Societas præter Saluberrimam Facultatem. 2.o à Medicis priores Confici. 3.o confectis Medicorum Supplicationibus Comitia et Patronos iterùm convocari extrà ordinem/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

28 Jan. Die Jovis 28. Januarii, ampl. Rector et Præclara artium Facultas interfuerunt solemni Sacro, quod ad Memoriam D. Caroli Magni, in Æde Navarricâ, celebrari solet, ex institutione V. C. Cæsaris Egasse du Boullay, Universitatis Scribæ/

29. Die Veneris 29., Majores Universitatis officiarii, Syndicus, Scriba et Quæstor, cereos pro more detulerunt Minoribus Magistratibus/

30. Die Sabbati 30, ampl. Rector, Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis Majoribus et omnibus apparitoribus cereos de more detulerunt Serenissimo Aurelianensium Duci, Illust.o Archi-Ep.o Parisiensi, Singulisque Supremarum Curiarum Principibus: Abfuere Illustrissimi Ecclesiæ Parisiensis, Senatûs et Regiarum Rationum Principes/

Fourneau

Antequam procederetur, dixit integerrimus Quæstor Venditionem Soli illius, quod Universitas Monialibus Sancti Josephi olim concessit,

fieri non posse, quin prius Licitatio adfixa fuerit ad valvas, audito Merit.° Syndico, placuit affigi/

Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval
Rector

1. Feb.

Die Lunae primâ Februarii, iidem ampl. Rector, Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis Majoribus et omnibus Apparitoribus Versaliis se contulerunt, ibique Cereum obtulerunt Regi; praehabitâ ob ampl.° Rectore oratione brevi sed elegantissimâ. Augustissima Regina, propter Medicinam hac die ipsi ad hibitam cereum excipere non potuit; ~~ab~~ benigni dixit, sibi ingratum esse, quod non acciperet. / Denique Cereum Illust.° Regiorum sigillorum custodi obtulimus, à à quo responsum retulimus ut benevolentiae ita et consilii plenissimum/

Fourneau

3. Feb.

Die tertio ejusdem mensis Februarii, Rector ampl. et Praeclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod singulis annis apud praedicatores celebrari solet pro more antiquo/

Fourneau

Anno dni 1779, die quintâ Februarii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni Comitia Deputatorum Praeclarae Artium facultatis ad concursum/

1.° nominati sunt ex singulis tribus ordinibus duodecim Magistri, inter quos à Supremis Magistratibus seligantur arbitri concursus proximè imminentis; nimirum. ad Primum ordinem, MM. Basset, Turquet, Mazeas, Georget, Vallé, Camyer, Macdonogh, Girault, Delneuf, Rhedon, Aherne et Depreaux, ad Secundum, MM. Lambert, Furgault Hervelle, Le Roy, Le Bel, Maltor, Gardin-Dumesnil, Vicaire, Perivaux, Coger, Jacquin et Binet: ad tertium, MM. Lenier, Daire Major, Vray, Cahoura, Waller, Gaudet, Lhomond, Caboche, Darragon, Desrez, Le Vasseur, Cafaxe/

2.° Dictum est Loca ad proximum concursum vacua esse numero viginti tria; nimirum ad primum ordinem novem; ad Secundum, undecim, ad tertium tria/

3.° indicta est dies 21 quâ Candidati instrumenta ad rem praesentem requisita deponant inter manus Meritissimi Syndici: dies vigesimâ nonâ ejusdem mensis Martii, quâ nominentur inquisitores de vitâ et moribus Candidatorum: denique dies Lunae duodecima Aprilis ad aperiendum concursum/

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Duval
Rector

6. Feb.

Anno dni 1778, die Sabbati Sextâ Februarii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis, meritissimi Syndici vices obiit, M. Joannes Baptista Georget, Professor Emeritus: Scribae autem functiones exercuit M. Girault de Houdou/

1.° Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Joannes Franciscus Francois, Presb. Meldaeus; Petrus Edmundus Franciscus

Feb

Dolacharge, Decanus Tricassinus; Franciscus-Maria-Gregorius Bouyer, Abbas Ambianensis; de quibus retulit M. Georgel, Promotor, audivit, se vidisse tum eorum litteras Magistratus, tum Professorum quas audierunt testimonio, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, eosque instrumenta ad gradum suppletionem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Clarissimo Pro-Syndico, Mandat, Sacræ præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ causam superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Petit ampl. Rector, ut referant Deputati ordinum eorum sententias, de Libello memoriali, qui titulum est Compte rendu à la faculté de Droit &c., juxtà art. 3um Conclusionis Latæ die 2da Januarii ultimi.

Primum Sac. Theologiæ Decanus legendam tradidit Conclusionem Sacri hujus ordinis Latam die Mercurii tertiâ hujus mensis; tum etiam extractum è Commentariis Consultiss. Juridum facultatis; quod utrumque instrumentum sic habet.

Conclusio Sacræ Facultatis.

Anno Dni 1779, die Mercurii tertio mensis Februarii, habitis sunt Comitia Sacræ Facultatis generalia, eaque ordinaria; in quibus de articulis propositis et in deliberationem missis sic fuit conclusum.

Art. 4°. Cernit Sacer Ordo, negotium quod spectat partem territorii sibi propè Monasterium S. Josephi non esse tractandam viâ alienationis; sed obtinendum pro suæ portionis terræ, si fieri potest, reditum annuum nunquam redimendum.

Art. 5°. Circa Memoriale emissum à Consultiss. Facultatis Decano, in votis habet ut dissidium hac occasione ortum amicè componatur, atque in hunc finem provinciam dat Venerando D. Decano, et Dignissimo D. Syndico, Consultissimæ Facultatis Viros Clarissimos adeundi, ipsisque significandi, vehementer optare Sacrum ordinem, ut ab ipsâ Consultiss. Facultate detur solemnis et authentica improbatio partis illius quæ justum præbuit offensionis locum, tum ampl. Rectori, tum aliis quibusdam Membris Tribunalis Academici. Quod si contrà spem reniteretur, ægrè quidem Sacrum ordinem, sed compellente necessitate obtinendæ reparationis injuriæ illatæ, se adjungendum esse cum aliis ordinibus Academiis ad postulandam et urgendam dicti Libelli Memorialis Juridicam Suppressionem. Signatum De bar, Sacræ Facult. Scribæ.

Extractum è Commentariis Consultissimæ Juridum Facultatis Parisiensis.

Anno Dni 1779, die verò Jovis quarta Februarii, habita fuit Comitia ordinis Consultiss. Facultatis, quibus interfuerunt Consultiss. antecessores, DD. Thomassin, primicerius, Comes et Censor in Universitate: Martin, Comes et Syndicus; Boucheul, Salvaing de la Boissière, Decanus in actu, qui eo nomine Comitiis præfuit; de Lattre, Lecoster, et Goüillard; de Clarisse: Viro Doctoribus Aggregatis, qui jus Comitiorum habent, Clariss. Doctores DD Sauvage, de Fiennes, Drouet, Hardouin, Vaudelin.

Circa finem Comitiorum, nuntiatum est adesse S.M. Sacræ Facultatis Doctores, DD. Certain Decanum, et Balthus Syndicum à Sacra Facultate Deputatos ad Consultam, qui propositum

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

ea quae Sacra facultas censuisset ad pacem et concordiam inter ordines Acad.cos restaurandam conferre posse. Item est ipsis obviam, et excepti sunt eo cum honore, quem primi in Univ.te Ordinis Deputatis debui censuit Consult.a facultas: nec passa est illos quidpiam proponere nisi sedentes, et in supremis Comitiorum sedibus positos. Itaque sedit ad dextram Consult.mi antecessoris Primicerii D. Certain, et ad laevam D. Riballier/

Via D. Certain ceperat exponere causam propter quam hic adessent Sacrae facultatis Deputati; cum unus ex apparitoribus nuntiavit Illustrissimum honoris Decanum D. Delaverdy ad Comitiorum locum ascendere. Interruptis Comitiis, item est obviam Illust.o Viro, comitiaque ingressus rogatus est ut Comitiis praeesset. Itaque paululum reluctatus sedit Medicus inter Sacrae facultatis Deputatos et Comitiis praefuit.

Cum omnes in suo quisque sedissent ordine, resumpsit D. Riballier, quae jam enuntiata fuerant à D. Certain; se nempe Deputatos esse à Sacra facultate, ut cum Consult.a facultate tractarent de modis, quibus effici potest, ne lites inter ordines Academicos oriantur, occasione Memorialis cui titulus reponse au Memoire Du S. Duval, Recteur de l'Université: quod publici juris fecerat. Sacram facultatem aegré tulisse dicteria et cavillationes quae spargunter in dicto Lib.o Memoriali, tum adversus Rectorem ampl.; tum adversus quosdam Viros Academicos. Sacram facultatem optare, ut de Memoriali Consult.a facultas suam aperiat sententiam; quâ si Memoriale approbetur, Sacram facultatem inivisse consilium, ut se consortio Nationum adjungat ad petendam juridicè dicti Memorialis suppressionem; sin minus approbetur, se nullam rationem habituram postulationis eâ de re ab Orn. Nationum Procuratoribus apud Tribunal Academicum factae/

Reposuit consult.us Decanus, compositum à se fuisse dictum scriptum, ut à se repelleret omnium quae et Viro probo et Consult.ae facultatis Decano possunt inferri gravissimam accusationem sibi ab ampl.o Rectore illatam; se nempe scripto fuisse ab ipso falsi accusatum, in illis exponendis Consult.mae facultati quae gesta fuerant in Academico Tribunali habito die quartâ Julii ultimi. Scriptum hoc Rectorem ampl.um misisse ad omnes Univ.tis Ordines et illorum de eo judicium postulavisse. Quo facto, jam quasi publicum factum est amplissimi Rectoris scriptum hoc, quo Decani Consultissimi Ordinis fama in periculum adducebatur. Si in conscribendo Memoriali, quo respondet ampl.o Rectori, sibi Decano quaedam exciderint, quae quemquam offendant, id indignationi tribuendum, quâ non poterat non moveri, ex illatâ sibi tam gravi accusatione. Caeterum sibi satis esse, quod suae narrationis veritatem agnovisset Consultissima facultas, nec aliter senteret Sacra facultas/.

His hinc et inde dictis, postquam Illust.us honoris Decanus hortatus est Consult.um Decanum in actu, ut modis iucundae pacis non obsisteret; quos se libenter amplexurum protestatus est, si modo ab ampl.o Rectore sibi satis fieret, dixit de uno Capite Consult.ae facultatis judicium esse debere; nempe quid sentiat de Memoriali libello typis mandato nomine D. Sabouraux de La Bonnetrie, quod solum hic negotium facessere videtur/

Re itaque in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis. 1.o gratis actae sunt amplissimae Sacro ordini. 2.o Censuit Consult.a facultas standum esse conclusionibus omnibus eo de negotio latis, et imprimis deliberationi habitae die 29. octobris proximè elapsi, et agnoscendam dicti scripti cui titulus Compte rendu &c, primam partem quae incipit ab his verbis, Mess. vous vous rappellés, et desinit in paginam quinquagesimam, fuisse Consult.ae facultatis jussu typis mandatam; partem vero alteram

Seb

quæ inscribitur ex unâ parte, Memoire du S. Duval, Recteur de l'Université, ex alterâ verò Reponse du Sr. Saboureux de la Bonnetrie, Doyen de la Faculté de Droit, non esse opus Consultæ Facultatis, sed proprium ejus ipsius Decani opus, ad privatam autoris defensionem editum./

Deducti sunt, honoris causâ, Sacræ Facultatis Decani, ad magnos usque Aditum Scalas, et justum apparitoribus, ut illos ad autam usque comitarentur. Cum autem aliquandiu Stetissent cum antecessoribus et Doctoribus aggregatis Illustr. Honoris Decanus, abeuntium ad Aedes usque deduxerunt omnes./

Lecta et recognita in Comitiis habitis extrà ordinem die Veneris quintâ Februarii, anno 1779. Infra Scriptum. Ita est testor. Martin antecessor, Comes et Syndicus. Subscriptum Del'averdy. et Saboureux de la Bonnetrie Dec./

Deindè Sap. Consultæ Sac. Decanus legit ordinis sui conclusionem, quæ sic habet./

Extractum è Commentariis Consultissimæ Facultatis

Anno Dni 1779, die verò Jovis Septimâ Januarii, habita sunt Comitia Ord.ria Consultæ Juriam Facultatis. Adfuerunt Consult. antecessores DD. Thomassin, Primicerius, Comes et Censor in Univ.te; Martin, Comes et Syndicus; Bouchaud; Saboureux de la Bonnetrie, Decanus. in actus, qui eo nomine Comitiis præfuit: De Lalle Lucetur; et Goullard. è Class.mis verò Doct. Aggregatis qui jus Comitiorum habent, Clarissimi Doct. DD. Lanwag, Drouet et Vasselin./

Art. 3o. dixit Consult. Decanus, in Comitiis Deputatorum Univ.tis habitis die Sabbati secundo hujus mensis, ab Ornat. Procuratoribus datas fuisse sacræ cujusque nationis conclusiones atque Italina fid. Univ.tis Scribæ traditas, ut in Univ.tis actis inscriberentur his conclusionibus gallicè Scriptis, et in eadem ferè verba conscriptas, ab unâ Procuratore Artium Facult. nationis portolani, et ipsis verbis et idiomate Gallico: Qui s'est presenté au Parlement au nom de l'Univ.te, requête, à l'effet d'obtenir la suppression d'un imprimé ayant pour titre, Compte rendu à la Faculté de Droit par M. son Doyen, le 29. octobre 1778. et commençant par ces mots, Messieurs vous vous rappellés. — et finissant par ceux ci-qu'il avoit injustem.t de sang dans son esprit: Comme tendant à troubler la paix, l'union et l'harmonie dans les compagnies; comme injurieux à l'Univ.te, à plusieurs de ses compagnies, à plusieurs membres du Tribunal, et tendant à M. Le Recteur, chef de l'Univ.te; Cum autem censeret Amplis. Rector de his nationum portolatis, hîc et nunc deliberandum, vellet que rem deliberationi committere, Sc Decanum, vel id fieret, totis obstitisse viribus, suæque intercessionis plurimas attulisse causas. Harum verò causarum hanc præcipuam fuisse, quod 1o. si talis unquàm haberetur in Tribunali actus deliberatio, atque in eâ ferendâ suffragaretur ord. Procuratores, eo modo et ipsos Judices in propriâ causâ, cum ipsis ellibrationum Deputatis injunctum sit, ut hæc ipsa de quibus agitur postulent ab memorato Tribunali, nec ipsis liberum sit aliter suffragari quam dictis conclusionibus est decretum. 2o. si hæc ipsa deliberatio hîc et nunc haberetur, vel eo ipso vitiosam fore, quòd soli nationum Procuratores ferrent suffragium, soliique deliberationem conficerent; cum è tribus Facultatum superiorum Decanis nullus possit ferre suffragium; non esse Sacræ Facultatis Decanus, qui protestatur se non priùs laturum sententiam, quàm Sacram Facultatem consuluerit; non Decanus Medicinæ, qui asserat se sibi in Civitatis statibus esse positum, ut nulli Tribunalis actui deliberationi possit interesse, nec ullo suffragio; se verò Juriam Decanum obstare, quominùs ulla de Procuratorum

GEN. DE ... EXTRAORDINAIRE

Proal.ae artium facult.is postulatis habeatur deliberatio. Rem tandem eo devenisse, ut deliberatione ab ampl.o Rectore proposita fuerit supersessum/ Addidit Sap. Decanus, se nihil in se suscipere velle. Videret Consul.ae facultas, quid esset agendum, si forte rursus hoc eadem deliberatio proponeretur ab ampl. Rectore/ Verum antequam in deliberationem iretur, exposuerunt clar.o Doctores aggregati, illa quae hucusque nomine Consul.ae facultatis circa negotium electionis M. Girault de Koudou, in coadjutorem fid. Univ. Scribae juridice gesta sunt, inscripta solum fuisse nomine, Decani, Syndici, et antecessorum Cons.ae facultatis, nulla mentione facta Doct. aggregatorum, quorum tamen suffragio, et quidem unanimi, cum antecessoribus in hoc ipso de quo agitur negotio, consensu, Consul.a facultas sua hanc in rem Decreta tulisset. Cum autem hoc ipsum jurium inter antecessores et Doct. aggregatos controversorum una cum aliis Regis judicio definiendum sit; inter antecessores et Doct. Clarissimos convenit, ut interim acta quaecumque nomine Consul.ae facultatis vel in jure vel juridice fierent, inscriberentur nomine Decani, Syndici, antecessorum et Doctorum aggregatorum, salvo tamen antecessorum juribus/

His compositis, cum rursus petiisset Consul.us Decanus, quid sibi agendum esset censeret Consul.a facultas: Re tandem in deliberationem missa, rogatis dictisque sententiis: Consul.a facultas autor fuit Decano suo, ut nomine Consul.ae facultatis, tum in academico Tribunali, tum etiam extra Tribunal academicum, si circumstantiae rerum ita postulent omni via legitima obstet, intercedat, quomodocumque tandem efficiat et obtineat, ne de postulatis Ornat. praeclarae artium facultatis Procuratorum, qualia esse dixit Consul.us Decanus, quidquam ab ampl.o Rectore mittatur in deliberationem. Quod si eo invito et reclamante secus actum fuerit, ea quae non obstante ejus intercessione gesta fuerint, nulla et irrita fore protestatur; suaeque intercessionis actum, qua via poterit, habeat. Quam intercessionem suam prosecutus, nomine Consul.ae facultatis Libellum supplicem offerat supremo senatui, quo postuletur ne mandentur executioni, quae hanc in rem in acad.co Tribunali decreta fuerint, ut pote decreta et ab incompetente judice, et in causa cujus adjuncta supremo senatui deferri debent, cum et sors principalis in supremo senatu pendeat./ Mandat insuper Cons.o Decano, ut hanc ipsam Consul.ae facultatis deliberationem in proximis Tribunalis acad.ci Comitiis notam faciat, eamque legat atque tradat in manus fid.i Universitatis Scribae. Atque postquam a Consul.o Decano conclusum est, soluta sunt Comitia. Infra scriptum est. Ita esse testor, Martin antecessor comes et syndicus. Et Sabouraux de la Bonnelrie, Decanus/

Lectamque conclusionem M. Girault de Koudou, Scribae functiones exercenti tradidit in manus Sap. Cons.i Ordinis Decanus/

Postea Sap. Medicinae Decanus dixit, hanc esse sui ordinis sententiam, ut supremo senatui offeratur libellus supplex, propter obtinendam praedicti libelli memorialis juridicam suppressionem; cujus quidem sententiae jam ampl.o Rectori traditum esse in manus exemplar autenticum a Sap.o Decano; alterumque quamprimum fid.o Scribae ab eodem Sap.o Decano traditum iri/

Denique ornat. qualuor nat. Procuratores dixere, notas esse ordinum suorum de praesenti negotio sententias. Jam in superioribus Comitiis allatas esse suarum nationum deliberationes, quibus constat, ipsis videri offerendum esse Universitatis nomine, supremo senatui libellum supplicem, ad obtinendam praedicti libelli memorialis suppressionem/

Feb

Quibus Lectis dictisque, Conclusit ampl. Rector. 1° Sacro Ordini grates habori. 2° offerendum esse, Univ.tis nomine, supremo Senatui Libellum supplicem, quo postuletur ejusdem praedicti Libelli memorialis suppressio. 3° recitatus his in Comitiis Conclusiones Sacri et Consult.i Ordinis à fidelissimo Scribâ asservandas, ut de illis in Comitiis proximè futuris deliberetur/

4° Accessit ad Tribunal Acad.um M. Grandvallet, Paedagogorum agens, simul cum M. Achard, eorumdem olim agente seu Procuratore; atque obtulit Libellum memorialem ejus tenor sequitur./

Monseigneur Le Recteur, MM. Les Doyens: MM. Les Procureurs, Messieurs/

Les Maitres ès arts et de Pension de l'Université supplient le Tribunal de prendre en considération les Representations qui suivent./ — Au Tribunal d'octobre 1772, Me. Achard, agent, presenta au nom de la Compagnie une Requête, dans laquelle les Maitres de Pension, uniquement attachés à l'Université disoient, qu'ils voioient depuis long tems avec peine, que ceux d'entre eux qui à l'attache de l'Université avoient joint celle du Chantre, sembloient, lorsqu'il s'agissoit de contestations entre le Chantre et l'Université, oublier l'une pour ne penser qu'à l'autre. Que craignant les suites de cette partialité et de la mésintelligence qu'elle causoit parmi les Maitres, ils demandoient au Tribunal, qu'il lui plut ordonner, qu'aucun Maitre du Chantre ne fut reçu Maitre de l'Univ.té, sans résoncer préalablement à l'attache du Chantre; et que si par la suite il arrivoit qu'aucun de ces dits Maitres anciens du Chantre, ou de ceux qui actuellement tenoient uniquement de l'Université le droit d'enseigner, vint à prendre Lettre du Chantre, il fut privé et déchu des Lettres de l'Université. — La Requête fut écoutée favorablem.t du Tribunal, qui fit une conclusion, par laquelle il accorda aux Supplians les deux demandes qu'ils faisoient. M. Fourneau, sous le second Rectorat duquel fut faite cette conclusion, déclara à Me. Blier reçu le 7. Mai 1763, que les lettres de l'Univ.té ne lui seroient expédiées qu'après la remise des Lettres du Chantre. — Sous le Rectorat de M. Camyer, successeur de M. Fourneau, les lettres du Chantre qu'avoit Me. Foullieres furent mises sur le Bureau du Tribunal, et, après la reception du dit Maitre, resterent ès mains de M. Le Greffier. — Ces faits constatent bien l'intention du Tribunal et montrent que sa Conclusion du 2. Janvier 1779, n'est que la confirmation ou le renouvellement de celles du mois d'octobre 1762. — Les Maitres uniquement attachés à l'Univ.té se croient donc bien autorisés à représenter au Tribunal que les circonstances actuelles semblent exiger l'execution rigoureuse de ces deux Conclusions, qui à proprement parler n'en font qu'une; qu'il doit tenir pour suspectes toutes les demarches et sollicitations tendantes à en empecher l'effet, de quelques specieuses raisons qu'on les colore, pour mieux cacher le dessein qu'on a d'engager le Tribunal à détruire son propre ouvrage, et à donner sur lui quelque prise au Grand-Chantre: Que les demandes de Me. Magniet, s'il en fait aucunes contraires à ces conclusions, doivent être d'autant moins écoutées, qu'il est un des Maitres amphibies, qui ont montré le plus de chaleur pour les prétentions surannées du Chantre; et de froideur pour les droits incontestables de l'Université. Qu'enfin les Supplians ont tout lieu de croire, que depuis trois années, c'est ici la troisieme attaque du Chantre contre les Maitres de l'Université. 1° aiant fait saisir en 1776 l'un d'eux, comme tenant école de lecture et n'en aiant pas le droit, même pour les enfans destinés à faire le cours d'etudes. 2° aiant tenté à la cloture derniere des Secances du Parlem.t d'obtenir, d'après la saisie faite sur un Maitre sans titres, et qui s'annonce, non pour montrer à lire, mais pour enseigner les

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

hautes sciences, des conclusions de M. l'avocat Général, et ensuite un arrêt de la Cour, qu'il auroit pu emploier contre l'Univ.té; ce qui vraisemblablem.t auroit réussi selon ses vues, si M. Fourneau ne se fut transporté au Palais le 7. 7bre dernier, et n'eut engagé M. Lav. General à suspendre la décision d'une affaire qui interessoit l'université. 3°. Le grand chantre faisant aujourd'hui agir le S. Magniet Maître en charge, pour obtenir, s'il est possible, du Tribunal quelque chose de favorable à ses Maîtres, et de defavorable à ceux de l'Université — Les Supplians au reste s'en remettent entierem.t a la prudence et aux lumieres du Tribunal; le priant seulement de croire que ce qu'ils font ou disent n'a d'autre motif que leur attachement inviolable à l'Université/.

Quo egresso é Comitio: audito Clar.o Pro-Syndico, rogatis dictisque sententiis, Placuit in deliberatis perseverari; adeoque propter elapsos jam quindecim dies art. V. Conclusionis die 2a Januarii ultimi latae praescriptos Magistris Magniet et Monard, ut ea munera deponerent, quae in communitate Magistrorum minores Scholas sub Praecentoris clientela habentium acceperunt, Placuit Licentiâ Paedagogium habendi sub clientelâ Universitatis utrumque privari/.

5°. Quod M. Petrus Gadolle, Metensis, in art. Mgr, supplex accessit ad Trib. Acad.um pro Licentiâ Paedagogium habendi sub clientelâ Univ.tis. Eo é Comitio egresso, audito Clar.o Pro-Syndico, dictisque sententiis, Placuit appellari V. C. MM. Capin et Le Tourneur, Picardiae et Normaniae Procuratores, qui de supplicis doctrinâ, moribus et peritiâ inquirant, et ad proxima Comitia referant. Quod quidem dicto M.o Gadolle in Comitium revocato renuntiavit ampl. Rector, eumdemque commonuit, hoc esse Paedagogii Academici officium, ut intrà fines Academiae certam stabilemque sedem habeat/.

6°. Exposuit integerrimus Quaestor quam praemanibus habebat, submissionem rite subsignatam V. C. Charpentier, circa emptionem fundi ad Universitatem pertinentis propè Monasterium S. Josephi. Re in deliberationem missâ, audito Clar.o Pro-Syndico, rogatis dictisque sententiis Placuit, submissionem praedictam admitti; copiamque ac potestatem fieri integerrimo Quaestori rem transigendi cum dicto V. C. Charpentier, secundum conditiones quas anteà exposuerat M. Barty, Universitatis Procurator forensis apud Supremum Senatum/.

Et ita superius sex capitibus conclusit ampl. Rector/.

Duval
Rector

Anno dni 1779, die 20. Februarii, habita sunt, in Col. Lud. Magni, Extraord.ia Deputat. Univ.tis Comitia, in quibus adfuerunt V. C. MM. Gerbier, Mée, Target et Picard, Univ.tis Patroni/. 20. Feb.

Primum dixit ampl. Rector convocata à se fuisse extraordinem Comitia, vocatosque Clar. Universitatis Consiliarios, ex quorum Consilio approbarentur supplicationes saluberrimae Facultatis Regi optimo offerendae, in Regiam Medicorum Societatem recens institutam — Tum M. Desessartz, Medicinae Decanus dictas supplicationes legit — visae sunt singulis Consiliariis ac Deputatis exquisitâ diligentiâ et exactissimâ curâ elaboratae, ut tamen aliquid contractae brevitatis desideraretur/.

Deinde ex normâ à Medicis indictâ, Placuit, quamprimum adornari supplicationes Universitatis nomine offerendas; ab amplissimo Rectore et omnibus Deputatis rogari V. C. M. Mée ut hanc in se curam velit suscipere; demum,

ita adornatis, nova haberi Comitia, in quibus peritissimi Juris-Consulti opus recitetur, et omnium calculo approbetur./

Digressis Consiliariis, accessit V. C. M. Belesme, Univ.tis Notarius, et subscribendum dedit Ampl.o Rectori, Sap. Decanis, ornat. Procuratoribus et Officiariis Univ.tis contractum, quo proprietas soli monialibus S. Josephi anno 1704 concessi, ad honestum virum Charpentier transfertur/ Et ita conclusit ampl. Rector/ Duval

Rector

25 feb. Anno dni 1779, die vigesimo-quinto Februarii, habita sunt, in Col. Lud. Magni, Comitia extra-ord.ria Deputatorum Univ.tis; in quibus loca tenuere, M Martin Jurium Decani, et M. Sonnet Normaniæ Procuratoris./

Dixit Ampl. Rector convocata à se fuisse extra-ordinem Comitia, ita postulantibus viro Clarissimis à Nationibus Deputatis, in quibus deliberaretur de duabus Procurationibus a Mer.o Syndico datis MM. de la Courtye et Basty, in duabus causis apud Curiam Parlamenti agendis, Univ.tis nomine; quæ quidem Procurationes minus amplæ videntur./

De priori M.o La Courtye datâ, dixit ampl. Rector duo instrumenta sibi in manus fuisse tradita, nimirum consultationem quatuor peritissimorum Juris-Consultorum, et formulam Procurationis ab Universitatis Syndico subscribendam. Auditâ Consultatione, et Procurationis formulâ à Juris-peritis conscriptâ, M Franciscus-Nic. Guerin, Syndicus, petiit tempus consulendi. Re in deliberationem missâ, Sapient. facultatum Decani petitum à Merit.o Syndico consulendi tempus concesserunt. At ornat. Procuratores dixerunt, sibi ab ordinibus suis mandatum, ut à Syndico subscriptionem præsentibus in Comitiis exigerent. atque cum his conclusit ampl. Rector/

Item M.o Francisco-Nicolao Guerin, Syndico in manus traditæ sunt Consultatio, et Procurationis formula quam subscriberet, et ad M. de la Courtye quam primum mitteret./

Interea dum ferrentur suffragia Sap. Jurium Decanus dixit, intercedere se ne in Procuratione M.o de la Courtye dandâ hæc vocabula manerent, et tout ce qui s'en est ensuivi, actumque intercessionis petiit, quem ei concessit amplissimus Rector/

Ornat. vero Picardiæ Procurator formulam Procurationis ab ordine suo approbatam scribæ tradidit in manus, cui quidem ab eo apposita est clausula proprio nomine/

De posteriori Procuratione M.o Basty datâ, ad impetrandam à supremo Senatu suppressionem libelli memorialis, cui titulus, Compte rendu à la faculté de Droit par M. son Doyen. in quâ desiderari videtur clausula, poursuite et diligence du syndic se antequam deliberaretur, dixit M. Martin, se facultatis suæ nomine intercedere ne prædicta conclusio executioni demandaretur. Salvâ, sed non obstante intercessione prædictâ, addita est clausula, atque libello supplici, quem, Tribunalis Academici nomine, jam numeris omnibus absolutum offerat M. Basty Universitatis Procurator forensis, subscripsit ex tempore Merit. Syndicus/

Et ita super his duobus Capit. Conclusit ampl. Rector Duval

Rector

Copie du pouvoir donné à M.e de la Courtye

Je soussigné François-Nicolas Guerin, Syndic de l'Univ.té de Paris, donne pouvoir a M.e de la Courtye, Procureur au Parlem.t, de former en la maniere accoutumée le desaveu

d'une Requête présentée au Parlt en mon nom, comme syndic de l'Univté par le Ministere de Me Barty Pro.r au Parl.t, sur laquelle a été obtenu le 6. Juillet dernier arrêt d'homologation d'une deliberation prise à l'assemblée des deputés ordinaires de l'Univté, comme aiant été lad. Requête présentée sans autorisation de l'université, et sans aucun pouvoir de ma part; mettre le desaveu au Greffe du Parlemt contre led. Me Barty, demander qu'il soit declaré bonne et valable; en consequence que l'arrêt du 6. Juillet et tout ce qui s'en est ensuivi soient declarés nuls et de nul effet, et prendre les conclusions en tel cas accoutumées et conformément aux déliberations des susdits Deputés, contenues dans les conclusions des 1.er et 29. aout derniers à Paris. — —

Acte de M. le Procureur de Picardie

Je soussigné, Procureur de la Nation de Picardie, certifie que la forme du pouvoir ci-dessus a été adoptée ce matin par la Nation de Picardie dans une assemblée tenue par Elle; et Proteste contre le contenu audit pouvoir; en tant qu'il pourroit détruire la nomination faite le quatre Juillet dernier par le Tribunal, et qu'il feroit entendre, que led. Tribunal ait pris le premier et 29. aout derniers des déliberations contraires à celles du 4 Juillet, declarant qu'il n'en a pris aucune de semblable. Au Tribunal de l'Univté le 25. Fevrier 1779. Signé Capin/

Relatio rerum Gestarum

Cum Vir ampl. D. Petrus Duval, Rector, nomine Universitatis Parisiensis gratulatus est

Augustissimo Regi, Ludovico XVI.o

primum Regali pompâ, per Urbem Imperii sui Primariam incedenti

Anno dni 1779, die verò sextâ mensis Februarii, de sententiâ Tribunalis Academiâ versalias se contulerunt Deputati Duo, nempe M. Guido Antonius Fourneau, fidelissimus Scriba, et M. Malthurinus Lambert, Professor Emeritus et Ceremoniarum Magister, Illustrissimum Regni Administrum D. Amelot, eâ quâ par est reverentiâ, Universitatis nomine salutaturi; eique salutato exposuerunt, Academiæ Parisiensi id esse potissimum in votis, ut sibi liceret, Augustissimo Regi, Parenti optimo, ante ædes Universitatis Primarias præterevunti, dum Regali pompâ et splendidissimo apparatu conscenderet ad ædes Deo sacras sub invocatione Divæ Genovefæ; multa rationum momenta quibus probare conati sunt hanc gratiam facile concedi posse, eumque rogaverunt, ut pro eâ quâ valet autoritate et gratiâ apud Augustissimum Regem efficeret ne repulsam pateretur Universitas/

Per humanitas respondit Vir Illus.us, hanc postulationem, quam suadebat pietas, sibi maximè probari, et se daturum operam, ut Academia fieret votorum compos/

Itaque horâ post meridiem secundâ ad Deputatos retulit Vir Illustrissimus, Augustissimum Regem Academiæ postulationi libenter annuisse, motum præcipuè precibus Serenissimi Principis atque Eminentissimi Cardinalis de Rohan Guéméné, qui tunc aderat cum ad Regem verba faceret, qui promisit

tenax (gratulatiuis enim suis cum invisserant Deputati officiosam ejus operam postulantes) comiter et enixè contendit Primogenitam Regum filiam tali honore non esse defraudandam. Maximis igitur peractis Illust.° Regni Administro gratiis, Deputati denuò inviserunt Serenissimum et Eminentissimum Principem de Rotum gratias soluturi ob singularem benevolentiam, quâ visus erat apud Regem complexi Academiam; nec sibi dubium esse dixerunt, quin Universitas Regiæ beneficii Memoriam annalium suorum monumentis perhonorificè conservaret.

Deinde adierunt Nobilissimum Ducem D. Dayen, Parem Franciæ et Prætorianorum Militum Ducem, cujus permissu etiam solet ad Regem aditus; eumque certiorem fecerunt datam esse Universitati copiam gratulatoriam habendi Oratiunculam ad Regem currus conscendentem adversâ ædes Primarias Universitatis, et in usu esse, ut Rector pervranti Rhedæ fores aperiatur. Vir Illustrissimus idemque perhumanus officiosam eam curam pollicitus est operam.

Protinus Lutetiam reversi Deputati nuntiaverunt quid ab Augustissimo Rege concessum fuerit, eaque præciperet Illustrissimus Regni Administer, scilicet, ne longiori Oratione Regem morarentur amplissimus Rector, et ne quis clamor in viâ San Jacobeâ conspiceretur.

Die autem Octavâ, cum Regalis pompa incedere cœpit per viam Jacobæam, ad amplas Collegii Ludovicani fores, præeuntibus apparatoribus, processit ampl.° Rector, quem comitabantur Ven.° Decani et amat.° Procuratores cum adjunctis, Majores officiarii, Cæremoniarum Magister, qui omnes erant majoribus infulis ornati. adorant etiam Vig.° L. Gymnasiarcha, et Collegii Professores ac Magistri.

Ubi ante ædes Primarias currus Regius subsistit, Rege ipso jubente, ad Rhedam accessit ampl.° Rector. Is accedenti, jam manum ad manubrium aureum porrecturæ pedisequus, ut forem aperiret, sicut anteà fuerat pollicitus; sed ea clausa remansit, ne Augustissimæ Puerperæ, quæ ab Augustissimi Conjugis sinistram sedebat, ne vel id quoque incommodo foret. Augusto Regis fratri, Comiti Artesiano, qui in subsellio perpetuo, per Rhedæ partem transmisso insidebat Reginæ proximus. Quamobrem dimissâ duntaxat Crystallinâ Laminâ, de plano ampl.° Rector, paucis sed concinnis verbis allocutus est Regem in Rhedâ stantem, qui quæ pro suâ singulari humanitate, elegantem Oratiunculam et affabilem plenam sibi amplissimam esse significare dignatus est.

Vix dicendi finem fecerat ampl.° Rector, cum Numerosa Juventus Ludovicana crebris et lætis acclamationibus, amoris simul et hostilibus insultibus Augustissimos Conjuges prosecuta est.

Nota bene.

Si deinceps gratulandum est Regi, invisant Deputati. 1.° Illust.° Regni Administrum, cui summum urbis Primariæ Regimen commissum est. 2.° Regiorum Militum Ducem, cujus erant imperandi vices. 3.° Illust.° Virum cui inditum est Magni cognomen, ex quòd summa trium regiorum Stabuli præfectura demandata

GEN. DE PARIS EXTRAORDINAIRE

Sit, eoque jubente Rhedæ foris aperitur/

Si verò Reginæ gratulandum est; adeant. 1º Illustrem feminam, quæ summo jure Reginæ domui præest. 2º Illustrem feminam, quæ primum inter Optimates Matronas primum locum obtinet, ideoque vocatur domina honoraria. 3º Illust. Equitem honorarium/ Fourneau

Anno dni 1779, die secunda mensis Martii, feria tertia secundæ in Quadragesimæ hebdomadæ, horâ septimâ matutinâ, in Collegio Ludovici Magni, habita sunt, pro more antiquo, Comitia Universitatis ad aperiendum rotulum. Quibus in Comitiis, M. Franciscus Nicolaus Guerin, Ex-Rector locum tenuit amplissimi Rectoris DD. Petri Duval; vices verò Syndici gessit M. Franciscus-Michael Le Bel, Quæstor. Primum adfuit M. Ludovicus Thomassin, Consultæ Facultatis Decanus/

Placuit antiquos usus academiæ constanter servari, et consequenter nominationum rotulum in hunc annum aperiri/

Deinde, Quod ampl. Rector DD. Petrus Duval, Universitatis Bibliothecarius morbo impeditus Comitiis interesse non potuit, Placuit accepti et expensi ad Bibliothecam academicam pertinentis rationes non audiri; eas verò remitti ad alia Comitia/

Et ita conclusit Clarissimus Ex-Rector/ Duval Rector

Anno dni 1779, die sexta mensis Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis/ 6. Martii

1º Supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Maria-Ludovicus-Carolus Le Fevre, Diaconus Novomensis; Natalis Antonius-Tussanus Bachelier, Subdiaconus Ambianensis; Carolus-Franciscus Boudel, Subdiaconus Tullensis; Petrus Boffy, Diaconus Ambianensis; et Dionysius Berardier, Presbyter Corisopitensis; Jure verò Baccalaureatus et quinquennii in Utroque Jure confati Andreas-Josephus Solo, Presbyter Parisinus; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tam eorum litteras Magisterii, tam Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi/

2º accessit ad Tribunal Acad.um Vir Clar. M. Edmundus Martin, Consultæ Facultatis antecessor et canes, Deputatus ad Bursam Purchotianam in Collegio Ludovici Magni constituendam; idemque legit primam delineationem contractus cum Administratoribus Ludovicæis ineundi. Re maturè expensâ

annotationes amplissimi Rectoris et Deputatorum ad marginem ex tempore describi à Mo Martino; eandemque cum dictis Administratoribus communicari./

3o Lecta et recognita cum quæ fuerunt superioribus in Comitiis acta et statuta./

Hinc cum legerentur, dixit ampl. Rector ad articulum tertium: Statutum esse in Comitiis mensis februarii proximè elapsi habitis, ut de conclusionibus Sacri et Consultissimi Ordinis deliberaretur: neminì nocturum esse quòd deliberatio demùm ad alia comitia remitteretur./

4o Quòd Consultissimæ Facultati visum esset in jus vocare M. Petrum Duval ampl. Rectorem, propter denegatam sibi ab ampto Rectore inscriptionem, ut conqueritur, conclusionis à Le latoe die decimâ tertiâ Augusti proximè elapsi; quod que ampl. Rector petiit ut res cum singulis aliis Ordinibus Academicis communicaretur; petiit ulteriùs ampl. Rector, utrum Sapientissimi Decani et Ornatissimi Procuratores Sapientissimi Ordinis sui consulti essent; à quibus unanimiter responsum est Ordinum suorum fuisse sententiam; audiendam esse ad causam amplissimi Rectoris; illam Universitatis sumptibus esse agendam; atque à Merito Syndico dandam esse Procurationem Mo Barty, Procuratori forensi, ut ad illam audiendi Universitatis nomine./

5o ad diem Veneris decimam nonam hujus mensis Martii indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./

6o auditâ relatione Ornatis. Picardiæ et Normaniæ Procuratorum de vitâ, moribus et peritiâ Mi Petri Gadolles, Vallensis, in artibus Magistri; auditis tum M. Grandvallet, Pœdagogorum Academicorum Procuratore, tum agente, tum Meritissimo Syndico: Placuit fieri potestatem Mo Petro Gadolles, aperiendi hic in urbe Pœdagogii, sub nomine et Clientelâ Universitatis, eâ tamen lege, ut illi non expediantur literæ Pœdagogii, antequam Rectori constiterit Habilem quæ sedem, unde pueros et adolescentes frequentes suos commissos ad Scholas publicas deducat, cum audiendi in Scholis capaces erunt.

Et ita concluxit ampl. Rector. Duval Rector

Anno Dni 1779, die Veneris decimâ nonâ Martii, habita fuit in Collegio Ludovici-Magni, Comitia Conservatoria Universitatis, ad Sacras Supplicationes./

Primùm in aulâ Tribunalis Academiæ consessum est, ubi Supplicavit, pro Literis nominationis, pro Magistrii artium et quinquennii, M. antonius-Carolus florimondus Langlois de Bouchel de chaussy nolles, Diœcesis Claromontanæ, de quo Consulis Meritissimi Syndici, in instrumentis ab eo prolatis et ad hanc supplicationem requisitis nihil desiderari./

GEN. DE PARIS

Deinde iterum ex in Comitium: ubi post habitam ab amplissimo Rectore Orationem; exceptâ consultissimâ Facultate quæ non probavit ab eo gesta in negotio Mr. Girault, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu, et quæ litteras commendatitias dederit pro honoris fas; amplumque postea Pari Comitatum ritè procedenti ad ædem Deiparæ sub invocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ, apud Minoritas Majoris conventûs/

Ibi Pontificium egit M. Le fevre, Doctor Theologus, è Societate Sorbonicâ; Concionem sacram ad populum habuit M. Cousin de Grainville, itidem Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. de Baudre, Doctor aggregatus ad Athletarum ordinem/ Duval

Rector

Anno Dñi 1779, die vigesimâ quartâ Martii, habita fuit, in Collegio Lud.º Magni, Comitia generalia Procerum artium Facultatis/ 24 Martii

Post habitam, de more, ab amplissimo Rectore Orationem elegantissimam Facultatis Supplicandi potestate supplicarunt primùm pro immunitate ab onere Scribendi ordines Philosophicos Carolus antonius allard, Diaconus ambianensis, ob infirmam valetudinem, quam scripto testatur M. Sumée, Doctor Medicus Parisiensis; Nicolaus Verney, Diaconus ambianensis, propter pollicem dextrum amputatum, eodem teste: Petrus Nicolaus de Clinchamp, propter oculorum debilitatem, quam pariter testatur idem Doctor M. Sumée; Alexander Caussette Auvergnas rabrensis, propter Arthritidem, quam testatur M. Dupuy, Doctor Medicus Parisiensis; Nicolaus Regnier, clericus Bellovacensis, ob pulmonum debilitatem, testante M. Real Desbois de Rochefort, Doctore Medico Parisiensi: Petrus David Joüe, Magniacensis, propter pedoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Bourru, Salubberrimæ Facultatis Doctor: Petrus Pugot, Clericus altis Fivdorensis, et Joannes Baptista Justinus Ratel, propter oculorum imbecillitatem, quam pro utroque testatur M. Cosnier Doctor Medicus Parisiensis; Josephus Claudius Biart, clericus ambianensis, et Adrianus Franciscus La Corne, ob pedoris infirmitatem, quam pro utroque pariter testatur idem Doctor M. Cosnier: Ludovicus Franciscus Le Blanc, tum ut omissum nomen in suo Catalogorum restituatur, tum ut immunis fiat ab onere scribendi, propter pedoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Goubelly, Doctor Medicus Parisiensis: Dominicus Ludovicus Guyart, propter oculorum infirmitatem, quam scripto testatur M. Baignieres Doctor Medicus Parisiensis; Demum Antonius Ludovicus Girault, ob pedoris et pulmonum infirmitatem, testante M. Belletoile, antiquo Salubberrimæ Facultatis Decano.

Allard

Verney

de Clinchamp

Caussette

Regnier

Joüe

Pugot Ratel.

Biart La Corne

Le Blanc

Guyart

Girault

Deinde supplicarunt, Jacobus Magdalena Go, ut nesbi vocat, quod in Catalogis omisit cognomentum Magdalenæ: Nicolaus Petrus Lesplus, Diaconus quod cognomentum Dupré perperam addiderit/

Go.

Lesplus

Posteà, ita jubente ampl.º Rectore, lecta est Tabula Virorum Academicorum, quos supremi Magistratus, de consilio Rectoris, selegerunt arbitros, pro singulis tribus ad aggregationem contendentium ordinibus/.

Audita de suppliciibus M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent, confirmarent que Quatuor Viros matutinis horis electos; simulque petiit ut rata et grata haberentur, quae gessit in suo trimestri Magistratu, et sibi Litterae Commendatitiae decernerentur/.

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornatissimos Procuratores retulerunt. 1º a se rata et grata haberi quaecumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique decerni Litteras commendatitias perhonorificas: indulgeri suppliciibus omnibus: Confirmari Quatuor Viros mane electos, nimirum, in honorandâ Natione, M. Mathurinum Lambert, Eloquentiae Professorem Emeritum in Marchiano: in fidelissimâ, M. Antonium Depreaux, Philosophiae Professorem in eodem Marchiano: in venerandâ, M. Josephum Le Tourneur, Ex Procuratorem, Baccalaureum Theologum, et Doctorem aggregatum ad primum Ordinem: in Constantissimâ Thomam Cooke, Licentiatum Theologum/.

Quatuor Viri, praestito inter manus amplissimi Rectoris Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per M. Le Tourneur retulerunt à se, unanimi consensu, electum esse in Rectorem Virum Clarissimum M. Aegidium Basset, Baccalaureum Theologum, et Philosophiae Professorem Emeritum in harcurio/

Extemplo reclamavit Vir Clarissimus, ac palam declaravit vehementer dolere se quod ad se nec cupientem nec expectantem deluti fuerint summi Academiae honores, quos, prae negotiorum privatorum multitudine, gerere, ut par est, sibi non liceret: Itaque illos ad alium deferri suppliciibus verbis immo et lacrimis etiam atque etiam exoravit/.

Amplissimus Rector dimisit Nationes, ut de electione modo factâ deliberarent illam que confirmarent. Quae regressae per Ornatissimos Procuratores retulerunt se libentissimé et summo cum plausu fasces Rectorios Viro Clarissimo Magistro Aegidio Basset commissos confirmare/

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Duval

Rector

Continuò novus Rector accessit, togâ rubrâ indutus, et praestito solito Sacramento, ritu antiquo ab amplissimo Rectore inauguratus est; Mox que habitâ ad Praeclaram artium facultatem oratiunculâ, frequentissimo Comitatu deductus est ad aedes suas Ludovicaeas/ Duval

Rector

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE


ARCHIVES
53